BIBLIOTECA NAZ.LE
111
E
25.26
NAPOLI

111
E
25-26

Digitized by Google

FRIDERICI LUDOVICI ABRESCH

ANIMADVERSIONUM AD AESCHYLUM LIBRI DUO.

ACCEDUNT

ADNOTATIONES

AD QUAEDAM LOCA

N. TESTAMENTI.

BIBLIOTECA NAZIONALE DI NAPOLI

MEDIOBURGI,
Apud A. L. CALLENFELS,
CIϽIϽCCXLIII.

Digitized by Google

AEL. ARISTIDES

ORAT. DE PARAPHTHEGM.

Edit: Canteri P. 623.

Καὶ ὅγε ἁπλοῦς ἀνὴρ καὶ οὐ πολλαπλοῦς οὗτός ἐστιν, ἐμοὶ δοκεῖν, ὅστις οἶδε μὲν ἐπὶ τοῖς αὑτοῦ μεῖζον φρονεῖν, οἶδε δὲ ἔλαττον· ἐπαινεῖ δὲ καὶ τὰ αὑτοῦ, καὶ τὰ τῶν πλησίον, ἂν αὐτὸν (l. ἄν τι αἰνῶν) προσήκῃ· ψέγει δὲ καὶ τὰ αὑτοῦ, καὶ τὰ τῶν πλησίον, ἄν τι τοιοῦτον εὑρίσκῃ, μηδὲν τοῦ δοκοῦντος ἀληθοῦς εἶναι προτιθεὶς μηδαμοῦ. Σκόπει δὲ κἀνθένδε. ἐμοὶ γὰρ ἴσως οὔπω ἐνέτυχες. ἐπεὶ ἔγνως ἄν, ὅσα ἐπὶ τῶν ἐμαυτοῦ ψέγω· ἃ γὰρ διαγράφω καὶ μεταποιῶ, πῶς οἴει με πρὸς ταῦτα ἔχειν; φημὶ δὲ τοῦ (Διὰ) παντὸς ἴσον φρονεῖν ἐπὶ τοῖς ἑαυτοῦ, μηδὲν εἶναι μᾶλλον κατ' ἀνθρώπους ἄνισον.

NOBILISSIMIS ATQUE AMPLISSIMIS

FLORENTISSIMAE REIP. ZWOLLANAE

CONSULIBUS,

OMNIS RECTI ARBITRIS;

UT ET,

QUI ILLIS A SECRETIS SUNT,

VIRIS GRAVISSIMIS

FRIDER: LUDOVICUS ABRESCH.

SI quid unquam in vita praeter opinionem me ſuſcepiſſe recordor, vere iſtud hoc de libro,

* quem

quem vobis Viri Ampliſſimi offerre audeo, praedicare habeo; quippe quem per otii tranquillitatem, quod a munere publico Zelandia antehac praebuit jucundiſſimum, pridem affectum nihil minus cogitare poteram, quàm eas ſub praelo tracturum moras, ut tertio demum anno poſt, quam excudi coeptus, & quidem Veſtra in urbe perficeretur. Quod quando ita in fatis fuiſſe oſtenderet eventus, non erat, quod diu anceps haererem, cujus à nominis fulgore ſplendorem ei conciliarem: aut enim omni deſtitutus prodire

dire debuit, aut ab Ampliſſimis Veſtris Nominibus is erat mutuandus. Nam ut taceam hic honorificentiſſima decreta, quibus civem me veſtrum eſſe voluiſtis, ea inde favoris Veſtri erga me extitere indicia, ut ſi ultro oblatam hanc occaſionem publice Vobis gratias pro tam inſignibus in me collatis beneficiis agendi elabi paterer, verendum mihi eſſet, ne omnium bonorum indignationem in me concitarem. Quare Viri Ampliſſimi ſerena ac propitia, hoc eſt, Vobis propria ſuſcipite fronte opuſculum, quod ex caſca vo-

torum formula *lubens merito* Vobis *dono*, *dico*, atque ſinite quaeſo hoc, quanquam tenue, at ſincerum obſervantiae meae, piaeque ac gratae mentis monumentum ad poſteritatis memoriam ſuſpendam. Patentiſſimus hîc ſe aperiret veſtras in laudes exſpatiandi campus, & quanta cum prudentia ac juſtitia Remp. gubernetis, benigniſſima ad dicendum foret materia; verum de Veſtris virtutibus non meae eſt jurisdictionis, nec hujus loci, ſententiam ferre, quarum fama per vicinam Hollandiam celebratiſſima identidem exci-

excitari videmus, qui relicto patrio ſolo heic rerum ſuarum ſedem figere exoptent. Nihil itaque addo praeter Votum, quod pro ſalute Veſtra mecum nuncupant univerſi, qui Reip. noſtrae bene cupiunt. DEUS Ter Opt. Max. Vos, Veſtros & Veſtra usque ſoſpitet, atque ad unum omnes Patriae bono ſalvos incolumesque conſervet, ut ſalutaribus ei conſiliis praeeſſe, & ſartam tectam in poſteros feliciter transferre poſſitis. Zwollae VI. Id. Maias CIƆIƆCCXLIII.

LECTORI ERUDITO ET AEQUO

S. D.

F. L. A B R E S C H.

PRodit ecce tandem noſter Animadverſionum liber ante triennium typis jam deſcribi coeptus, alterum quoque annum ad plagulam uſque, quae notas finit in Aeſchylum, inde liberatus; ſed impedimentis poſtmodum haud praeviſis tam diu retardatus, ut nunc demum lucem adſpiciat. Valeat ergo hic illud: *ſat cito, ſi ſat bene*; quanquam mora illa nihil contulit ad id, ut limatior exiret, nobis ab eo tempore aliis negotiis curiſque diſtrictis. Scribendi occaſionem in Auctorem obſcuritate infamem, quo nihil minus etiam poſt vulgata in Prometheum Vinctum Obſervatorum ἀποσπασμάτια me facturum putavi, comme-

mo-

morare nihil attinet. Illud non ignores oportet, non quale deſtinaveram comparere opuſculum; neque enim quod ferebat inſtituti ratio, Animadverſiones continet in Septem, ſed Quinque tantum Tragoedias. Novam cur inſtiterim, paucis accipias velim. Prima hujus conſilii cauſa fuit, quod ſub manu in eam cernerem magnitudinem excreſcere hunc commentarium, ut ſi in duo reſidua Dramata libellus tertius, quaeque alia calci ſubjicere meditabar, accederent, in nimiam exiret molem. Altera quoque ratio finem imponere huic volumini me impellebat, quod cum illud ſedulo operam dare conſtitueram, ut, quantum per me fieri poſſet, cogitandi materiam ſufficerem, ſi quis inpoſterum Tragicorum Principi illuſtrando incumbere vellet, non alio viderem pacto rectius iſtud praeſtitiſſe judicatum iri, quam

ſi praeter nudas conjecturas codicum aliquot ſcriptorum Variantibus Lectionibus eruditos inſtruerem. Itaque cum Catalogi indicio nonnullos aſſervari noſſem in Bibliotheca Lugduno-Batava, propoſitum meum ubi exponebam Magno illi fugientium e Belgio Graecarum literarum Statori Tib. Hemſterhuſio, adeo illud non improbabat Vir Clariſſimus, ut etiam pro incredibili, qua eſt, humanitate, & quae eum non minus, quam conſummatiſſima doctrina vere reddit incomparabilem, ultro ſe pollicitus adjutorem cauſam meam apud Ampliſſimos κειμηλίων illius Bibliothecae diſpenſatores ſic agendam ſuſciperet, uti liber mihi ad ea aditus fuerit conceſſus: verum perpaucorum dierum Leidæ mihi commorandi relicto ſpatio, defrui iſta liberalitate non licuit, nec præter Promethei Fabulam ad duos Voſſianos chartaceos,

&

& tertium Bibliothecae codicem, cujus notitiam praebet Catalogi Appendix, & ne hunc quidem integrum, ſtrenuam licet operam peramice commodante Juvene erudito Jo. Jac. Reiske contendere potui; neque adhuc coepta perſequi datum; fiet tamen ſpero, neque, quod aliquandiu differendum fuit, σὺν Θεῷ prorſus differetur: niſi fortaſſe otium fecerint alii. Quicquid interim praeſtiti, id omne ab ingenio eſt, nullis adjutus libris ſcriptis; ſed nec editione alia vetuſtiore, quam Turnebiana, cujus mihi copiam fecit Vir Eruditiſſimus, idemque animo meo cariſſimus matruelis Wilh. Otto Reitzius. Notas in Aeſchylum excipiunt quaedam adnotationes in Novi Teſtamenti Libros Hiſtoricos, hoc conſilio à me ſubnexae, ne quibus abſtruſioris viderentur argumenti noſtrae de locis Tragici diſputationes, nihil eſſet,

quod cognoſcere mallent. Per omnia Grammaticum agere adniſus non pauca ab aliorum correctionibus vindicare ſtudui, qui ſi peritior fuiſſem, cum iſtam provinciam felicius haud dubie geſſiſſem, tum parcius fortaſſe ipſe conjecturis indulſiſſem, pridem expertus, non alia de cauſa tot vulgo ſollicitari, quam quia à Grammatica peritia parum inſtructi criſin exercemus, aut meditandi laborem defugimus. De meo certe ſenſu ut loquar rariſſime commodius quid ſubſtituendi facultate deſtitui ſoleo, exponendi quod poſitum invenio, plus quam ſaepiſſime. Digreſſionibus, quod in hujus generis ſcripto licere arbitror, libere paſſim ſum uſus; aliter procederem ſi auctorem ipſum quempiam recenſerem, quando nil niſi quod pertineret vel ad difficiliora illuſtranda, vel Linguae genium declarandum, de meo adderem.

rem. Ceterum quanquam per excurſus illos varia aliorum ſcriptorum loca attigi, tamen de pluribus me potuiſſe agere, evolventem docent librorum margines, quibus ea me adleviſſe identidem deprehendo, quae ſi memoria ſuggeſſiſſet, non fuerant omittenda: ut ubi uſum perſequor verbi χείειν & ἐγχείειν, mentio debuerat fieri emendationis in Philoſtr. Pindaro, qua pro eo, quod editur δέει τοῦ ἐγχειρήματος, correxi ἐγχεί-σματος, & firmat eam Philoſtr. Jun. Sophocles. Nec occaſione eorum, quae de locutionis indole κανοῦν ἐνάρχεσθαι notavi ad Choëph. vs. 883. ratio non fuerat habenda ejusdem Philoſtr. Prioris Heroic. XIV. hoc magis, quia primo intuitu aliter longe videatur phraſis ibi adhibita, & quae Olearius ſcribit, ejusmodi ſint, ut facile adpareat, Virum doctum naturam ejus minus habuiſſe perſpe-

ctam: verum Hyſterologiam eſſe tantum non indubium praeſtant verba ἐπ' ἐκείνῃ τῇ θυσίᾳ, eaque admiſſa nil variat ſenſus. Quod ſi tandem, nam plura non accumulabo, notam ſcribenti ad Matth. Cap. XXVIII. in mentem veniſſet loci Ariſtaen. Lib: II. Epiſt. IV. ὅμως ὑδροφορῆσαι πιθανῶς προφασισαμένη, κατέβη ταχὺ ἐπ' αὐτόν· ἐπιλαβοῦ τῶν ὤτων κομίζουσα τὴν κάλπην. minime dubitaſſem poſt varias eruditorum ſuſpiciones & meam prodere, qua reſtituebam κατέβη ταχὺ ἐπ' αὐτοῦ, ἐπιλαβοῦσα τῶν ὤτων, κομίζουσα τὴν κάλπην. ſed haec obiter. In Sophocle citando ſecutum me ſcias Editionem P. Stephani, cujus, quod ſero detexi, verſuum numeri cum nimium quantum diſcrepent ab Editionibus aliis, diſſenſum hunc mihi ne imputes rogo. Tum ſi forte unum alterumque in hoc libello jam occupatum noſtro item nomine alibi impreſſum aliquando com-

compareat, ſtudio factum ſuſpicari noli, quod certis de cauſis praevenire nequivimus. Vale amice Lector & fave. Zwollae A. D. vi. Maji CIƆIƆCCXLIII.

ERRATA GRAVIORA

SIC CORRIGAS ROGO.

Pag.	Vs.		Leg.
13.	24.		Thuc. ad Lib. III. Cap. 72.
18.	8.		legendo
32.	5. à fin.		& pondus
64.	6. à fin.		Dativus
66.	12.	dele	Vid. vs. 537.
67.	1.		βρύκωμα.
69.	14.		Cap. 148.
85.	2.		inveneris
90.	3.		Cap. 46. & tunc leg. Cap. 62.
91.	3. à fine	dele	*vel etiam* usque ad μετώχμιον
105.	19.		Fragm. Eurip.
107.	7. à fin.		Cap. 13. p. 100.
119.	3.		de uno uſurpatum
125.	5.		arceſſiverim
142.	11.		vs. 56.
164.	20.		utique erit
170.	2.		Lib. I.
185.	2.		ἐπιπολὴ
211.	2.		Lib. II. c. 1. ult.
226.	17.		hoc nomine inſigni
229.	20.		eſſet
236.	6. à fine		φέρεσθαι
	7. à fin.	dele	& Med. l. c.
239.	4.		poſſit
245.	2.		Cap. 53.
277.	5. à fin.		primus pro quarto.
291.	5. à fin.		diſcedendum

Pag.

FRIDERICI LUDOVICI ABRESCH

ANIMADVERSIONUM LIBER PRIMUS AD ÆSCHYLUM.

Cap. I.

In Æſchyli Prometheo Vincto quædam animadverſa. Thomas Magiſter tentatus. ὁπλεῖσθαι βλέπειν. ὁρῶν &c. ἀνήνειν. *Aeſchyli Scholia correcta. Veteres Critici notati. Ellipſis in Euripide exploſa; itemque in Sophocle. Quid* οὐκ ἐάν? Κρύπτειν. σαθεύειν. Στάπευσις. ἀπαυρῆσαι. *Æſchyli lectio defenſa. Schol. Æſchyli ter leviter emaculatus.*

VS. 3. Ἐπιστολάς. Male libri nonnulli ἐπιπολάς. Quos ſecutus videri poſſet Thom. Magiſter V. ἐπετειλάμην, niſi ita ſcripſiſſe Æſchylum adfirmaret διὰ τὸ μέτρον; quod cum requirat ἐπιστολάς, videntur eius verba adiuvanda diſtinctione mutata hunc in modum, καὶ ἐπιστολὴ ἀντὶ τοῦ προσταγή (ὃ δὴ καὶ ἐπιπολή.) παρ' Αἰ-

χύλῳ. διὰ τὸ μέτρον ἐν Προμηθεῖ· Επιςολὰς ——— niſi malueris, ſervata Editionis Blancardi, qua ſola utor; interpunctione, inverſo ordine ſcriptum ab eo ſuſpicari καὶ ἐπιτολὴ, —— ὃ δὴ καὶ ἐπιςολὴ παρ᾽ Αἰσχύλῳ — Επιςολὰς —— Utut enim in citandis ſcriptorum locis paſſim deprehendo negligentiſſimum, hic tamen culpam in librarios conferam.

Vs 21. φωνὴν ὄψει. Apocal. Cap. I. vs. 12. ἐπέςρεψα βλέπειν τὴν φωνήν. Nuncius apud Soph in Trachin. vs. 369. Deianiram de adventu Herculis edocens καὶ νῦν, ὡς ὁρᾷς, ἥκει δόμους. Vid. ibi Schol. Noſter S. C. Theb. vs. 103. κτύπον δέδορκα. Ariſtaen. Lib. I. Epiſt. 13. τὴν ὑποκάρπιον ἀρτηρίαν τοῖς δακτύλοις ἁρμονικῶς ἐπεσκόπει. Idem Lib. II. epiſt. 7. εἰ τὴν χεῖρα προσαγάγῃς τῷ ςέρνῳ, ὄψῃ τὸ πήδημα. i. e. *ſenties, admota deprehendes manu.* Contrario modo ἀκούειν Muſaeus de Her. & Lean. vs. 5

Νηχόμενόν τε Λέανδρον ὁμοῦ καὶ λύχνον ἀκούω.

Ubi Vid. Cl. d'Orvillium, &, qui egregia de ſe ſperare jubet, Juvenem doctiſſimum M. Röver. Adde Schol. Aeſchyli ad l d. in S. C Thebas. Facile itaque carebimus ſcholiaſtæ ſupplemento extrinſecus adſumentis ἀκούσῃ. Sed eſt iſte veterum criticorum mos, ut, ubicunque fere verbum ſe offert aliquod duobus adjunctum nominibus, quorum alterum paulo rarius comitari ſolet, illico ad

ad ellipſin confugiant, quam ego haud facile admiſerim; ut qui obſervaſſe mihi videor plerumque in verbo addito id ipſum latitare, quod illi quaerunt. Sic in illo Eurip. Oreſt. vs. 898. Κτανεῖν μὲν οὔτε σε, οὔτε σύγγονον εἴα, φυγῇ δὲ ζημιοῦντας εὐσεβεῖν: advocant ἐλέγειν. Atqui οὐκ ἐᾶν de impedimento non modo uſurpatum invenias quod effectum ſortitur, verum etiam quod dehortando diſſuadendove quiſpiam inferre conatur, atque ἐῶ idem, quod συγχωρῶ i. e. σύμφημι, ὁμολογῶ. Herodot. Lib. VIII. c. 69. de Artimiſia, ὅσοι μὲν ἔσαν εὔνοοι τῇ Ἀρτεμισίῃ συμφορὴν ἐποιεῦντο τοὺς λόγους, ὡς κακόν τι πεισομένης πρὸς βασιλῆος, ὅτι οὐκ ἔα ναυμαχίην ποιέεσθαι. Cap. 101. Xerxes ad eandem σὺ οὖν ἐμοὶ, καὶ γὰρ περὶ τῆς ναυμαχίης εὖ συνεβουλεύσας τῆς γενομένης, οὐκ ἐῶσα ποιέεσθαι, νῦν τε συμβούλευσον. Idem Lib. IX. c. 65. Ἀρτάβαζος —— καὶ τότε πολλὰ ἀπαγορεύων οὐδὲν ἤνυε, συμβάλλειν οὐκ ἐῶν. Et Cap. 76. Λακεδαιμόνιοι οὐκ ἔων φεύγοντας διώκειν. i. e. *impedire conabantur*, *diſſuadebant*. Similiter Ariſtid. Tom. III p. 621. τοὺς μὲν ἄλλους ἐπίστασθαι φῄς, αὐτὸν δ' ἐμὲ οὐκ ἐᾷς. Interpres non male *negas* Lucian. in Tragopod. vs. 270. Μύστης με σιγᾶν ὅρκος, οὐκ ἐᾷ λέγειν. Haud felicius verſantur Sophoclis Grammatici in illo Electr. vs. 438. ἢ πνοαῖσιν, ἢ βαθυσκαφεῖ κόνει κρύψον τὰ κτερίσματα ſupplentes ῥίψον, δὸς, aut ſimile. Notat enim Graecis Κρύπτειν *quocunque modo e conſpectu removere*, idem, quod ἀφανίζειν. Ael. de Anim. Lib. II. c. 7. ὑπὸ

τοῖς ἰλέοις καὶ τῇ ψάμμῳ ἀφανίζεσθαι, καὶ ἑαυτὰ ἀποκρύπτεσθαι. Soph. Antigon. vs. 202. τάφῳ τε κρύψαι, καὶ τὰ πάντ' ἀφαγνίσαι. Ad Homeri verba quod attinet, quae ad ellipſin confirmandam ſubdit Schol. ex Il. Γ. vs. 327. illis adſentior, quos Euſtath. p. 318. dicit φιλοσοφώτερον ἐπιβαλλόντας ἐν τῷ ἔκειντο νοεῖν καὶ τὸ ἵσαντο.

Vs. 22. Σταθευτός. Schol. B. σταθεύειν —— ἀπὸ τοῦ ἵστημι, στήσω, καὶ τοῦ αἴθω τὸ καίω. Rectius Thom. Mag ἀπὸ τοῦ εὔω, τὸ καίω, & ſic Euſtath. ad Od B. p 97. De notione confer Heſych. V. Ἐσταθευμένος Schol. Ariſtoph. ad Eccleſ. vs. 127. & Lyſiſtr. 376. Nec aliter σάτευσιν adhibuit Ariſtoteles in loco, quem Cl. Stanl adfert ex IV. Meteor. c. 3 extr. quam exponunt Grammatici veteres apud Comicum, nempe pro χλιάνσει *tepefactione*, nam opponit τῇ ὀπτήσει licet alio ſe detorſiſſe ipſe dicat.

Vs. 28. Ἀπηύρω. Alios libros legere ἐπηύρω monet H. Steph vulgatam tamen tueri Euſtathium; apud quem inveneritne, ut videtur ex verbis eius colligendum, noſtri locum, an inde defendi recte colligat, quia ad Il. A. p. 95. 43. iſto ſenſu verbum citet ex Heſiodo, neſcio Stanleius nihilominus τῷ ἐπηύρω ſubſcribit. Verum tu in vulgata nihil requiras; idem enim ἀπαυρῆσαι quod ἐπαυρῆσαι; illius minus obvia exempla pro ἀπολαύειν mutandi anſam præbuerunt. Neque tamen ita

ſunt

ſunt rara. ut, quod putabat Graevius ad Heſiod. Ἐϱγ. vs. 240. non alibi facile occurrant; nam praeter Heſiodum; imo & praeter Æſchylum ſic adhibuiſſe Furip. in Androm. vs. 1028 jam docuit Cl. Alberti Obſervat. in Suidam, Miſcell Obſervat. Vol. II. Tom. I. p. 131. In genere notat *reportare, auferre fructum.* Theoph. Simoc. Quæſt. Phyſ. XI. οὐκ ἄθρεια ὡς αὐτῷ περιπετύχηκε, θέα μοι ἤλεγξε αὐτὸ λαγωὸς ἀπηύρηται. Conf. Etymol. Magn. V. Ἀπύρας, cui tamen in eo non adſentior, quod mutationem ſtatuit τῆς ἐπὶ in ἀπό. Vid. eundem in ἀπαυρῶ, & Moſchop. ad Hom. Il A. vs 410. In Schol B. l. ἀπέλαυσας. Mox ad vs 31. lin. 3. μετεῖς & vs. 33. ἀνωφελῆ.

Vs. 39. τὸ συγγενές τοι δεινόν. Similiter Eurip. Androm. vs. 985. τὸ συγγενὲς γὰρ δεινόν. adde infra vs. 290. & S. C. Theb. vs. 289. Supra vs. 14. συγγενῆ θεὸν ſe vocat parili ratione, ut vult Florens, ſecutus Schol. A qua ſe Pax Phidiae συγγενῆ apud Comicum in cognomini fabula vs. 615. Sed & conſanguinitatis ratione Vulcanum Promethei συγγενῆ ſe dicere potuiſſe oſtendit Stanl.

CAP. II.

Rejicitur Stanleji emendatio pariter atque explicatio. Scholiaſtes exponitur, idemque emendatur. Æſchylus explicatur. Inquiritur an Aeſchylus ſcripſerit, ut editur. Aſſeritur lectio recepta. Quia πράσσειν? Oſtenditur contra Gatakerum Atticos dixiſſe πράγματα pro χρήματα. Xenophontis, Ariſtidis & Thucydidis interpretes correcti. Moeris explicatus.

VS. 49. Ἅπαντ' ἐπράχθη πλὴν θεοῖσι κοιρανεῖν,
ἐλεύθερος γὰρ οὔτις ἐστὶ πλὴν Διός.

Verba ſunt Roboris ad Vulcanum, qui juſſus ab Jove Caucaſo adfigere Prometheum, ſed commiſeratione motus mandata tam ſaeva exequi cum cunctaretur, inſtante Robore atque obediendi neceſſitatem ei usque ingerente, tandem nullum ſibi effugium relictum cernens, indignatione in artem verſa hanc deteſtatus dixiſſe fingitur, *quemvis eam potius alium ſortitum oportuiſſe.* Quod cum faceret, Robur ei oſtenſurum, quam inania optaret, id dedit reſponſi, quod adpoſui. In quo cum Vulcanum adquieviſſe adpareat, & ſine mora peregerit juſſa, quæritur, quo ſenſu prior reſponſionis pars, ἅπαντ' ἐπράχθη πλὴν θεοῖσι κοιρανεῖν, intelligenda ſit. Cl. Stanlejus Scholiaſten

ſten ita accepiſſe putat, ut neget Jovi imperium fato eſſe datum. Eam vero reſponſi mentem eſſe non poſſe dicit, quod Jovi æque ac Diis reliquis munera fato conceſſa doceant poetæ & ipſe Æſchylus vs. 518. Deinde dubitat an ἐπεάχθη uſquam, qua Critici interpretantur notione, reperiatur obvium. Atque his poſitis fundamentis contendit ſic acceptae reſponſionis vim nullam futuram fuiſſe ad compeſcendas Vulcani querelas, qua tamen ut veriſſima æquiſſimaque acquieverit; concluditque adeo legendum ἐπαχθῆ. Scilicet hoc ut dicat Robur: *fruſtra Vulcanum queri de ſua ſorte, aliis Diis invidere ſuam, cum ſint & illorum munera labore & moleſtia plena, & uni Jovi datum ſit immuni vivere.* Verum enim vero quanta etiam veri ſpecie primo intuitu haec ita diſputet vir doctiſſimus, tamen, ſi propius inſpicias, falſiſſima eſſe, & ab Æſchyli mente alienam prorſus explicationem pariter, atque emendationem, mecum ſcio fateri debebis. Nam quod primo dicit Scholiaſten negare Jovis imperium fato deberi, ſic non eſt. Manifeſto enim diſtinguit Poeta inter Jovem & Deos reliquos; de illo loquitur vs. 50. de his vs. 49. quem & Schol. A. ſolum explanat verbis, τινές φασιν, ὅτι πάντα ἐκ μοιρῶν δέδοται τοῖς θεοῖς, πλὴν τὸ ἄρχειν. Quo quid apertius? Sed ſi vel maxime

me dubiis conceptum verbis hoc ſcholion Viro Cl. videbatur, omnem ſcrupulum eximere poterat Schol. B. qui recenſitis variorum numinum muneribus & prærogativis, addit, τὸ ᾗ βασιλέυειν μόνος, ita lego pro μόνον, ὁ Ζεὺς ἐκληρώσατο. Quæſo quid dilucidius? Sed videtur Viro docto adeo placuiſſe propoſita emendatio, atque inde deductus loci ſenſus, ut rem acu tetigiſſe perſuaſus accuratius examinare ſcholia ſuperſederit. Adde quod vel citra omnem veterum Criticorum explanationem, modo ἐπεάχθη notet ὥρισαι, τετύπωται, ἐκ μόιρας ἐγγόνει, ut exponunt, & de quo mox videbimus, verba Æſchyli non aliter intelligi queant, quam vel quo cepere ſcholia, vel hoc ſaltem ſenſu: *reliquis Diis hoc fatali neceſſitate injunctum, ut, quanquam aliis gaudeant omnibus prærogativis, libere tamen agere non liceat; Jovi contra ſoli id conceſſum, uti pro lubitu illis imperet, ipſe ab alius imperio liber agat.* Et quo ſi ſumantur modo, idem prorſus hic loci dixerit auctor, quod vs. 186. ὅτι παρ' ἑαυτῷ τὸ δίκαιον ἔχει ὁ Ζεὺς, & vs. 324. ὅτι μόναρχος οὐδ' ὑπεύθυνος κρατεῖ. Itemque Sophocles

— οὐδὲ θεοῖσιν αὐθαίρετα πάντα πέλονται
Νόσφι Διὸς, κεῖνος γὰρ ἔχει τέλος ἠδὲ καὶ ἀρχήν.

reliquique quos laudat in notis Stanlejus. Utrocunque autem ſenſu accipiantur, efficax ſatis, ni fallor, reſponſi erit vis ad fi-

nien-

niendas Vulcani querelas. De Viri Cl. vero explicatione quid dicam aliud? quam nullo eam pacto admitti poſſe, tum quod diſſimulet plane τὸ πάντως, & quo addito, omnis denegabitur Diis beatitas; quod quam ſit alienum a paganorum de Diis ſuis opinione, quis non videt? tum quod de artis moleſtia, niſi quatenus ea cogebatur Jovis juſſa exſequi Vulcanus ne γρὺ quidem; ceterum Jovi obediendi neceſſitatem uſque inculcat Robur, queritur ille. Videantur modo quae præcedunt. Quare cum omnis loci difficultas reſideat in ἐπεσάχθη, quod nec ego exputo, ita qui explicari poſſit, de eo accuratius hic erit agendum. Ad Scholiaſtas quod attinet, audacter aſſeverare auſim, eos aut aliam vocem reperiſſe, quam exponerent, aut non intellexiſſe, qua virtute ἐπεσάχθη adhibuerit Tragicus; cumque vel legiſſent, vel ex aliis criticis didiciſſent Deorum munera fati beneficio ex Poetarum ſcitis poſſideri, nec alienum hoc eſſe judicarent ab reſponſionis mente, ita explicuiſſe, tanquam revera vocem inveniſſent, cui iſta notio conveniret. In quam opinionem ducere videntur verba Schol. A. τινές φασιν. Sed erunt praevideo, qui, quod hanc ignorantiæ notam criticis inuſtam nolint; aliter eos potius legiſſe contendent; in quibus & ipſe lubens nomen profiterer meum, niſi alia

omnia ſentire ſuaderet difficultas illico indicanda; abſque qua eſſet hunc in modum criſin inſtituerem: Certum videri veteres criticos aliam vocem inveniſſe. Nullam propius ad receptam lectionem accedere, metri legibus ſatisfacere, atque ita exponi potuiſſe, quam ἐπτώθη, quod cum nimis devium eſſet, nec intelligerent librarii, in ubivis obvium ἐπτάχθη more ſuo commutaſſe. Fuiſſe autem praeter notiſſimum πέπτωται & πεπτωμένον ἐστὶν, alia item tempora verbi πτώω olim uſitata, ne dubitemus facere Heſychium & Suidam, qui & ἔπτωσεν agnoſcant. Adderem, quam recte explicuerint Schol. per voces ἄελσται, πτύπωται, ex eodem pateſcere Heſychio iiſdem utente in exponendo τῷ πέπτωται. Verum cum loco convenientiſſima, nimisque docta mihi videatur lectio vulgata, quam ut ab imperita amanuenſium natione eam mihi profectam perſuadere valeam, non video, qua alia ratione acciderit, ut notionem tribuerent, mihi perinde, atque Cl. Stanleio ſuſpectam, quam quia, ut dixi, non adſequerentur vim verbi, & hinc, ut poterant, interpretarentur. Vel, quæ ſola pro Scholiaſtis adferri poſſet excuſatio, dicendum foret, duas olim hujus dramatis ἐκδόσεις ab ipſo auctore prodiiſſe, quarum in altera, cujus apographos habuerint critici, dederit ἐπτώθη, altera, quod nunc legimus,

ἐ-

ἐπράχθη. Ita autem ut ſtatuam varia ſuadent. Fingit enim Æſchylus regnum Jovi dolo & occultis magis machinationibus, quam vi partum vs. 206 —— 214. eoque potitum Jovem, de fato altum eſt ſilentium, reliquis Diis ſua cuique munia, ſuos honores diſtribuiſſe vs. 228.

> Ὅπως τάχιστα τὸν πατρῷον ἐς θρόνον
> Καθέζετ᾽ εὐθὺς δαίμοσιν νέμει γέρα
> Ἄλλοισιν ἄλλα, καὶ διεστοιχίζετο
> Ἀρχήν.

collato vs. 438. & utrobique Schol. nec non Heſiod Θεογον. vs. 74.

> Κάρτεϊ νικήσας πατέρα Κρόνον. Εὖ δὲ ἕκαστα
> Ἀθανάτοις διέταξεν ὁμῶς, καὶ ἐπέφραδε τιμάς.

adde vs. 112. & vs. 880. ſeqq. quem manifeſto ſequitur noſter. Quumque πρᾶξαί τινι τί uſupari ſoleat interdum pro *occulta & clandeſtina machinatione acquirere*, & *conciliare aliquid*, (unde & ſaepiſſime notat *prodere*. Vid. Cl. Dukerum ad Thucyd Lib. IV. c. 89.) res ipſa loqui mihi videtur vocem non aliam aptiorem magisque ſignificabilem adhiberi potuiſſe; ut qua tacite innuetur Diis cunctis per clandeſtinam illam molitionem, qua Saturnus regno exutus eſt, omnia acquiſita eſſe; monebiturque adeo Vulcanus, quum in facta illa diviſione Jovi regnum ſibi ſoli vindicanti atque reſervanti nec ipſe, nec alius Deorum contradixerit, unus quisque, quam tulit, ſorte contentus

fuerit, haud aequum eſſe eum nunc artis poenitere, Jovisque imperio obedire gravari, cui omnes omnino Deos ſubjectos ſciat. Ea autem, quam dixi, ſignificatione verbo utitur noſter iterum in Agam. vs. 1364. φροιμιάζονται ὡς τυραννίδος σημεῖα πράσσοντες πόλει. Soph. in Aiace vs. 446.

> Εἰ ζῶν Ἀχιλλεὺς τῶν ὅπλων τῶν ὧν πέρι
> Κρίνειν ἔμελλε κράτος ἀριστείας τινὶ,
> Οὐκ ἄν τις αὔτ' ἔμαρψεν ἄλλος ἀντ' ἐμοῦ.
> Νῦν δ' αὔτ' Ἀτρεῖδαι φωτὶ παντουργῷ φρένας
> Ἔπραξαν, ἀνδρὸς τοῦδ' ἀπώσαντες κράτη.

ubi conf. Triclin. Ariſtid. Tom. III. p. 328. λέγει ὑπὲρ Σικελιωτῶν ἀνδρῶν, ἀρχὴν τινα πράττων αὐτοῖς. & orat. de Concord. p. 300. φιλίαν κοινὴν ταῖς πόλεσι πρᾶξαι πρὸς ἀλλήλας. Atque ex iſta quam indicavi verbi notione deduco illam vocis πράγματα ſignificationem, nec ipſam, quod ſciam, non modo aliis obſervatam, ſed vel nimis temere exagitatam ab Viro magno *de Stylo novi inſtrumenti* Cap. XIV. qua prorſus ut χρήματα notat *facultates*, *opes*, *divitias*, item *potentiam* & quaecunque alia bona magno molimine & occultioribus ſaepe viis homines conſectantur. Æſchin. Socrat. apud Ariſtiden Orat. pro Quatuorv. p. 365. ἄλλα τε δῶρα πολλὰ ἐδωρήσατο (ὁ Ξέρξης) καὶ Μαγνησίας ὅλης ἀρχὴν ἔδωκεν, ὥστε καὶ φεύγοντος αὐτοῦ (τοῦ Θεμιστοκλέους) τὰ πράγματα μείζω ἦν, ἢ — Xenoph. Lib. VI. K. A. p. 466. Edit. noviſſ. Oxon. καὶ ἄλλοι δὲ λοχαγοὶ συνῆλθον εἰ μὲν σὺν πράγμασιν, εἰ

δὲ ἄνευ πραγμάτων. Vertit interpres, *& reliqui tandem duces convenere difficulter alii, alii nullo negotio.* reddi debebat, *ſimiliter reliqui duces convenere alii cum præda, alii ſine præda.* Diod. Sic. ſub princ. Lib. XIX. Ἀγαθοκλῆς δι' ἀπορίαν βίου καὶ πραγμάτων ἀσθένειαν, τὴν κεραμευτικὴν τέχνην μεταχειρισάμενος, εἰς τοῦτο προῆλθε δυνάμεως —— ὥστε —— Herodot. Lib. III. c. 57. χρημάτων ἐδέοντο (οἱ Σάμιοι) τὰ δὲ τῶν Σιφνίων πρήγματα ἤκμαζε τοῦτον τὸν χρόνον, καὶ Νησιωτέων μάλιστα ἐπλούτεον. Idem c. 64. ἐν Ἐκβατάνοισι οἱ ἦν πάντα τὰ πρήγματα. i. e. *ſedes fortunarum ſuarum.* Ariſtid. Orat. pro Quatuorv. p. 224. οἶδα δὲ καὶ τὰ Πλάτωνος πράγματα — οὐδὲν ἄλλο σχεδὸν ὄντα ἢ λόγους i. e. *opes*, θησαυρὸν, ut illico ipſe exponit, atque δεινῶς dictum monet Schol. ineditus; nec aliter accipi debet p. 240. τί χρῆν ἢ φόρους ἔτι λαμβάνειν, ἢ πράγματα ἔχειν, εἰ μηδὲν ἔμελλον ἀπ' αὐτῶν κουφιεῖσθαι. non *res gerere*, ut vertit interpres. Idem p. 238. πρῶτος, Pericles, εἰς μισθοφορὰν κατέστησε τὰ πράγματα. Hinc intelligitur Moeris V. χρήματα, cujus verba ſic capio, ut Atticorum eſſe ſtatuat πράγματα dicere pro χρήματα i. e. ἀργύρια: quem præter & Schol. Thucydidis apud neminem criticorum veterum iſtum verbi uſum obſervatum reperiſſe memini, qui quam recte explicet οἱ ἔχοντες τὰ πράγματα per οἱ δυνατοὶ, οἱ πλούσιοι, oſtendere valet geminus Xenophontis locus I. Hellen. p. 260. ſub fin. Edit. H. Steph. οὐ βουλομένων τῶν Μηθυμναίων προσχωρεῖν, ἀλλ' ἐμφρούρων ὄντων τῶν Ἀθηναίων, καὶ τῶν τὰ πράγμα-

γματα ἐχόντων Ἀττικιζόντων, περιβαλὼν αἱρεῖ τὴν πόλιν κατὰ κράτος. Τὰ μὲν οὖν χρήματα πάντα διήρπαζον — Et c. 74. χρήματα (male interpres *pecuniæ*, verto *bona*, *merces*) idem enarrator illuſtrat per πράγματα, quod quam bene *merces* itidem ſignificare poſſit, ſatis probant inde derivata πραγματεύεσθαι, πραγματευτὴς, &c. *negotiandi* ſenſu adhibita.

CAP. III.

Æſchyli Schol. emendatur & illuſtratur. ἀναχωρεῖν. ἐπικμητής. *Quid Euripidi* διὰ λόγων ἰέναι? *Ariſtides illuſtratur. Schol. Euripidis tentatus, nec non ipſe Euripides. Moeris emendatus.* αἱρεῖν. *Schol. Euripidis leviter emaculatur. Euripides vindicatur, exponitur. Quid* ἀνὰ μέρος? διὰ πυρὸς ἔρχεσθαι. *Euripides bis explicatur. Paulo Apoſtolo lux. Alia nonnulla.*

Vs. 74. In Schol. B. lin. 8. l. χωρεῖ. Subdit καὶ προχωρεῖ, ἀντὶ τοῦ προβαίνει, καὶ ἀναχωρεῖ τὸ αὐτό. Atqui aliud longe ἀναχωρεῖν: ne tamen ſuſpectum habeam commentum facit Ariſtid. Tom. I. p. 146. μὴ εἰς συγγραφὰς καὶ τοιοῦτον σχῆμα ἀναχωρῆσαι. Et orat. in Achill. p. 16. εἰ γὰρ μὴ ἀνεκοίμιζε τὴν ἄνθρωπον, εἰκότως ἂν εἰς ταῦτα ἀνεχώρεις. Poterat haud dubie hic ſcribere προεχώρεις, verum non paulo minus rei accommodate, cujus modi in locum Schol. for-

fortaſſe incidens, putavit promiſcui uſus eſſe, quæ revera ſunt diverſiſſimi.

Vs. 77. Ἐπιτιμητής. Laudat Euſtath. ad Odyſſ. J. p. 355. init. & P. p. 641, 41. κολαστὴν junxit poſt Sophoclem apud Polluc. Lib. IX, 140. Eurip Suppl. vs. 255.

> Οὔτοι δικαστήν σ' εἱλόμην ἐμῶν κακῶν,
> Οὐδὲ κολαστὴν κἀπιτιμητήν.

Ἐπιτιμητῆρες dixit Oppian. I. Hal. vs. 682.

> —— ὅτε μυσοπόλων ἔργων ἄπο παῖδες ἴωσιν
> Ἀθρόοι, οἱ δ' ἄρ ὄπισθεν ἐπίσκοποι ἐγγὺς ἔπονται
> Αἰδῶς τε πραπίδων τε νοῦ τ' ἐπιτιμητῆρες

Homerus ἐπιτιμήτωρ Odyſſ. J. vs. 270.

> Ζεὺς δ' ἐπιτιμήτωρ ἱκετάωντε ξείνωντε.

Vs. 121. Θεοῖς δι' ἀπεχθείας ἐλθόντα. Multi ſunt in hujus modi locutionibus Attici, notio phraſeos pendet e nomine, pro cujus natura ſignificant modo *active*, modo *paſſive*, nunc *abſolute*. Reſolvitur plerumque per verbum nomini adfine, id ſi minus procedit, defectum ſupplent Lat. *graſſari* & *experiri*. Hæc non monerem, niſi deprehendiſſem ἐν τυχόντας impegiſſe. Eurip. Troad. vs. 916. οἶδά σε διὰ λόγων ἰόντ' ἐμοῦ κατηγορήσειν. & Med. vs. 872. Ἐγὼ ἐμαυτῇ διὰ λόγων ἀφικόμην κἀλοιδόρησα, quorum ſenſum non percepit interpres vertens *mecum rationem inii*. nunquam λόγοι eſt *ratio*; debebat *conviitiis in memet graſſata ſum*, aut ſimili modo. Λόγοι hic ſunt λοιδορίαι. Soph. Aiac. vs. 1042.

1042. δῦλος λόγοισιν ἀντ' ἐλευθέρου φανείς. ubi vid. Schol. ad hunc locum critici διὰ λόγων ἐμαυτῇ ἐπετίμησα. Sed & ipſe docet Euripides alio ſe ſenſu adhibuiſſe verbum, quam vulgo ſonat, ſubdens id propter καὶ ἐλοιδόρησα. Norunt, qui veteres auctores terunt, eos quoties vocabulum phraſinve adhibent aliquam uſu minus tritam, unde ἀσάφεια oriri poſſit, ſolere fere eam per notius explanare. Idem Eurip. Hippol. vs. 542. Ἔρωτα οὐ σεβίζομεν. πέρθοντα, καὶ διὰ πάσης ἰόντα συμφορᾶς θνατοῖς. i. e. *mortalibus omnis calamitatis auctorem.* Schol. adnotat δι' ἔρωτος γὰρ - καθ' αὑτοῦ ὁρῶμεν. nonne potius ὁρμῶμεν? Locutionem ipſam inverſa etiam ſtructura efferri poſſe πᾶσαι συμφοραὶ εἰσὶ δι' ἔρωτος, ut credam & ratio ſuadet, & oſtendit Ariſtid. Tom. III. p. 23. δι' Ἀπόλλωνος μαντικὴ, καὶ διὰ μουσῶν ποιητικὴ χωρεῖ. & p. 70. διὰ τοῦ στοχάζεσθαι πάντα χωρεῖ. Perinde erit, ſi dicas τὸ στοχάζεσθαι χωρεῖ διὰ πάντων. Tautologia liberabitur poëta in Phoeniſſ. vs. 767. modo remedium ei tollendæ idoneum habeatur. Optat ibi Polynices,

> Καί μοι γένοιτ' ἀδελφὸν ἀντήρη λαβεῖν
> Καὶ ξυσταθέντα διὰ μάχης, ἑλεῖν δορὶ,
> Κτανεῖν θ', ὃς ἦλθε πατρίδα πορθήσων ἐμήν.

Hic quid aliud ἑλεῖν δορὶ, quam κτανεῖν? ſcriptum ergo fuiſſe ſuſpicor

> Καὶ ξυσταθέντι διὰ μάχης ἐλθεῖν δορὶ,

phraſi, quam ſubſtitui, utitur ſaepiſſime, vid.

He-

Helen. vs. 989. Iph. Aul. 1392. & 1415. Herc. Fur. 220. Bacch. 635 Mutarunt, aut quia hærebant ad ſtructuram ξυσταθέντι ἐλθεῖν διὰ ΜΑΧΗΣ ΔΟΡΙ, aut, quod obverſabatur illud Androm. vs. 105. δορὶ καὶ πυρὶ ἑλεῖν. Poſſet ſalva ſtructura quoque ſervari ξυσταθέντα regique à remotiori κτανεῖν (ad λαβεῖν enim haud retulerim) ſed dativum præfero. μάχῃ δορὶ dictum, ut μάχαι χερσὶ apud Plat. Lib. I. leg. p. 568. E. edit. Lugd. unde emendandus Moeris, in quo male χερσιμαχίας. vid. quæ notavi infra ad vs. 903 tum ξυσταθέντι διὰ μάχης ἐλθεῖν δορὶ valet ξυστάδην μάχεσθαι. niſi ſint, qui ad ipſum Polynicem referre malint, quod nec ipſum non videtur admitti poſſe, & ſic Lat. *conſiſtere* vid. Cl. Burm. ad Petron. c. 19. Ne dicas κτανεῖν illius illuſtrandi ergo additum, quod fieri ſolere ipſe modo obſervaverim; nihil enim eſt, iſtud quod fieri ſuadeat. Simplicia poni pro compoſitis tralatitium eſt. Scio nonnunquam Viris eruditis loca talia de vitio ſuſpecta, ſimul in promtu non ſunt exempla alia. Quo jure hic non eſt dicendi locus. De ἑλεῖν ne ambigas, en præter illud Soph. in Phil. vs. 443. apud Suidam, quo ſolo & Euſtathio auctore novit H. Steph. Theſ. Pind. Nem. Od. IV. vs. 49. Æſch. Eumen. vs. 357 Soph. in Aiac. vs. 1078. ubi ipſum illud ἑλεῖν δορί. In Electr. vs. 209. & 531. Quin Eurip. in Androm.

vs. 107. Nec me movet Schol. vulgatam, ut videtur explicans φονεύσειν διὰ τοῦ δορός. l. φονεῦσαι. Potuit tamen & aliter diſtinxiſſe, atque δορὶ conſtruxiſſe cum κτανεῖν. Certe τὲ, γὰρ ſimileſque voculas poſt ſecundam, imo tertiam vocem poni haud eſt inſolens. Omiſeram pene, quod firmandae ſuſpicioni caput eſt, ſic legentes venuſtam & poëta non indignam emergere gradationem. Habes de uno loco conjecturam: alterius in eadem fabula accipe vindicias, ac veram mentem. Certum eſt viros eruditos nihil vidiſſe in ejusdem Polynicis verbis, quibus apud matrem cauſam orantem ſic locutum fingit vs. 482.

Ἐξῆλθον ἔξω τῆσδ' ἑκὼν αὐτὸς χθονὸς
Δοὺς τῷδ' ἀνάσσειν πατρίδος ἐνιαυτοῦ κύκλον,
Ὥς' αὐτὸς ἄρχειν αὖθις ἀνὰ μέρος λαβὼν,
Καὶ μὴ δι' ἔχθρας τῷδε καὶ φόνου μολὼν
κακόν τι δρᾶσαι, καὶ παθεῖν ἃ γίνεται.

Canterus pro ἀνὰ ſcribi vult ἂν. Barnes. ἄρχειν accipit pro τὸ ἄρχειν i. e. ἀρχὴν, quomodo alios legere monet. Librosnc innuat, an ex conjectura, ſilet. Interpres vertit *huc veniens per inimicitiam & caedem.* Haud vidi magis operam perditam. ἀνὰ μέρος eſt *viciſſim*, *per vices*. Heſych. Ἀνὰ μέρος, ἐν μέρει. D. Paulus I. ad Cor. c. XIV. vs. 27. εἴτε γλώσσῃ τις λαλεῖ κατὰ δύο, ἢ τὸ πλεῖστον τρεῖς, καὶ ἀνὰ μέρος. De Phorcynis filiabus Palæph. Incredib. c. 33. ἕνα ὀφθαλμὸν ἔχουσαι ἀνὰ μέρος ἐχρῶντο.

ϖ. Nomen quod quaerunt latet in ἄρχειν, ex quo ad λαβὼν adſumendum τὴν ἀρχὴν, de quo ſchemate infra. Si ἄρχειν, quod volunt, vicem gereret nominis, & δράσαι cum τῷ παθεῖν idem facerent, per copulam juncta. Et cum reddi debuiſſet *inimicitia & caede adverſus hunc* (Eteoclem) *graſſando*, perperam μολὼν acceperunt de reditu Polynicis, qui id unice intendit, ut rationem aperiat diſceſſus e patria. vid. quæ praecedunt. Locutione utitur iterum in Androm. vs. 175. Διὰ φόνου οἱ φίλτατοι χωροῦσι. Diſcuſſas videmus tenebras, quas loco ex ſe perſpicuo ac manifeſto offuderant interpretum allucinationes; idem facere tentemus in aliis. In Antig. vs. 488. chorus viros a gemina ducenda uxore dehortaturus incommoda, quæ inde expectanda veniant Andromaches Hermionesque exemplo his ſiſtit verbis,

> Εδειξεν ἡ Λάκαινα τοῦ στρατηλάτου
> Μενέλεω. Διὰ γὰρ
> Πυρὰς ἦλθ᾽ ἑτέρῳ λέχει
> Κτείνει δὲ τὴν τάλαιναν Ἰλιάδα κόρην.

Bis peccat verſio; ἕτερον λέχος non eſt *alter lectus*, ſed *altera coniux* nempe Andromache. vid. Hel. vs. 790. & quæ plura in unum contulit Barnes. ad Iph. Aul. vs. 1355. & Phaet. vs. 31. Deinde κτείνει valet *necem molitur*, *in eo eſt*, *ut interficiat*; non *interfecit*. Errat item Barnes. lectorem ablegans

ad *ſimilem phraſin* in Electra, quæ eſt eadem. Idem interpolat verba interpretis *per ignem* per *cum maximo vitae periculo.* Hermioneſne, quod quidem colligas, at falſiſſimum eſt, an Antigones, non addit. Sed adponamus quoque ſub adſpectum Electræ locum in cognomini fabula vs. 1182.

Δακρύτ' ἄγαν ὦ σύγγον', αἰτία δ' ἐγὼ
Διὰ πυρὸς ἔμολον ἁ τάλαινα μητρὶ τᾷ-
δ', ἃ μ' ἔλικτε κούραν ——

Hic, ut magis adpareat virum doctum exiſtimaſſe alio ſenſu locutionem adhibitam, non jam, ut ibi, per *periculum*, ſed *cum pernicie* exponit; & tamen in notis reſpici vult ad proverbium, de quo in Eraſmi adagiis; atque Apoſtoli locum I. ad Cor. c. III vs. 15. hinc putat accipere lucem. Scilicet

Diruit, aedificat, mutat quadrata rotundis.

Apoſtolum ex proverbio explicari probo; ne aliter verba fas eſſet intelligere, quam tropice, ipſe cavit addens, οὕτως ὃ ὡς, quæ eo unice tendunt, ut pareat loqui eum tropice. Novi virum doctum pro indicio ea habere verbi ſupplendi, ſed non perſuadet. Vocula ὃ vel vacat, ut centies apud auctores, vide ne in re nota otio abutamur Euſtath. ad Il. A. p. 61, 15. & ψ. 1449, 19. vel valet ἀλλά. Elige quod lubet; ſenſus erit *ipſe ſalvus evadet, at tanquam per ignem*

i,

i. e. *difficillime*, *ſumma cum difficultate & periculo*. Tum ὄυτως ὡς idem, quod ὡς ſolitarium; ſi ὡς, ut plerumque fit, ſolum legeres, ὄυτως foret ſupplendum, nunc plena eſt locutio. Perinde faciunt Latini, quibus *ut* idem quod *ſicut*. Petron. c. 72. *ſic calet* (balneum) *tanquam furnus*. Non diſſimile eſt hoc Ariſtid. Tom. I. p. 404. de Smyrna urbe ἔςιν ἅπασα ὥσπερ δι᾽ ἀγαλμάτων, ὥσπερ οἱ κατάπαςοι χιτῶνες. Et hic vides prius ὥσπερ leniendæ inſervit hyperbolæ, alterum comparat: ſenſus, quem nuperus editor haud percepit, eſt tanquam ſcriptum eſſet ἅπασα ὥσπερ ἀγάλμασι πεποικιλμένη ἐςὶν, ὥσπερ οἱ — addideris ὄυτως nihil accedet ſenſui amplius, ut nihil decedit omiſſo. Ad Euripiden ut redeam ex hoc diverticulo, eum nego ex proverbio explicandum, quia negat proverbii indoles. In adagio ἔρχεσθαι æque, ac διὰ propria & vulgari pollent ſignificatione, ſecus fit in atticis loquendi modis in quibus διὰ æquipollet ferme τῇ μετὰ *cum*. Ignis ut aqua, & aer proprie pertranſiri poteſt, at non niſi cum periculo, hinc uſus metaphoricus. ἀπέχθεια, συμφορὰ, μάχη, φόνος, & quæ talia plura ſenſu diverſo. Proverbio utuntur multi linguæ utriuſque ſcriptores. Vid Torrent. ad Horat. Lib. II. Od. I. vs. 6. Eraſm. in adagio *Per ignem incedis*. Wolfium ad Liban. Epiſt. LXX. & in Curis Philol. ad

 Pau-

Pauli locum. Addo Xenoph. in Sympos. p. 515, 19. Edit. H. Steph. ἐγὼ μετὰ Κλεινίου καὶ διὰ πυρὸς ἰοίην. Conf. Polluc. III. Cap. 28. Qui dativum adjunxerit inveni neminem. Sed fingamus hoc poſſe fieri; aſt quo ſenſu? aut enim valebit *alicujus gratia caput periculis obiicere*: aut ex atticæ praſeos ingenio *graſſari adverſus aliquem periculis, periculorum auctorem exiſtere*; alium ſenſum ἄνω κάτω στρέφων ego quidem haud extuderim. Jam quid periculi ſignificatio ad Clytemnaeſtram? quæ utique illa cum proferret Electra omnibus periculis erat defuncta, nec cui periculorum, ſed exitii cauſa fuerat filia. Sed tædet me diutius hanc cramben coquere: fuſius exequi debui, quod videam commentum aliis eruditis complacuiſſe. Ceterum quam bene dici poſſit non *urbi* modo, ſed & *homini* ἔρχεσθαι διὰ πυρὸς, & διὰ πυρὸς καὶ σιδηρὸς pro *igne ferroque graſſari* vel *ſævire* probe teneo; at quam recte ſecusve de quavis alia pernicie adhibuerit Euripides haud definiam, quanquam ſimilium περικεκινδυνευμένων exemplis ſe tueri poſſit. Cogitavi quidem uſusne fortean ſit eo tropo, quo vs. 1121. legimus ζωπυρεῖν νείκεα, hoc ut dicat Electra *inſtigavi fratrem, eique auctor fui ad necem tuam o mater! audendam.* Et in priori loco *rixarum & diſſidii cauſa fuit alteri conjugi.* Vel denique veni matri in lucem

cum

cum periculo i. e. *ſuo cum periculo mater me peperit*; ut in Phoen. vs. 1591. πρὶν εἰς φῶς ματρὸς ἐκ γονῆς μολεῖν. Et ibi *venit Heſione in Neoptolemi thalamum cum periculo alterius conjugis*. Verum utcunque à ſenſu loci utriusque haud videantur aliena, prius etiam non adverſetur linguæ genio, modo πῦρ ut dixi ſic uſurpatum probari poſſit; tamen mihi neutrum placet; imo alterum locutionis ratio non admittit; quippe ſic διὰ πυρὸς ἔμολον referretur ad Clytemnaeſtram, quo per naturam phraſeos referri nequit. Hoc indicamus ne quis ex hac animadverſione occaſionem arripiat pingue aliquod miſcellaneorum caput conficiendi. Veriora indagent alii & vincant. Mihi ſufficit incommoda indicaſſe, quæ me moveant, ne diſceſſionem facere queam in aliorum ſententiam, atque priora verba luce perfudiſſe, qua indigebant. Aliorum interpretum aberrationes ſciens prætereo; tantum addo, non aliunde, quam non ſatis perſpecta locutionum harum indole factum videri, ut Faber in illo Æl. V. H. Lib. XII. c. 31. οἶνοι διὰ σπουδῆς ἰόντες corrigeret φήμης. quia ſcilicet magis putabat conſentaneum vinum dici διὰ φήμης ἰέναι. *fama & ſermonibus hominum celebrari*, quam διὰ σπουδῆς. Inſecuti editores probant σπουδὴν pro *pretio* &c. recte ſe habere, ſed de quo nec Fabrum dubita-

viſ-

viſſe crediderim. Unicum adfert exemplum Perizonius quod eſt adpoſitum, adde ſi lubet Ael. de Anim. Lib. XI. c. 10. med. Lib. XIII. c. 25. Lib. XIV. c. 29. & XVII. ult. Græco more Ovid. XVII. Heroid. vs. 246.

Ibit per gladios, hei mihi! noſter amor, i. e. διὰ ξιφῶν εἶσιν aut χωρήσει διὰ ξιφῶν, quod video etiam obſervaſſe H. Steph. Theſ. L. Gr. Tom. IV. p. 670. B.

CAP. IV.

Diſputatur de lectione in Æſchyli Prometheo. Lucianus. Ælianus & Max. Tyrius vindicantur. Ηκειν. Αϊσσειν. Αττειν. *Ariſtides leviter emendatur. agitur de Ariſtophanis quibusdam locis. Phrynichus, & Thom. Magiſter refellitur. Sophocles tentatur.* Εισήκειν. *Æſchyli Schol. Emendatur.*

Vs. 127. Πᾶν μοι φοβερὸν τὸ προσέρπον. Imitatus Soph. in Aiac. vs. 227. φοβοῦμαι τὸ προσέρπον.

Vs. 133. Αχὼ χάλυβος διῆξεν ἄντρων. Alii libri μυχὸν, nonnulli utrumque exhibent ut vs. 452. & Eurip. Helen. vs. 431. quod quia haud videtur admittere locus merito quæratur, utrum ſit præferendum? attendenti haud erit obſcurum longe probabilius τὸ ἄντρων ad interpretamentum ſuos referre natales, quam μυχὸν, quod haud credam in men-

mentem venturum fuiſſe Grammaticis ſi ἄντρων legiſſent. Accedit, quod verbi ſtructura cum quarto, quam ſecundo caſu longe ſit frequentior; Æſchylo, ſi bene memini, perpetua. In S. C. Theb. vs. 906. διῆκε τὴν πόλιν στόνος. Perſ. vs. 505. ἥλιος διήκει μέσον πόρον. & Agam. vs. 484. τὴν πόλιν διήκει θοὴ βάξις. i. e. *pervadit*. Soph. Aiac. vs. 1020. ὀξεῖά σου βάξις διῆλθ' Ἀχαιοὺς πάντας. & Oed. Colon. vs. 310. πολὺ ὦ γέρων τὸ σὸν ὄνομα διήκει πάντας. adde Philoct. vs. 260. Similiter Eurip. Helen. vs. 225. διὰ πολέας ἔρχεται βάξις. Cum caſu ſecundo Soph. Trach. vs. 1100. σπασμὸς διῇξε πλευρῶν. Præpoſitionem adjungit Joſeph. A. J. Lib. XIX. c. 8. §. 2. διῆξε λόγος εἰς πάντας. Longus Paſtor. Lib. IV. p. 135. ταχείας φήμης ἐλθούσης εἰς πάντας. *pervenit ad.* Hinc facile meum fert adſenſum Barnes. in Eurip. Iphig. Aulid. vs. 426. διῆξε φήμη ταχεῖα à διήκειν repetendum ſtatuens, non διαΐσσειν, unde Aem. Portus. Dativum addit Herodot. Lib IX. c. 99. φήμη διῆλθέ σφι. & auctor Axiochi in princ. Dialogi Ἐξιόντι μοι - διῆξε φωνὴ βοῶντός του. In Herodoti rurſus Lib. IV. c. 134 πεταγμένοισι τοῖσι Σκύθῃσι λαγὸς ἐς τὸ μέσον διῆξε. editur cum jota ſubſcripto, tanquam ſit tempus verbi διαΐσσειν, quo jure neſcio: hoc ſcio eam pervaſiſſe opinionem per animos virorum eruditiſſimorum ut ubicunque ferme ἧξα, διῆξα &c. apud ſcriptores ſe offerunt emendare jubeant ᾖξα ex

ἀΐσσειν. Ut in illo Luciani de Morte Peregr. p. 585. ἐπὶ τὰς βακτηρίας ἧξαν. Faber contendit leg. ἧξαν. Idem fieri præcipit in Æl. V. H. Lib. III. c. 42. adſtipulatores nactus inſecutos editores, in his Perizonium, qui idem tentat in Maximo Tyrio, hac nixus ratione, quia ſic major ſiſtatur impetus. Eccur vero majorem ibi requiras, quam in ejuſdem Lib. III. de Anim. c. 26. ἦλθε πρὸς τὰ αὐτοῦ τέκνα, εἶτα ἐπὶ τὴν νομὴν ἧξεν. aut in Luc. Fugit. p. 594. ἧξα οὐκ ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας εὐθύς. Si dicant idem in his alliisque ſimilibus faciendum ob rationem allegatam mihi quidem difficulter perſuaſerint, qui non majorem impetum agnoſco in exemplis allatis, quam in hoc Themiſt. Orat. VII. p. 95. B. οὐκ εὐθὺς ἧκεν ἐπὶ τὸ σίδηρον. Sed dabo procedere rationem, ne ſic tamen τῷ jota fuerit opus, cum in promtu ſit ejusdem poteſtatis verbum ἄττειν, cui, quod quidem ſciam, Grammaticorum nemo illud adpingendum præcepit. Theon Sophiſta p. 1. ἄττουσιν ἐπὶ τὸ λέγειν. Æl. V. H. Lib. II. c. 44. ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἄττειν. Iſæus Orat. de Nicoſtr. heredit. p. 43. οἱ μὲν εὐθὺς —— ἐπὶ τὰ Νικοστράτου ἄξαντες οὗτοί εἰσι. Max. Tyr. Diſſertat. X. Ὄρεξις τοῦ ὁμοίου πρὸς τὸ ὅμοιον ἄττοντος φύσει. Ariſtid. Tom. I. p. 406. αὖραι —— ἄλλαι δι' ἄλλων διάττουσι (ſic leg.) τόπων. Idem p. 644. διῇξε σέλας ἐκ δεξιᾶς. Quid quod dubitem prope an per canonas Grammaticos

cos vocales αι per diaereſin ex verbi natura ſeparatæ coaleſcere poſſint in ᾳ & ῃ. Hoc ſcio apud poëtas ἀΐσσειν occurrere diſſyllabum, ſed id per ſynizeſin fit, nec monere prætermittunt Grammatici, vid. eos ad Soph. Trachin. vs. 400. & 856. certe hoc prius erat probandum quam ubique intruſum irent V. D. quod etiamſi oſtendatur, vel ſic nihil aliud inde conficietur, quam ubi ex librorum fide editum comparet, ibi retinendum, ſilentibus Mſſ. non arceſſendum, quod & paſſim apud Comicum facit Kuſterus, ut in Nub. vs. 543. εἰσῆξε δᾷδας ἔχουσα recte quidem Friſlini corrigit verſionem; at præter neceſſitatem εἰσῆξε ſubſtituit. Si vertiſſet Friſlinus *neque introduxit faces*, ecquis culparet? Non me latet Prynichum & Thom. Magiſtrum aoriſtum damnare priorem verbi ἄγω; verum eſt hoc eorum præceptum eodem habendum loco, quo pleraque. Ariſtid. Tom. I. p. 632. ὃ — τοὺς λόγους ἦξε μετ' εὐδοξίας. Thucyd. Lib. II. c. 97. Φόρος — ὅσον προσῆξαν ἐπὶ Σεύθου. Petrus Apoſtolus Epiſt. II. c. 2. vs. 5. κατακλυσμὸν κόσμῳ ἀσεβῶν ἐπάξας. Xenoph. Epheſii illud Lib. I. p. 13. μελλούσης τῆς νεὼς ἐπανάξασθαι adverſus criſin Viri eruditiſſimi præfracte tueri nolo; nec quia codices variant advoco Soph. in Aiac. vs. 450. φρένες διάστροφοι γνώμης ἀπῆξαν τῆς ἐμῆς. quanquam diſſimulare nequeam mihi

videri leg. μ' ἀπῆξαν, videſis & Schol. Mitto ejuſdem fabulæ vs. 39. πρὸς τί δυσλόγιστον ἧξεν χέρα. In Themiſtio item Orat. XIII. p. 166. A. οὐ μεθιέμην ἤδη τοῦ πήχεως τῆς ἄγρας, ὡς ἄξαντος με ἐπὶ τὴν ἄγραν οὐ χαλεπῶς. videri poteſt leg. ἀΐξοντος. Sed nec εἰσάττειν nec εἰσάγειν hic placeat; nonne tertium ſuppetit verbum ad ſenſum loci aptiſſimum, nempe εἰσήκειν? de cujus probitate ne dubites, quia auctoritate dubia citatur in Ind. Theſ. L. Gr. en tibi Ariſtid. Tom. I. p. 553 συναπειρασθεὶς ὡς εἶχον εἰσῆξα εἰς τὸ δωμάτιον. & Æſch. in Agam. vs. 1190. ὁ χρησμὸς ἔοικεν εἰσῆξειν. Equidem ſatis mirari nequeo Kuſterum in eadem comoedia vs. 992. Suida duce probare εἰσάττειν præ edito εἰσιέναι, nihilominus ſui oblitum ubique inculcare ἀΐσσειν, ut iterum in Eccleſ. vs. 787. hic enim ſi διαΐξειεν, ut vult, eſt à διαΐσσειν, cur non ſcriptum διαΐξειεν, ut παραΐξας vs. 833. διαΐξον. vs. 982. ἀναΐξας in Pluto vs. 723. Idem facit in Ran. vs. 575. atque alibi.

Vs. 134. lin. 6. Schol. A. οὔτε καταμήνια βλέπει l. λείπει. lin. 2. a fine ὥστε χίτωνες ἄζωστοι ἔχιον. ſcribe ὡς τὸ ---- ἄζωστοι — hemiſtichium eſt Heſ. in Ἐργ. vs. 345. In Schol. B. ad vs. 139. l. γῆν.

CAP. V.

Æſchylus aliquoties tentatur atque vindicatur. Schol. lectio confirmatur. Vindicatur Suidas. Inquiritur an Pindarus recte Ætnam dixerit οὐρανίαν κίονα. Schol. Æſchyli ſæpius emendatur & corrigitur. Θεάσασθαι λίνος. Λέγειν ἐν εἰδόσιν. συνεδρία. δίεδρος. εὔεδρος. Εὔελπις. Ἐλπίζειν. Ἐκ. σὺν ἁρμονίᾳ.

Vs. 219. Μελαμβαθύς. Alii libri μελαμβαθὴς ut videtur rectius & ex analogia aliorum compoſitorum è βαθύς. Eurip. Phoen. vs. 1017. σφάξας ἐμαυτοῦ σηκὸν ἐς μελαμβαθῆ δράκοντος. In Schol. B. ad vs. 212. lin. 5. l. συμβουλαί.

Vs. 262. Ἄθλων ἔκλυσιν. Schol. B. legit ἄθλου. Eurip. Iphig. Taur. vs. 899. κακῶν ἔκλυσιν φαίνειν. & ἐκλύσασθαι τῶν κακῶν Longus Paſtor. Lib. II. p. 70.

Vs. 300. Ἐπώνυμον ῥεῦμα. Uterque Schol. explicat ὠκεάνιον & ὠκεάνειον. Diſplicet Stanlejo expoſitio, nec ſe alibi legiſſe ait; at habet Suidas ὠκεάνειον ῥεῦμα, neque video quid repugnet analogiæ. Apud Schol. B. ad verſum modo 290 l. συμπάσχειν σοι.

Vs. 346. lin. 5. in Schol. B. l. σὺ δὲ μὲ ἀκύων. & vs. 351. lin. 4. in altero τοῖς θεοῖς.

Vs. 348. Πρὸς ἑσπέρους τόπους. Spanhem. ad Call. H. in Del. vs. 174. malebat legere

πρὸς ἑσπερον, aut ἑσπέρους τόπους. Quod, quid ſit, ignoro. Forte corrigi voluit ἑσπέρου, ἑσπερίους vel ἑσπέρας. Utcunque eſt non videtur iſta ſcribens Vir illuſtris ad animum revocaſſe adpellativa ſæpe poni pro adjectivis Soph. Aiac. vs. 286. ἕσπεροι λαμπτῆρες οὐκέτ' ᾖθον. quæ verba, ut hoc obiter obſervem, citat Suid in V. Ἀκρας νυκτὸς, atque explanat per ὅτι οὐκ ἔφαινον ἔτι οἱ ἑσπέριοι ἢ ὅτ' ἐσβέσθησαν οἱ λύχνοι. mutila hæc videntur Kuſtero, & poſt ἑσπέριοι inſerendum putat λύχνοι, præcipiti ſane judicio, Scholiaſten ſi inſpexiſſet Vir doctus didiciſſet geminam proponi explicationem, atque vel intelligi ἀστέρες, vel ex eo ſcribendum ἕσπεροι ἀστέρες. Heſych. Εσπέριος, ἕσπερος. & deinde Εσπερος, ὁ ἀστὴρ —

Vs. 349. Εστακε κίον' ὀρθὰν τε καὶ χθονὸς
Ωμαις ἐρείδων, ἄχθος —

Nihil præſidii hic invenio Pindaro adverſus Scaligeri cenſuram, quod ſibi reperiſſe videbatur P. Petitus Obſerv. Miſc. Lib. III. c. 24. diverſiſſima quippe eſt ratio. Ne tantum intercederet diſcrimen, legit quidem diſtinguitque Petitus

Εστηκε κίων, ὀρθοῦ τε καὶ χθονὸς
Ωμοις ἐρείδων ἄχθος —

Verum unde iſtam lectionis diverſitatem arripuerit non prodit, ut facile adpareat aut

ex

ex conjectura, aut male inſpecto loco nata: nihil enim variant codices, quos conſuluerunt Editores; nec diſſentiunt editiones; ſuffragante inſuper Euſtath. ad Odyſſ. A. p. 18. 26. quid quod non potuerit aliter ſcribere Æſchylus manifeſto imitatus Homerum l. d. vs. 53. ut bene obſervat Stanl. ſpecioſius advocaſſet Petitus Herodot. Lib. IV. c. 184. quo teſte οἱ ἐγχώριοι Atlantem dicebant κίονα τοῦ οὐρανοῦ εἶναι. Verum ne ſic quidem verba Pindari non premeret incommodum, quod vidit Scaliger. Herodotus enim refert ſermonem vulgi, eumque de Atlante; at Pindarus Ætnam οὐρανίαν vocat κίονα. Illum ſi, ut Æſchylus, ad Homeri exemplum non coeli modo, ſed & terræ κίονα dixiſſet, nunquam in Scaligeri reprehenſionem incurriſſet. Rationem, quam Petitus haud perſpexit, pete ex Euſtathio l. d.

Vs. 435. Schol. A. lin. 3. Ἀχιλλεὺς ἐν τοῖς Φρυξὶ Σοφοκλέους. Spanh. ad Comici Ran. vs. 950. & quem laudat Menagius ſubſtituunt Αἰσχύλου, quod à Sophocle non legamus tale drama profectum; qui ſi error eſt, quis Scholiaſten eo immunem præſtiterit?

Vs. 394. In Schol. B. l. ἐφ' ἑνός. Quod dicit verba *videndi* ob rationem allegatam haud conſtrui cum caſu ſecundo vereor ne exceptionem ferat. Certe ſi verba Longi Lib. III. p. 73. mendo vacant Χλόης θεάσασθαι βούλο-

μαι,

μῃ, in contrarium hoc quidem producere liceat; nam alia exempla nunc non ſunt ad manum.

Vs. 440. καὶ γὰρ εἰδυίαισιν ἂν ὑμῖν λέγοιμι.

Legendum ſuſpicor vel καὶ γὰρ εἰδυίαισιν ἐν — vel κἂν γὰρ εἰδυίαισιν ἂν — ubique enim præpoſitionem additam reperio Thuc. Lib. II. c. 36. μακρηγορεῖν ἐν εἰδόσιν οὐ βουλόμενος ἐάσω. Ariſtid. de Parapth. ſub ipſum princ. περὶ αὐτοῦ — ἢ λέγειν — ἐν τοῖς ἀκριβῶς εἰδόσιν. & p. 620. ἐν εἰδόσιν ἦν τὰ λεγόμενα. Nec aliter videtur legiſſe Schol. A. conf. V. D. ad Thuc. Lib. VI. c. 77.

Vs. 443. φρενῶν ἐπηβόλους. Similiter Soph. Antig. vs. 498. εἶδον λυσσῶσαν οὐδ' ἐπήβολον φρενῶν. citat ex alterutro Euſtath. ad Il. Z. p. 479. 22.

Vs. 458. Σοφισμάτων. Ex Schol. A. diſcimus in libris quibusdam comparuiſſe νοσφισμάτων, quod haud ſpernendum duco, ſenſus erit perquam adpoſitus *Arithmeticam omni fraude ſuperiorem*, cui nempe obnoxii ſunt ejus imperiti; non tamen ſum neſcius τῇ δημώδει ſuffragari Stobaeum, nec pondus ei accedere haud leve ex iis, quæ notat Stanl. In eodem Schol. ad vs. 457. lin. 3. forſan leg. προσῆψα. vs. 460. lin. 4. ὅπως & lin. 5. ut & in Schol. B. ὑφ' ἅρματα.

Vs.

Vs. 491. Συνεδρίαι. Verbum eſt augurale, contrarium διεδρία Ariſtot. Hiſt. Anim. Lib. IX. c. 1. ſub med. τοῖς ὠμοφάγοις ἅπαντα πολεμεῖ, καὶ ταῦτα τοῖς ἄλλοις —— ὅθεν καὶ τὰς διεδρίας καὶ τὰς συνεδρίας οἱ μάντεις λαμβάνουσι. διεδρα μὲν τὰ πολέμια τιθέντες· σύνεδρα δὲ τὰ εἰρηνεύοντα πρὸς ἄλληλα. Æl. de Anim. Lib. I. c. 48. ὀττεύονται πρὸς τὴν (κόρακος) βοὴν οἱ συνιέντες ὀρνίθων καὶ ἕδρας καὶ κλαγγὰς καὶ πτήσεις αὐτῶν. add. Lib. III. c. 9. & VIII. c. 5. hinc ὄρνις οὐκ εὔεδρος apud eundem Lib. XVI. c. 16. quo & pertinet ἔξεδρος vid. Spanh. ad Callim. H. Pallad. vs. 124. in Schol. B. ad vs. 495. lin. 1. l. μηρῶν.

Vs. 508. Ευελπίς εἰμι τῶνδε σ' ἐκ δεσμῶν ἔτι
λυθέντα μηδὲν μεῖον ἰσχύσειν Διός.

Scholiaſtes A. junxit εὔελπίς εἰμι τῶνδε rectius alter cum interprete τῶνδε copulat cum δεσμῶν. probante hoc & H. Steph. præpoſitionem ὑπὲρ addit Themiſt. Orat. XIX. p. 221. c. εὐέλπιδες ὑπὲρ τῆς τοῦ ἦρος εὐετηρίας. tertium caſum Athen. Lib. I. εὔελπις ἦν τῷ γάμῳ. quod neſcio cur Caſaubono Animadv. c. XIV. durius fuerit viſum. Structura certe non debuit Virum magnum offendere, eadem quæ τοῦ ἐλπίζειν. Thuc. Lib. III. c. 97. τῇ τύχῃ ἐλπίσας. & Baſil. Tom. II. p. 389. A. ἑαυτῷ ἐλπίζων, quod ibidem mox dicit ἐπελπίζων ἑαυτῷ ἢ ἄλλῳ. Obſtitit forte brevitas & malebat εὔελπις ἦν τεύξεσθαι τοῦ γάμου ut loquitur Lon-

gus Paſtor. Lib. IV. p. 125. Voculam εἶκ ſi jungas τῷ ἰσχύσειν vacabit attice ut vs. 906. ἦ μὴν εἶκ Ζεὺς ἔσται ταπεινός. ſin referas ad λυθέντα valebit *poſthac*, *olim*.

Vs. 535. Μήποτ' ἐκτακείη. Exponit Schol. A. μηδέποτε πληρωθείη. addit dictum ἐκ μεταφορᾶς τοῦ κηροῦ, de quo, ut nive proprie ſoleat adhiberi. Stanl. putat eum ſcripſiſſe μηδέποτε μὴ πληρωθείη. Scilicet ut negatio repetita adfirmet, *ſemper* impleatur, non attendens ſic legendo contrariam plane emerſuram mentem. Etenim quonam alio pacto delentur notæ & τύποι *ceræ*, *nivive* impreſſi, quam cum liqueſcentibus his implentur. Heſych. Ἐκτετηκότας, ἀποπληρώσαντας. In proximis ad vs. 525. leg. in Schol. B. πάντα διοικῶν.

V. 553. Διὸς ἁρμονίαν. i. e. ὅρον, ἁρμὸν & hinc θέλημα ut exponit Schol. Infra vs. 620. βούλευμα δῖον. Alias ſimpliciter notat συμφωνίαν, unde de eodem Jove Ariſtid. Tom. I. p. 9. σὺν ἁρμονίᾳ καὶ προνοίᾳ πάντα ποιεῖ. Vid. & Pollux Lib. VI. c. 33.

Vs. 564. Schol. B. l. ἐν πετρίνοισι] τοῖς ὀρεινοῖς ἢ στερεοῖς, διὰ τὸ ἐν τῇ —— Gravius adfecta verba ejuſdem ad vs. 561. ἔδνα ἀπὸ τοῦ ἐδνεῖν τὴν εὐνήν, ἢ τὸ ἴδιον ἐκνέον τὸ αἰγιαλόν. Ferri poſſe videntur priora; nam Heſychius novit ἐδνεύειν pro ἐνεχυριάζειν, at quid ſibi velint reliqua expediant alii.

Vs. 577. Deficiunt quædam in Schol. B.

lin.

lin. 2. forte ex altero hoc modo ſupplenda τῷ τὴν τῶν ποιμνίων εἰσαγωγήν.

Cap. VI.

Δωρεὰ, δωρεῖσθαι mediæ ſignificationis, item dare. *Florus exponitur. Thom. Mag. lapſus.* θάλπεσθαι βέλει. *Sophoclis interpres corrigitur. Aeſchyli Schol. tentatur. verſio correcta.* Διάστροφοι φρένες. *Thom. Mag. reprehenditur. Idem tentatur.* Θεοπρόπος. φεύγειν γῆν περὶ γῆς. θύρας ἐκ θυρῶν ἀμείβειν. *Æſchylus tentatur.* ἀμφὶ ἐλέγειν. *Agitur de natura verbi* ἐξαρτᾶν, ἐξαρτύειν *&* ἐξαρτίζειν. *Thomas Mag. notatur.*

Vs. 617. Δωρεάν. Nihil opus exiſtimo cum Schol. δωρεὰν hic accipere ἐπὶ κακοῦ. Magis id obtineat vs. 627. & aperte in Soph. Oed. Colon. vs. 445. ἐξεκηρύχθην φυγὰς εἴποις ἄν, ὡς θέλοντι τοῦτ' ἐμοὶ τότε πόλις τὸ δῶρον εἰκότως κατήνυσεν. Ut δωρεῖσθαι in ejusdem Electr. vs. 1497. δεῖξον ἀνθρώποισι τὰ ἐπιτίμια τῆς δυσσεβείας, οἷα δωροῦνται θεοί. & δόσις in Eurip. Alceſt. vs. 1071. οὐκ ἔχοιμ' ἂν εὖ λέγειν τύχην, χρὴ δ' ὅστις εἶ σὺ καρτερεῖν θεοῦ δόσιν. atque ita διδόναι κακὸν & Lat. *dare malum* &c. vid. Lex. Huc refero verba Flori Lib. III. c. 5. §. 30. *diſſidentibus de regno fratribus arbiter factus* (Pompejus) *regnare juſſit Hircanum, Ariſtobulo, quia renovabat eam rem, catenas dedit.* Certe quid impulerit viros eruditos ut locum ſollicitarent nullus

exputo. Si ſcripſiſſet Florus *regnum Hircano, Ariſtobulo — catenas dedit*, ecquis offenderetur ? nunc cum ſtructura mutata aliis verbis id ipſum dicat cur minus feramus ? Parilis ratio eſt τοῦ κερδαίνειν apud Joſeph. A. J. Lib. VII. c. 8. §. 1. ὄνειδος καὶ κακοδοξίαν ὁ δίκαιος κερδανεῖ. & aliorum haud paucorum vid. infra ad vs. 950.

Vs. 633. ἱστορήσωμεν. Male Thom. Mag. ex hac fabula citat ἱστόρει ἤ σοι φίλον, quod eſt Soph. in Electr. vs 319. Levius peccat in V. Μάλη, pro μασχαλιστὴρ ex verſu 71. ut videtur laudans μασχαλιστής. Similia ἁμαρτήματα μνημονικὰ ſe offerent in ſequentibus. Mox apud Schol. B. ad vs. 637. lin. 3. ſcribe λέγει, & in altero ad vs. 638. lin. 5 οἰκτειρηθῆναι modo talia monere ſit operæ pretium.

Vs. 645. Προσέπτατο. Supra vs. 115. ὀδμά με προσέπτα. vs. 557. μέλος προσέπτα. Soph. in Ajac. vs. 283. ἀρχὴ τοῦ κακοῦ προσέπτατο. & Eurip Alceſt. vs 421. ἄφνω κακὸν προσέπτατο. Herodoto placuit ἐσέπτατο Lib. IX. c. 99. φήμη ἰοῦσί σφι ἐσέπτατο ἐς τὸ στρατόπεδον πᾶν. & cap. 100. ἡ κληδὼν αὕτη σφι ἐσέπτατο. Eundem præbet uſum προσπίπτειν. Longus Paſtor Lib. III. p. 95. ὁ δελφὶς οὐκ ἀγαθὸν ὀδωδὼς αὐτοῖς προσέπιπτεν ἐῤῥιμμένος ἐκ μυδῶν. vid Bud. Comm. p. 532. & Suidam. Nec aliter Lat. Plaut. Amph. 1, 1: 169. *Vox mihi ad aures advolavit.* Virg X. Æn. vs. 510. *Fama mali advolat Æneæ.* & frequen-

quentius *accidere* vid. Lex. & V. D. ad Petron. c. 105.

Vs. 650. Ζεὺς ἱμέρου βέλει πρὸς σοῦ τέθαλπται. Supra vs. 592. Ιναχείη θάλπει κέαρ ἔρωτι. Recte obſervat Schol. τῷ βέλει proprie ſubdi debuiſſe βέβληται, vel τέτρωται, ſed retuliſſe poëtam ad Amoris *ignem* non *ſagittas*. Noſtrum aperte imitatur Soph. in Antig. vs. 1098.

Αφῆκα θυμῷ καρδίας τοξεύματα
Βέβαια, τῶν σὺ θάλπος οὐχ ὑπεκδραμῇ.

ἱμέρῳ πεπληγμένον habes in Agam. vs. 1213. & Eurip. Med. vs. 556. idem zeugma πρὸς τὸ νοούμενον obtinet quoque aliis in verbis; ſic μελανθὲν αἷμα in Soph. Aiace vs. 945. pro ὃ χυθὲν μελαίνει. Idem in Electr. vs. 122. τίν' ἀεὶ τάκεις i. e. ἔχεις ὥστε σε τήκεσθαι. Vid. utrobique Schol. noſter S. C. Theb. vs. 519. σαδαῖος ἥσται διὰ χειρὸς βέλος φλέγων. Adde ſi lubet ad Heſ. V. Εξεπύρωσεν. Ceterum monet me locus præſens de Soph. Trach. vs. 148. quem male intellexit interpres θάλπος θεοῦ vertens *ignem amoris*, pro *ſolis*. Theophyl. Epiſt. XXXIX. ἡ γῆ δύο ἡλίοις οὐ δύναται θάλπεσθαι. In ejusdem poëtæ Philoct. vs. 38. ῥάκη θάλπεται ex conſequenti eſt *ſiccare*.

Vs. 651. Συναιρεθῆναι κύπριν θέλει. Bene ni fallor exponit Schol. A. ad vs. 641. θέλει συμβοηθῆσαι αὐτῷ εἰς τὴν Αφροδίτην. minus recte alius ad vs. 651. per συνουσιάζειν; quocum facit Schol. B. niſi hic, quod ſuſpicor, ſcripſerat μετα-

 συλ-

συλλαβεῖν — Ἀφροδίτην. Vertendus erat locus, *cupit una Venerem adjuvare ſe, ut potiatur amore.* Paulo poſt in priore Schol. ad vs. 656. lin. 8. l. μηνύοντες.

Vs. 660. Θεοπρόπους. Citat Thom. Magiſter in hac voce. Addit θεοπρόπον pro *vate* apud neminem veterum occurrere. Quam vere neſcio. Heſychium ſcio Suidam & Euſtathium exponere μάντιν, προφήτην. Et ἔπος θεοπρόπον pro μαντικῷ vel θεοπροπίῳ eſt in Soph. Trach. vs. 825.

Vs. 674. φρένες ἀλάστροφοι. Laudat idem. Mag. in V. ἀλάστροφοι ex memoria, & hinc ut ſit vitioſe, conjunctionem tamen haud videtur omiſſurus fuiſſe, ut legendum videatur ἐ φρένες. Quomodo noſter, ſic Soph. in Aiace vs. 449. ὄμμα καὶ φρένες διάστροφοι. infra Suppl. vs. 1024. ἴχνος τὸ πρόσθεν οὐ διαστρέψω φρενός.

Vs. 677. Κερχνίεως ῥέος. Steph. Byzant. aliisque Geographis eadem quæ hic Κερχνία dicitur Κεγχρεία & Κεγχρείς. Ut noſter ſic Callim. H. Del. vs. 271. quem perite contra Friſlini emendandi impetum tuetur Theod. Græv. & Spanhemius, qui & probabili conjectura ad H. in Pall. vs. 581. ſequenti verſu pro ἄκρην ſcribendum judicat ἀκτήν.

Vs 683. Γῆν πρὸ γῆς ἐλαύνομαι. Quidam libri γῆς πρὸς γῆν. quos ſequitur Schol. B. ſed legitima eſt locutio, quæ editur. Ariſtid. Tom. II. p. 320. γῆν πρὸ γῆς φεύγειν. Add. Bergler. ad

ad Alciphr. Lib. II. Epiſt. 2. & Suid. V. Πρὸ γῆς. Similes loquendi modos præbet præpoſitio ἐξ. Longus Lib. II. Paſtor. p. 35. κλάδον ἐκ κλάδου ἀμείβειν. Baſil. Tom. I. p. 54. D. θύρας ἐκ θυρῶν. Idem Tom. II. p. 121. C. ἡμέραν ἐξ ἡμέρας, καὶ ἐνιαυτὸν ἐξ ἐνιαυτοῦ ὑπερτίθεσθαι. quod addita inſuper τῇ εἰς protulit Herodot. Lib. IX. c. 8. ἐξ ἡμέρης ἐς ἡμέραν ἀναβάλλεσθαι. Iterum Longus Lib. III. p. 91. χρόνον ἐκ χρόνου ἕλκειν. ut Æſchin. Orat. in Timarch. p. 14. med. ἀνεβάλλετο χρόνους ἐκ χρόνων. Idem de Falſa Legat. p. 51. med. πόλεμον ἐκ πολέμου πολιτεύεσθαι, ut ἀλλάττεσθαι Themiſt. Orat. X. p. 140. D. parco pluribus ne copia faſtidium faciat. Minus obvia ſunt exempla cum caſu tertio, cujuſmodi hoc Eurip. Hel. vs. 196. δάκρυα, δάκρυσί μοι φέρων. & cum παρὰ Soph. Phil. vs. 290. χρόνος παρὰ χρόνου προύβαινέ μοι.

Vs. 688. Απεχε. Legendum ſuſpicor ἔπεχε, prout inveniſſe videtur ſuo in codice Schol. exponens σιώπα. Abhinc non longe vs. 695. ἐπίσχες ἔς' ἂν καὶ τὰ λοιπὰ προσμάθῃς. Adde Eurip. in Phoen. vs. 455. in Electr. vs 967. atque ſic quamplurimis in locis aliis. Conf. Euſtath. ad Il. Ξ. p. 973, 33.

Vs. 689. Ηυχόμην. Editio Turneb. ηὔχουν, quod longe uſitatius illo poëtis tragicis bene monet H. Steph. vid. Agam. vs. 515. Eumen. 564. nec aliter ſæpiſſime alibi, ſi ab uno

uno Choeph. vs. 213. diſcedas, ubi iterum ἐξηύχου legimus.

Vs. 701. Τὸν ἀμφ' ἑαυτοῦ ἆθλον ἐξηγουμένης. Vide num malis ἀμφ' ἑαυτῆ, ob reliquos genitivos, ſic in Supplic. vs. 254. Εἴρηκας ἀμφὶ κόσμον ἀψευδῆ λόγον.

Vs. 710. τόξοισιν ἐξηρτημένοι. Utitur hoc loco Thom. Mag. probaturus verbum non modo regere ſecundum, ſed & tertium caſum. Deinde ea ſubnectit exempla quarti caſus, quæ facile prodant minus ei exploratam fuiſſe vocis indolem, de qua ſic habeto: ab ἄρω *apto*, *coagmento*, *adparo*, *inſtruo*, foecunda, ſi quæ alia, derivatorum radice proxime ſuccreverunt ἀρτάω, ἀρτέω, ἀρτίζω & ἀρτύω. Horum tria poſtrema generalem illam ſequuntur adparandi notionem. Τῷ ἀρτύω vero inſuper adhæſit in ſpecie ut de adparatu uſurpetur circa cibos, qui ut ſint durando, & reponi poſſint adaptantur, quomodo de aliis rebus ἄρω adhibuit Heſiod. in Ἐργ. vs. 610. ubi vid. Græv. hinc notat *condo* & *condio*. At τῷ ἀρτάω nihil obtigit præter illud adparandi aptandique genus, quod abſolvitur adpendendo quidpiam corpori, unde perpetuo ferme notat *pendo*, *adpendo* tam proprie quam tropice. Quia autem varium in uſum varia ſolent adpendi hinc de armis ſermo ſi ſit valet *armare*, ſi ad ornatum pertineat *ornare* Heſych. Ἐξηρτημένοι,

κεκο-

κεκοσμημένοι. Haec verbi indoles, quam ſequendo ſponte ſe ſiſtit ſtructuræ ratio, quæ dictat perinde eſſe, ſivè dicas ἐξαρτῶ ἐμαυτῷ τόξα, ſive ἐμὲ τόξοις. & in voce paſſiva ſeu media (nam eodem plane res recidit) ἐγὼ ἐξαρτῶμαι τόξα & τόξοις. Hoc tam eſt perſpicuum græce ſcienti, ut exemplis demonſtrari non egeat. At regiminis cum altero caſu alia eſt & diverſa ratio, ex quo ſi locutus fuiſſet Æſchylus ἐξηρτημένοι τόξων foret *ſagittariæ dediti*, *ſagittandi ſtudioſi*. Quo pertinent verba Synesii, quæ ex Epiſt. XX. adfert Thomas, διαφερόντως δὲ τοῦ ἡμετέρους γονέας ἐξήρτητο τῇ —— σπουδῇ —— i. e. ἐξ ἑαυτοῦ ἤρτητο τοῦ —— & ponitur active, nec quicquam ſimile habet locus alter ex Epiſt. III. χρυσίῳ καὶ λίθοις, ἐξήρτητό τε καὶ περιέκειτο. Ubi eodem modo quo noſter ſcribere poterat χρυσίοις καὶ λίθοις. id quod diſcernere nequivit Magiſter. Sed ſcilicet non ſapit homo ſupra triviales grammaticorum canonas, & ubi judicio decidenda res venit ſæpiſſime fallitque & fallitur. Ceterum nec illud ex iis quæ diſputavimus obſcurum eſt, etſi quidem æque recte ἐξηρτισμένοι & ἐξηρτυμένοι in loco praeſenti obtinere poſſet, hoc tantum diſcrimine, quod ἐξηρτημένοι ex verbi uſu propius ſit & convenientius rei de qua eſt ſermo, ſic viciſſim ἐξηρτημένοι ob uſum reſtrictum non convenire loco Herodoti Lib. I. c. 43. ἐξηρ-

τυμένοι λογάσι τε καὶ κυσὶ, & quod alibi habet σίτῳ ἐξηρτυμένοι. Niſi ſint, qui oſtendere valeant ampliores eſſe τῶ ἐξαρτῶν fines, quam nos novimus.

Cap. VII.

Scholia in Æſchylo aliquoties emaculantur. Mare ἄξενον *&* εὔξενον. Τύραννος. δοῦλος. θέορτος. *Schol. Pindari emendatur; itemque Æſchyli.* καταβασμὸς *&* καταβαθμός. *Steph. Byzantinus tentatur.* ἐκμοχθεῖν. μοχθεῖν *&* μοχθίζειν. *Æſchylus aliquoties tentatur.* ἐπαφᾶν. ἀφᾶν. *Scholiaſtes reſtituitur; ſæpius leviter emendatur.*

Vs. 708. In Schol. B. l. πεπλεγμένας. vs. 716. in utroque Αεράξης & Αεράξην. vs. 722. lin. 17. in priore κατοικίσαι lin. ult. f. Φορβάδων Niſi pro edita facere cuipiam videatur Heſychius, cui Φορβάδες ſunt ἵπποι. θήλειαι.

Vs. 725. Σαλμυδησσία γνάθος Laudat Euſtath. ad Il. B. p. 233, 42. Subſequitur ἐχθρόξενος ναύτῃσιν, unde Soph. in Oed. Tyr. vs. 205. vocat ἀπόξενον ὅρμον. Vid. ibi Schol. & Xenoph. A. K. VII. p. 241. ult. de eodem ὅτι ἐκεῖ τῶν εἰς Πόντον πλεουσῶν νηῶν πολλαὶ ὠκέλλουσι καὶ ἐκπίπτουσι. Contrario modo *hoſpitale mare* Flor. Lib I. c. 16. §. 3. pro eo, quod commodos habet portus ubi vid. omnino Salmas. qui haud immerito eo inclinare videtur, ut exiſtimet Pontum εὔξεινον olim ἄξει-

ξεινον dictum, non tam propter incolarum barbariem; quæ veterum ſcriptorum eſt traditio, quam portuum penuriam.

Vs. 760. Τύραννα σκῆπτρα. Multis inſerviit hic locus probaturis adpellativa poni pro adjectivis, atque ita quidem frequenter utuntur vid. Soph. Oed. Tyr. vs. 596. Eurip. Hec. vs. 815. Med. vs. 1066. Hippol. 843. Androm. vs. 3. & 303. Helen. 524. adde ad Troad. vs. 464. Barnes. Sed uſus nimium creber facit ut ſuſpicer revera eſſe adjectivum, uti δοῦλος, δούλη, δοῦλον apud eundem in Jon. vs. 556. 675. & 819. Alex. vs. 15. & 19. Antiop. vs. 82. & 84. itemque Soph. in Trach. vs. 306. & cujus comparativus extat apud Herodot. Lib. VII. c. 7. Αἴγυπτον πᾶσαν δουλοτέρην ποιήσας. Fragmentum quod leges in Schol. B. ad vs. 753. & iterum S. C. Theb. vs. 250. eſt Homeri Batrachomyom. vs. 115.

Vs. 764. Θέορτον. Noſtro σύγχρονος Pind. Ol. Od. II. vs. 67. θέορτος ὄλβος. ubi Schol. illuſtrat per ὑπὸ θεοῦ ὀρθούμενον, ſed ſcripſerat opinor ὁρμώμενον ut hic loci explanant critici, vel potius ſimul reſpiciens ad etymon ὀρόμενον. apud Schol. B. ad vs. 776. vid. num malis legere ἐξαπλῶν.

Vs. 805. Νᾶμα Πλούτωνος. Acheronta, non Nilum hic intelligi putat Spanh. ad Callim. H. in Del. vs. 291. & ad Ariſtoph. Plut. vs.

 727.

727. & certe diverſum à Nilo fluvium hic indicari ſatis oſtendere videntur ſequentia.

Vs. 810. καταβασμόν. Geographis Καταβαθμος more Jonum, qui teſte Phrynicho, Moeride & Thom. Mag. V. Αναβασμὸς, βαθμὸν dicebant, Attici βασμόν. Quod ſequitur ἱερὸν ἀπὸ τῦ Νεῖλος εὔποτον ῥέος ſcribenti hæc præbet anſam ſuſpicandi excideritne fortaſſe in Steph. Byz. vox νᾶμα, ῥεῦμα vel ῥέος, quod de templo *Nilo* nil recorder, & taceant eruditi interpretes. Derivatum νειλῶτις quod adferunt ex Euſebio occurrit illico etiam apud noſtrum vs. 813.

Vs. 824. ἐκμεμόχθηκε. Μοχθέω ut μογέω *cum labore & moleſtia perfero, tolero, perpetior.* deinde *cum labore paro, effectumque reddo.* In paſſivo *adfligor, vexor, adficior moleſtiis*, quo & ſpectat uſus activi in Aquilæ verſione Eſai. c. VII. vs. 13. μοχθεῖν ἄνδρας καὶ θεόν. Eurip. Herc. Fur. vs. 22. & 310. πόνους, τύχας ἐκμοχθεῖν. Idem Helen. vs. 1462. ἄλις μόχθων, οὓς ἐμοχθοῦμεν. in Electr. vs. 307. πέπλους κερκίσιν ἐκμοχθεῖν. & τέκνα τίκτειν καὶ μοχθεῖν in Herc. Fur. vs. 281. Dictys apud Plut. Conſol. ad Apollon. p. 106. A. Edit. Francof. ῥᾴων γένοι' εἰ λογίζεσθαι θέλοις, ὅσοι τε δεσμοῖς ἐκμεμόχθηνται βροτῶν. Xenoph. Epheſ. Lib. I. p. 8. δεσμὰ μοχθήσουσι. à μοχθέω deſcendit μοχθίζω, quod notat abſolute, Homer. Il. B. vs. 723.

λι-

—— λίπον ὗιες Ἀχαιῶν
Ἕλκει μοχθίζοντα κακῷ ὀλοόφρονος ὕδρυ.

Unde Oppian. III. Hal. vs. 329. καμάτῳ καὶ ἕλκεϊ μοχθίζειν. & Lib. IV. vs. 689. λιμῷ καὶ ὀϊζύϊ.

Vs. 825. Ὄχλον μὲν οὖν τὸν πλεῖστον ἐκλείψω λόγων.

Haud incommode legi item poſſet λέγων, ut in Perſ. vs. 513. πολλὰ δ᾽ ἐκλείπω λέγων κακῶν, ἃ —— Mox vs. 828. in Schol. B. l. μεταξὺ Θετταλίας καὶ Αἰτωλίας. Ad noſtri fortaſſe locum reſpiciens Ethnicographus dederat illud Μολοσσοὶ οὐδετέρως.

Vs. 836. Ἥιξας. Uterque Schol. ἦξας, quod præfero. Ut illico vs. 839. Ἰόνιος κληθήσεται, ex fide aliorum codicum κεκλήσεται. ſic noſter ſupra vs. 733. in S. C. Theb. 704. Soph. Ajac. vs. 1388. Lucian. Dial. Pan. & Merc. σὸς πατὴρ κεκλήσομαι. Rariſſime, ſi bene memini, alterum apud paulo vetuſtiores inveneris; nempe in verbis quibusdam uſus futuri tertii ita invaluit, ut priora propemodum prorſus in deſuetudinem abierint.

Vs. 848. Ἐπαφῶν. Schol. legit ἐπαφὼν quod præferens ſcribe itidem θιγών. Parcius utuntur activo. Herodot. Lib. III. c. 69. ἄφασον αὐτοῦ τὰ ὦτα & ibid. ἤφασε τὰ ὦτα. Non paulo uſitatior vox Media. Synes. Epiſt. 138. πρᾶγμα, ἄμαχον ἂν εἴη τὸ αὐτοπροσώπως αὐτοῦ ἐπαφήσασθαι. quomodo & Themiſt. Orat. XI. p. 144. c.

οὐκ αὐτοπροσώπως αὐτῷ ἐπαφῶντος, ἀλλὰ δι' ἑτέρων.

Vs. 852. Verba Schol. A. à lin. 5. ad 7. ita turbata ſunt, ut nec caput nec pedes habeant; ſed deleta una ſuperflua voce, ceteriſque hunc in ordinem redactis nihil lectorem morabuntur, πέμπτην δὲ γενεὰν λέγει ἀπὸ τοῦ Ἐπάφου τὰς πεντήκοντα τοῦ Δαναοῦ θυγατέρας. Πῶς δὲ πέμπτη γενεὰ ἦσαν αὐταὶ ἀπὸ τοῦ Ἐπάφου, μάνθανε. Πρώτη γενεὰ — Hinc quæ ſequuntur in multis ad verbum conveniunt cum Apollod. Lib. II. c. 1. cum quibus qui conferre voluerit haud pauca deteget, quæ ibi uncis incluſa teſte Galeo in Mſſ. non comparebant. In proximis Schol. B. ad vs. 857. lin. ult. pro γενέσθαι conjiciebam ἐλέσθαι. vs. 862. δευτέρου. & vs. 865. Λυγκέα. vs. 877. dele ἀπεκκαίουσι. denique vs. 880. lin. 3. leg. ὁ περὶ τὸ ἧπαρ vel ἡ ὁ vel ἡ tantum.

CAP. VIII.

Indagatur origo & ſignificationis ratio verborum χρῶ, χραύω, χραίνω. χρίω &c. Ammonius explicatur. Quid ἀλείφειν. Ælianus leviter emaculatur. In Horatio recepta lectio defenditur. Oſtenditur in Polluce veterum editionum lectionem non debuiſſe mutari. ἐγχρίπτειν.

Vs. 878. οἶστρου δ' ἄρδις χρίει μ' ἄπυρος. H. Steph. Theſ. L. Gr. Tom. IV. p. 623. c. agens de verbo χρίω hunc cum aliis duobus hujus fabulæ locis nempe vs. 569. χρίει με τί-

τάλαιναν οἶστρος & vs. 598. νόσος —— μαραίνει με χρίουσα κέντροις obſervat, in quibus χρίειν adhibeat Æſchylus pro κεντεῖν ſeu κεντρίζειν. Addere poterat quartum vs. 676. ὀξυστόμῳ μύωπι χρισθεῖσα. ſuſpicaturque fluxiſſe iſtam ſignificationem *ex conſequenti, quoniam ſi pungamus quempiam ſtimulo acuto, ſanguiſque effluens cutim coloret, illitus tali cruore videatur*. In eandem ſententiam diſcedere video Cl. A. Schultens Orig. Hebr. Tom. II. p. 36. ut gratuler Stephano, qui ſuæ ſuſpicionis tantum habeat ſuffragatorem. Ratio ſi procederet eadem foret, quæ aliorum de quibus ſupra ad vs. 650. Sed eam ne poſſim hic admittere obſtat, quod χρίειν Græcorum de ſanguinis, aut iſtiuſmodi alia perfuſione ut Lat. *unguere*, *delibuere*, *tinguere*; quin ipſum *linere* haud recorder uſurpari, & quod, etiamſi idoneis exemplis probari poſſet, meque adeo, quod nimis ſæpe evenit, memoriam fefelliſſe oſtenderetur, tamen nec ſic mihi perſuadere valeam ea ratione inductum poetam toties in hoc uno dramate & vix centum verſuum interſtitio ter (quod quis ferret in ſcriptore non prorſus luteo?) ingratiſſima repetitione uti phraſi auſurum fuiſſe, aut, ſi feciſſet, impune id laturum, & Comicum leviſſimi momenti alia in eo reprehendentem, ubi meritiſſimo eius id facere poterat, tam opor-

portunam traducendi occaſionem ſibi elabi paſſurum. Unde inferendum videbatur aliam ſubeſſe debere magiſque reconditam rationem, qua factum, ut cum in tota quanta quanta etiam linguæ copia non ſuppeteret vox aptior rei qua de agit exprimendæ, vel invitum identidem repetere coactum, & in quo vel ſi altero tanto, & plus eo ſæpius poſuiſſet ne Momum quidem ipſum inventurum fuiſſe quod culparet. Sed quænam illa proprie eſſet, id quidem ut ſciri cognoſcique jucundum nec præterea inutile præſagiebat animus, ita non æque facile indagatu; quod apud nullius ætatis criticos quidquam inveneram, quo noſtra qualiſcunque induſtria adjuvaretur. Et tamen res videbatur ejusmodi, quæ non extra omnem ſpem ſucceſſus poſita eſſet; itaque tentandum ſtatui, num forte, ſi minus noſtro conatui reſponderet eventus, ea ſaltem adferremus, quibus acutioribus per noſtras allucinationes via muniretur à ſenticetis, per quæ nobis hic incedendum fuit, purgatior, ad verum indagandum expeditior; quod ſi aſſecutus fuero ſatis bene mecum actum eſſe, nec plane laborem incaſſum cecidiſſe interpretabor. Jam primum omnium originem verbi remotiſſime repeto ex χεὶρ tot non Græcarum modo & Latinarum; ſed & vernacularum vocum promaconda, ut ſi omnes & ſingulas cum cujuſque

que ſignificatus ratione perſequi vellem, longius quam fert inſtitutum excurrendum eſſet. Inde quippe deducerem χρᾶν, χρῆσθαι, χρεῖος; χρὴ, χρήζειν; indidem χρὼς, χράω & plura alia quæ commodiori loco reſervanda commemorare nihil attinet. Propius huc ſpectat χρῶ, cujus primaria & nativa, & unde reliquæ, quas exſequitur Etymologus, defluxere, notio eſt *admovendi* ſeu *adplicandi*. Hinc χραύειν, χραίνειν, χρώζειν & χρίειν, ex hoc per literarum quarundam acceſſionem conſuetiſſimam diſtracta χρίπτω & χρίμπτω. Quæ omnia veluti totidem genuinæ illius filiæ maternam hereditatem ita inter ſe diviſam poſſident, ut τῷ χραύειν ceſſerit illa manus adplicatio, qua aut ipſa per ſe, aut munita quopiam durioris materiæ inſtrumento ita aliquid tangit, ut *ſtringat* ξέσῃ & ἀμύξῃ; unde uſurpatur pro *leviter vulnero* ſeu *ſaucio*, & varia produxit vocabula tam Græca, quam vernacula. Reliquis obtigit admotio manus lenior, qua quid mollioris materiæ adplicatur, inde χραίειν, χρόειν, χραίνειν & χρώζειν ut plurimum valent *colore imbuere*; & quocunque alio modo *inficere*, *tingere*, *inquinare* & *polluere*. χρίειν tandem in ſpecie in eam venit *imbuendi tingendique* poſſeſſionem, quod fit *oleo*, *unguento*, *pharmaco*: quæ, quod ita fere ſoleant eſſe comparata, ut, niſi infrictio adhibeatur, non ut alia li-

quida altius penetrent, hinc χρίσις eam proprie dicit inunctionem, quæ non ſuperfuſo ſimpliciter unguine, ut ἄλειψις, ſed accedente inſuper & primitus manus, deinde & alius cujuſque inſtrumenti virtutiſve ope, quo penitius deſcendat inſideatque corporis partibus inungendis, abſolvitur. Atque hoc Lat. proprie *linere*, *illinere* &c. alterum *ungere*. Hæc, ni fallor, vera diſcriminis eſt ratio, in qua eruenda fruſtra ſudavit Caſaubonus ad Athen. Lib. XV. c. 12. & quam nemo Veterum docere vel voluit, vel obliterata prorſus verbi originis memoria potuit. Vid. ipſum Athen. p. 689. C. Fueritne cognita Ammonio, an quae ſcripſit uſus ei ſuggeſſerit, non cognitio, pro certo haud dixero. Perſpectam ſi habuit uſque eo ἀινιγματωδῶς tradidit, ut ne quidem ſuboluerit Viris eruditis id eum egiſſe. Verba prout abſterſa, quae editionibus quibuſdam inſederat, macula nuper legenda praebuit diligentiſſimus Valckenarius, ſic ſe habent: Ἐγχρίσαι καὶ Ἐναλεῖψαι διαφέρει. Ἐγχρίσαι μὲν γὰρ, ἐπὶ σκορπίου ἢ σφηκῶν, ἢ ἄλλου τοιούτου λέγουσιν· Ἐναλεῖψαι δὲ, ἐπὶ ὀφθαλμῶν. Ponamus jam plus eum docuiſſe, quam reliquos Grammaticos, qui ſimpliciter exponunt πατάξαι, παῖσαι, τύψαι, ἐγκεντρίσαι. (Vid. ad Ammonium notata & junge Æl. Dionyſium apud Euſtath. ad Odyſſ. B. p. 102, 46.) & haud dubie ſub iſtis verbo-

borum involucris id ipſum latebit, quod oſtendere ingreſſus ſum. Nimirum, ut Æſchylus ſimplex χρίειν de *oeſtro*, ſic frequentius alii ἐγχρίειν uſurpant de quibusvis animalibus ἰοβόλοις nec modo *punctu*, quod fert opinio, ſed & *morſu* venenum inſtillantibus, atque adeo vere ea virtute ungentibus, qua χρίειν pollere probatum ivi. Hoc autem ipſum voluiſſe Ammonium, ut ſuſpicer faciunt, quæ addit de ἐναλεῖψαι. Neque enim ullam habet veri ſpeciem eum uſum verbi reſtrictum velle ad ſolos oculos, quod de quibusvis aliis membris non dubie æque bene uſurpabitur, quoties leniorem, qualis oculo tenerrimæ corporis parti convenit, atque eatenus propria eſt, inunctionem requirunt. Hæc videtur mens eſſe loci vere ænigmatici, non alia. In quo ſi quis non ita facile adſentiri poſſit, is doceat meliora, ego ipſi facile adſentiar. Ceterum quamvis, ut diximus, hæc ita diſtinguantur; tamen veriſſime monuit Caſaubonus vix reperiri ſcriptorem, qui differentiam ubique obſervaverit; quo minus mirum etiam Latinos *unguere*, *tinguere* & *linere* confundere: Et licet *linere* proprie adhibeat Virgil. IV. Georg. vs. 99. ubi de apibus

Ardentes auro, & paribus lita corpora guttis.

i. e *diſtincta* interprete Servio, vel *varia-*

 ta,

ta, ut ex eo Ovid. IV. Metam. vs. 578. de ſerpente

Nigraque cæruleis variari corpora guttis.

alibi tamen id negligi docebunt loca apud Nic. Heinſ. ad Art. Am. Lib III. vs. 232. & 1. Triſt. 1, 5. nec non Caſaub. & Salmaſ. ad Spart. Adrian. c. 4. Et hinc ἐγχρίειν & *illinere* de oculis non minus quam ἐναλείφειν dici obtinuit vid. Lexica. Itaque & difficulter accedere poſſum Viri magni emendationi in Horat. Lib. II. 1, 5. Sed in viam. De ἐγχρίειν quod adpoſui firmat Ælian. Lib. I. de Anim. c. 54. καὶ ἔχεως δῆγμα καὶ ὄφεως ἄλλου (ita lego) φασὶν αἰγιπόλων μὴ διαμαρτάνειν φαρμάκων. Καὶ τὰ μὲν αὐτῶν ἀκέσω πόματα εἶναι, τὰ δὲ χρίσματα· καὶ ἐπωδαὶ δὲ ἐπεξαΰνειν τινῶν ἐγχρισθέντα ἰόν. Pro quo ἐγχρίπτειν Pollux Lib. VI. c. 29. σκόρπιος ζητεῖ ὅπως ἐγχρίψει τῷ κέντρῳ. Sic legebatur olim, poſtea Viri docti Jungermanni codicis lectione præponderare viſa ediderunt τὸ κέντρον. factum vereor ſatis valida de cauſa, quod videatur intelligi poſſe ἰόν. Ut contra inſtrumenti caſus deficit apud Themiſt. Orat. XV. p. 192. A. τοὺς δράκοντάς φασιν ἐν ταῖς χειαῖς κακὰ φάρμακα βεβρωκότας ζητεῖν, ὅπως ἐγχρίψαιντο τὴν τοῦ ὀλέθρου κατασκευήν. Interim alterum quod placuit habet Ælian. Lib. XVI. c. 41. Μεγασθένης φησὶ κατὰ τὴν Ἰνδικὴν σκορπίους γίνεσθαι —— μεγίστους, τὸ κέντρον δὲ ἐγχρίπτειν τοῖς Εὐρωπαίοις παραπλησίως. Cæterum

terum diſcimus & hoc ex verbis Themiſtii, χρίπτειν & χρίειν æquipollere, nec niſi uſui tribuendum quod alterum frequentius unguendi, alterum generalem admovendi ſectetur ſignificationem; & hinc Heſychius χρίμπτεσθαι inter alia exponit ἀλείφειν. & auctor Etymologici ἐγχρίπτουσα, προσρίζουσα. ſicut contrario modo ἐγχρίειν illius occupat locum in Plat. Phædro p. 346. G. ἡ δὲ (ψυχὴ) ἐντὸς μετὰ τοῦ ἱμέρου ἀποκεκλεισμένη πηδῶσα οἷον τὰ σφύζοντα τῇ διεξόδῳ ἐγχρίει ἑκάστη τῇ καθ' αὑτὴν, ὥστε πᾶσα κεντουμένη ἡ ψυχὴ οἰστρᾷ καὶ ὀδυνᾶται. Nondum dimittere poſſum χρίπτειν. Turbat nonnihil Viros eruditos Heſychii explicatio qua χρίμπτεσθαι & χριμφθῆναι exponitur inter alia ἐκπίπτειν, ἐκριφῆναι. & rurſus ἐνεχρίμφθη, ἐξεβλήθη. vid. H. Steph. Theſ. & Fœſii Oecon. Hippocr. V. ἐγχρίμπτειν. quod ut deſinat facere accipe qui ſic loquitur Pindarum Pyth. Od. XII. vs. 37. ὄφρα τὸν Εὐρυάλας ἐκ καρπαλιμᾶν γενύων χριμφθέντα σὺν ἔντεσι μιμήσαιτ' ἐρικλάγκταν γόον. illuſtrat Schol. τὸν (ita leg. non τῶν) ἐκδοθέντα θρῆνον. Præterea ut ad χρίπτειν & χρίμπτειν haud obſcuris indiciis originem referunt noſtrum *grypen* & *krimpen*; ſic valde mihi fit probabile indidem repetendum *rimpelen*, quod alia ratione Græce πιέζεσθαι ſeu πιάζεσθαι dici poſſe ut ſuſpicarer quondam, faciebat illud Lucilii apud Nonium *Rugoſi paſſique ſenes*, & unde aliud agens etymon pariter atque notionis rationem pete-

 bam

bam τῷ *paſſum*, ut *lac paſſum* apud Ovid. XIV. Metam. vs. 274. & *Uva paſſa*, cujus conficiendi modum ita tradit Palladius in Octobri Tit. XXII. *Uvam paſſam Græcam ſic facies. Melioris acini & dulcis, & lucidi botryones in ipſa vite torquebis, & patieris ſponte inareſcere.* Ubi pro *lucidi* tentabam *ſuccidi*, quod ſæpius apud reliquos Rei Ruſticæ auctores & Plin. Lib. XV. c. 18. *placent uvæ ſucco.* à *ſucco* uvas commendari inveniebam, non item *luce.* Sic inquam tunc ludebam; nunc ſi ſerio agere velim haud verear minus ſe adprobaturum, quam quæ hactenus de origine verbi ſunt tradita. Sed manum de tabula.

CAP. IX.

Schol. Æſchyli bis tentatur. Ipſi Æſchylo vindicatur vulgata lectio. Oſtenditur verbalia regere caſum ſui verbi. Inde varia Æſchyli, Pindari, Sophoclis, Ariſtidis & Demoſthenis loca explicantur. Plautus & Ariſtides defenduntur.

Vs. 889. τὸ κηδεῦσαι καθ' ἑαυτόν. Longus Paſtor. Lib. II. p. 34. ὅρα δ' εἴ σοι καθ' ἡλικίαν τὸ δῶρον. Mox ὁμαλὸν γάμον recte cepit interpres, ſecus Schol. Heſych. ὁμαλὸν, ἴσον. Contra Scholiaſtæ adſentiar non Stanlejo ἄφοβος referenti ad γάμος. vs. 894. lin. 6. in Schol.

A.

A. forte leg. ἂν, & in altero ad vs. 892. ὁμιλήσουσιν Διὶ τὰ ἐρωτικὰ, διὰ τοῦτο ταῦτα παθοῦσιν.

Vs. 903. Ἀπόλεμος ὅδε γε πόλεμος ἄπορα πόριμος —

Miror poſt Stanlejum etiam Spanhemio ad Julian. p. 256. locum de mendo fuiſſe ſuſpectum; illum divinare πόρος ἄπορος; hunc ex Cod. Gall. Reg. pene extra omnem dubitationem ponere leg. εἰς ἄπορα. Mihi certum eſt correctores in eo loqui, qui quod non intelligebant de ſuo addiderunt εἰς. Nec vel decem me moveant codices, ab edita ut recedendum putem. Solent enim apud utriuſque linguæ ſcriptores nomina verbalia, cognatamque verbis ſignificationem ſortita eaſdem admittere conſtructiones, iisdemque praepoſitionibus juncta incedere, quibus verba ipſa. Dativorum exempla videamus prius. Noſter S. C. Theb. vs. 415. διαλλακτῆρα ἀμεμφία. hoc ipſo dramate vs. 613. πυρὸς δοτὴρ βροτοῖς. Æl. V. H. Lib. II. c. 41. Κλειὼ εἰς ἅμιλλαν ἥκουσα οὐ γυναιξὶ μόναις, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀνδράσιν. atque ſic intelligo verba Pind. Nem. Od. III. vs. 80. μάχᾳ λεόντεσσιν ἀγροτέροις ἔπρασσε φόνον, quæ haud cepit Schol. Eurip. Cycl. vs. 327. βρονταῖς εἰς ἔριν κτυπῶν. Apollod. Lib. I. c. 4. §. 2. ἦλθεν εἰς ἔριν — Ἀπόλλωνι. Ariſtid. Tom. I. p. 147. ἐλέσθη δὲ τοῖς παλαιοῖς Ἕλλησι δια-

κα.

κονίαν. Idem Tom. II. p. 120. Ἡρακλεῖ μυστηρίων μετάδοσις πρώτῳ ξένων. & p. 390. φθόνος τῶν ἐλαττόνων τοῖς μείζοσι. His ſimilia vid. in notis Dukeri ad Thuc. Lib. V. c. 46. Lib. VII. c. 50. & VIII. c. 21. Imo dativum etiam inſtrumenti additum reperio in Æſch. Agam. vs. 1158. ἐμοὶ δὲ μίμνει σχισμὸς ἀμφήκει δορί. & Suppl. vs. 318. ἐφάπτωρ χειρί. Adde ſupra ad vs. 121. Græcos imitatus Plaut. Aſin. II: 2, 41. in τῷ *verbis velitatio*, quod parum provide Meurſius corrigebat in *verbivelitatio*. His ſubjungo loca, quibus præpoſitiones adduntur. Ariſtid. Tom. I. p. 492. λύχνων εἰσφορὰ — εἰς τὸ ἱερὸν ὑπὸ τοῦ θεωροῦ. Noſter S. C. Theb. vs. 827. φόνος ὑπ' ἀλλήλων. vs. 1031. ἄτιμον εἶναι ἐκφορᾶς φίλων ὕπο. Eumen. vs. 453. πρὸς ἀνδρὸς — σφαγαί. & Suppl. vs. 369. λήματ' ἀπ' ἀνδρός. Eurip. Electr. vs. 1180. πληγαὶ ὑπ' ἀνδρός. Sophocles Electr. vs. 464. πειθὼ πρὸς ἀνδρός. Conf. Bos Exercit. Philol. ad II. ad Corinth. c. IV. vs. 2. Subſtantivorum rationem ſequuntur adjectiva; Ariſtid. Tom. III. p. 685. εἰς τοῦτ' ὃ περιεῖπον τελευταῖον. Jam vero, cum, quod ſatis mihi probaſſe videor per omnes ſtructuras verbalia regant caſum verborum, quid obſtabit, quo minus & tranſitivæ notionis nomina accuſativum admittant? Exempla deſideras? en præter præſens vs. 473. σαυτὸν οὐκ ἔχεις εὑρεῖν ὁποίοις φαρμάκοις ἰάσιμος. Si excipis nec hoc ad proban-

dum

dum ſatis aptum, quia στεαυτὸ regi poſſit ab εὑρεῖν & perinde dictum ut apud Petron. c. 47. *nec medici ſe inveniunt*, ubi vid. notas; en tertium quartumque, S. C. Theb. vs. 295. μέριμναι ζωπυροῦσι τάρβος τὸν ἀμφιτειχῆ λεών. Ubi τάρβος λεὼν eodem dicitur regimine, quo ταρβεῖν λεὼν, prout in Pers. vs. 986. πεμπαστὴς μυρία pro πεμπάζων, ubi iterum conf. Schol. Soph. Electr. vs. 123. τίν' ἀεὶ τάκεις —— οἰμωγὰν τὸν Ἀγαμέμνονα; neque enim recentiorum Schol. auctorem audio tanquam adpoſita explicantem, ſimilique ratione proximum Æſchyli locum, cujus rurſus eſt in Pers. vs. 370. τλήμονες εὐνάν. Nec aliter Ariſtid. Tom. III. p. 261. τεθνάναι πρελὴν τοῖς βαρβάροις τῷ φόβῳ τοὺς Ἕλληνας. Peſſimo exemplo noviſſimus Editor excudi juſſit τῶν Ἑλλήνων, ne facta quidem mutationis mentione, ceu ſcilicet de certitudine nemini dubium futurum ſibi perſuaderet. Scire debebat, Ariſtidi præiviſſe Demoſthenem Phil. I. Sub fin. οἱ μὲν ἐχθροὶ καταγελῶσιν, οἱ δὲ σύμμαχοι τεθνᾶσι τῷ δέει τοὺς ἀποστόλους. atque iterum de Falſa Legat. p. 216. Edit. Paris. ὁ δῆμος —— οὕτω κακῶς —— διάκειται, ὥστε μὴ περὶ τοῦ —— εὐθύνας εἶναι τὸν λόγον, ἀλλ' οὐ δουλεύειν καὶ τεθνάναι τῷ φόβῳ τοὺς Θηβαίους, ἢ τοὺς Φιλίππου ξένους. Jam parum abeſſe ſuſpicor, quin tuum adſenſum feram; ſed inſtas forte per ellipſin præpoſitionum διὰ; εἰς, κατὰ &c. exponi poſſe. Statuas ita per me licet; nam

placet ſic aliis, in quibus acutiſſimo Perizonio ad Sanctii Minerv. I : 15, 1. Verum ego Voſſio, Urſino aliiſque acceſſerim; tum quod in exemplis ceterarum conſtructionum nullus ſit ellipſi locus, tum quia in locis Æſchyli, Ariſtidis & Demoſthenis non inveniam praepoſitionem aptam, quae accuſativos regat.

CAP. X.

Corrigitur Æſchyli verſio. Ἤδη. *Quid* ἐπιγλωττᾶν. Ἐπὶ contra *cum genitivo. Schol. Æſchyli bis reſtituitur. Quid* αὐθέκαστος *&* προσβάλλειν. προξενεῖν *vox media. Oſtenditur* πρὸς *&* πρὸ *in compoſitis nonnullis aequipollere. Lucianus bis emendatur.* Αἰθάνεσθαι. *Schol. emendatur. Verba compoſita cum præpoſitione caſum regunt, quem præpoſitio. Æſchylus tentatur, ejus Schol. ſaepius emendatur.*

Vs. 909. τότ' ἤδη κραν϶ήσεται. Minus bene interpres *tum jam* pro *tum demum.* Plato Theag. extr. τότε ἤδη συμβουλευσόμεθα. & omiſſo τότε Xenoph. Epheſ. Lib. V. p. 80. τοσοῦτον ἐπιβιώσ(ον χρόνον, τάφον ἔγειρον — καὶ σαυτὸν ἤδη παρ' αὐτὴν ἄγε. In Schol. B. ad vs. 912. leg. ἐκφυγὴν neminem latebit.

Vs. 927. ταῦτ' ἐπιγλωσσᾷ Διός. In Choëph. vs. 1044. ἐπιγλωσσῶ κακά. Frequentavit noſter verbum; nam & ex Heraclidis citat Heſychius.

chius. H. Steph. mentionem præterea facit egmini alius thematis ἐπιγλωττίζω & ἐπιγλωττέω; verum neutrum fundamento nititur, cum in Ariſtoph. Lyſiſtr. vs. 37. ἐπιγλωττήσομαι agnoſcat Suidas cum Heſych. V. σὺν ἐπιγλωττήσομαι· quibus accedit Pollux II. 109. & ediderit Kuſterus, tum quæ ἐξ ἐπιγλωττέω feruntur tempora ſunt alterius. Nec magis eidem Stephano adſenſum meum præbere queo exiſtimanti alio ſenſu in locis adlatis, alio in Heraclidarum fabula occurriſſe, prorſus enim ut ibi Heſychius, ſic & hic illuſtrant veteres Critici, & recte. Præterea notes velim genitivum Διὸς regi vi præpoſitionis, quæ hic ἐναντιότητα ſignat, ut in ἐπίφατος, ἐπίρρητος multisque aliis; vid. Euſtath. ad Odyſſ. T. p. 683. adeoque ἐπὶ pro κατὰ triplicem admittere caſum, licet pro ſecundo nunc quidem non inveniam aliud exemplum mihi obſervatum. Recte itaque Schol. explicat καταβοᾷς, quomodo *inclamare* utitur Plautus in Aſin. III: 2, 36. & eum ſecuti alii; vid. Feſtum & Lex. In Schol. verbis ad vs. 929. l. ἐλπίζειν.

Vs. 937. Ἐμοὶ δ' ἔλασσον Ζηνὸς ἢ μηδὲν μέλει.

Auctor anonymus in Suidæ V. Ἧττον, Τῶν ἄλλων ἁπάντων ἧττόν μοι μέλει pro οὐδαμῶς, ut exponit. Et ſic intellige hic loci: nam μηδὲν tantum adjicitur ob majorem deſpectum oſten-

 den-

dendum. Conf. vs. 1012. Verba Schol B. ad vs. 936. ubi intelligere vis, legas oportet pro ἀεὶ τὸ διαλέγειν, hoc modo ὃν γὰρ ἀεὶ τὸ διαλέγει κρατοῦντα, ἐπεὶ —— & vs. 939. lin. 3. quæ ſic ut nunc leguntur nec ego, nec quisquam ſcio alius intelligat, ex Hom. Il. B. vs. 345. ita refinge ἐκεῖνος γὰρ Ἀτρείδην τοῖς Ἀχαιοῖς ἄρχειν λέγει.

V. 949. Αὖθ' ἕκαστα ἔκφραζε. Herodot. Lib. V. c. 13. οἱ μὲν δὴ αὐτὰ ἕκαστα ἔλεγον. Eurip Oreſt. vs. 1393. σαφῶς λέγ' ἡμῖν αὖθ' ἕκαστα. & vs 1400. ἵν' αὖθ' ἕκαστά σοι λέγω. Idem Phœn. vs. 497. ταῦτ' αὖθ' ἕκαστ' εἶπον. Rogat hic Barnes. an αὐθέκαστα i. e. ἁπλᾶ? atqui junctim diviſeve exaretur ad ſenſum quid interſit non video; rectius tamen talia ſeparari conſtat. Conf. Heſych. Suid. & Etymol. deque vocabulis hujus generis a librariis in unum conflatis Waſſæi Collectanea inſerta Dukeri præfationi præmiſſæ Thucydidi. Facile tamen patiar ſcribi αὐθέκαστα, quoniam habemus αὐθέκαστος, quod ſenſus ratione nil differt: notat enim αὐτὸς in hoc compoſito *ſolus*; hinc αὖθ' ἕκαστα proprie valet *quæque ſigillatim*, φανερῶς, ἁπλῶς, non πολλαπλῶς, unde obſcuritas oritur, inde porro *rigide*, *ſevere*. Et homo αὐθέκαστος idem qui αὐθάδης, qui dictis factisque primas ſibi ubique vindicat, qui ἑαυτῷ ἐστιν αὐτὸς i. e. μόνος ἐν ἑκάστοις, quique ἀναμφιλέκτως τὰ πρῶτα καὶ μέσα καὶ τελευταῖα τοῦ καὶ τὸ ἔχειν ἐπιχειρεῖ, ut lo-

loquar cum Luciano in Rhet. Præceptis p. 450. Aliam ſignificationis cauſam pandentem vid. H. Steph. in Theſ. & elige utram prætuleris, aut rectiora ſi noſti imperti; nam in meliorem etiam partem accipi me non fugit, aliamque adeo rationem dari poſſe largior: ſed primævam fuiſſe ſignificationem illam, quam dixi, ſuſpicor. Conf. Nunnes. ad Phrynichum.

Vs. 950. Μηδέ μοι διπλᾶς ὁδοὺς προσβάλῃς. Legunt quidam libri teſte Turnebo & H. Stephano προβάλῃς, quod primo intuitu adeo blanditur, ut verear ne, niſi lege pedia cautum fuiſſet, vera lectio migrare ſedem dudum fuerit coacta. Tam fidi in talibus Linguarum conſervatores poëtæ; abſque quibus eſſet infinita ignoraremus, & longe plura ubique calcanda forent veſtigia correctorum temeritatis. Schol. A. bene explanat προξενήσῃς καὶ δώσῃς. Et ita Pind. Iſthm. Od. V. vs. 37. μελέταν σοφισταῖς πρόσβαλον σεβιζόμενοι. ubi Grammatici exponunt παρέχοντο. Soph. Electr. vs. 979. οὐχ ὁρᾷς ὅσην σαυτῇ τε κἀμοὶ εὔκλειαν προσβαλεῖς. Idem Trachin. vs. 42. ὠδῖνας αὐτοῦ ἐμοὶ πικρὰς προσβαλὼν ἀποίχεται. & vs. 1154. στέργημα προσβαλεῖν. Eurip. Jon. vs. 584. δεῖμα προσβάλλεις πατρί. in Electr. vs. 655. τί τοῦτο μητρὶ προσβάλλει φόνου; & ex Scalig. & Cant. emendatione Herc. Fur. vs. 1161. αἷμα προστρόπαιον προσβαλών. Noſter in Perſ. vs. 783. κακὸν προσέβαλον πόλει. A-

riſtid. Tom. I. p. 135. πλεῖστον ἡδονῆς τῷ θεωμένῳ προσβάλλων. Nec multum differt hoc Æliani de Anim. Lib. I. c. 55. σκληρὰ τὰ κέντρα καὶ ἀπηνῆ καὶ ἰῷ ἃ προσβάλλει. interpres *venenatum quiddam habent*, ad ſenſum non male; ad verba propius, *figunt*, *adfricant*, nempe τῷ θίγοντι, quaſi eſſet προστρίβει. Pluſcula de hoc uſu adfero, quod vix quidquam in Lexicis eo quod ſpectet inveniam obſervatum. Ab ellipſi pendere videtur intellectus verſus Soph. in Electr. 857. τὰ μὲν οὔτι προσέβαλε, τὰ δ᾽ ἀπ᾽ ἀλλοθρόους γνώμας μολόντα — ὀλοὰ σύνε. Schol. explicat συνεῖδεν, συνῆκεν ἀπὸ τοῦ Νέασυ. Tum ne quem hic offendat Schol. expoſitio per προξενεῖν. & δοῦναι, ſciendum verbum eſſe τοῦ μέζων. Ælian. de Anim. Lib. VIII. c. 9. ἄλγημα προξενεῖ. Lucian. de Dea Syr. p. 888. φόνον προξενέεις ἰητρικῇ. Achill. Tat. Lib. I. p. 29. πένθος αὐτοῖς προξενεῖ. Tandem nec hoc prætermitti debet, quod, licet προσβάλλειν eo ſenſu quem adſtruxi ſit frequens, non ideo τῷ προβάλλειν idem præciſe videatur abjudicandus; hoc minus, quia aliis in verbis πρὸς & πρὸ vicariam præſtant operam; ut in Soph. Antig. vs. 222. νεωτέρῳ τῳ τοῦτο βαστάζειν πρόθες. Notat Schol. πρόθες poſitum ἀντὶ τοῦ πρόσθες, idque uſitate. Ælian. de Anim. Lib. II. c. 8. ſub fin. οἱ δελφῖνες προΐασιν ὡς ἀπαιτοῦντες τοῦ κοινοῦ πόνου. Heſychius Προὔβη, προσέβη. Idemque Προτυχών, προστυχών, παρατυχών. Et recte, ita namque Pind.

Pyth.

Pyth. Od. IV. vs. 62. προτυχὸν ξείνιον μάστευσε δλοῦναι. Idem ſtatue de προβιβάζειν & προσβιβάζειν, ejuſdemque generis aliis quibusque, quæ ſe offerent alibi. Rationem permutationis intelligunt opinor omnes, cui ſi locus eſſet in Luciani Ocyp. vs. 9.

> Ἅπας γὰρ αὐτὴ βουκολεῖ ψευδοστομῶν
> Ὡς ἐνστοτηκώς, ἢ προκόψας τοι βάσιν.

facile ſe tueretur προκόψας pro προσκόψας, quod conatu non feliciſſimo ſubſtitutum volunt Viri eruditi accipientes ſcilicet, ut in Luc. c. IV. vs. 11. μήποτε προσκόψῃς πρὸς λίθον τὸν πόδα σου. ſic namque bis idem dixiſſet auctor. Quid quæris? locus certo certius corruptus eſt, & explicari quidem negat, reſtitui facile patitur, quod miror egregiis interpretibus non animadverſum, ſcribe absque mora

> ὡς ἐνστοτηκὼς ἢ προκόψας τοι βάσιν

ſtructura ſenſuque plano & aperto. Tantum caliginis offundit nonnunquam prava interpunctio! qua quid prohibet eadem hic opera, etſi ſejuncta a re poſita, liberare verba ejusdem in Dial. Men. & Tant. Καί τοι οὐ πάντες ὥσπερ σὺ ἐκ καταδίκης διψῶσι, τοῦ ὕδατος αὐτοῦ οὐχ ὑπομένοντος. deleta diſtinctione junge διψῶσι τοῦ ὕδατος —— ſic τὸ ὕδωρ οὐχ ὑπομένον erit δεικτικῶς illa λίμνης aqua, quæ initio dialogi φεῦγον ὕδωρ. quomodo Plato apud H. Steph. Theſ. L. Gr. Tom. II. p. 882. B. junctim dicit φεύγει οὐχ ὑπομένον.

Vs. 956. Ἐκπεσόντας ᾐσθόμην. Recte interpres *vidi*, commune ſcilicet omnium ſenſuum verbum. Heſych. Ηισθετο, ἔγνω, ἐθεώρει. In proximis ad vs. 954. lin. 6. Schol. A. l. *, & illico ſequenti vs. Εὐρυνόμη.

Vs. 968. Scribe, quamvis vitioſe, in Schol. B. φῆναι, λέξαι; ſecutus ſcilicet eſt depravatam ſui codicis ſcripturam, quam & repræſentat Edit. Turneb.

Vs. 970. χλιδᾷν ἔοικας τοῖς παροῦσι πήμασι.

Citat Thom. Magiſter ut editur. Alii tamen libri præferunt πράγμασι, quomodo invenerat quoque Schol. B. nec videtur rejiculum. πράσσειν pro πάσχειν ſatis obvium; vid. ne in re nota tua tempora morer Kuſter. & Spanh. ad Ariſtoph. Plut. vs. 485. & Bud. Comm. p. 306. χλιδᾷν ἐπὶ δώροις dixit Soph. in Eectr. vs. 363.

Vs. 973. Η κἀμὲ γὰρ ἦ συμφοραῖς ἐπαιτιᾷ;

Ne quis ſcriptum ſuſpicetur συμφορᾶς, ſenſum eſſe moneo *num & me his calamitatibus auctorem adſcribis?* vel ut vertit interpres, *incuſas ob calamitates.* Genitivus regitur à præpoſitione, quæ eſt in compoſito, figura contraria *Tmeſi*, qua ſæpe utuntur ſcriptores; Soph. Electr. vs. 302. σὺν δ' ἐποτρύνει ταῦτα, ubi Schol. ex Aiac. vs. 1159. idem obſervat de ἐφορμῆσαι. In Oed. Tyr. vs.

12.

12. θέλοντος ἐμοῦ προσαρκεῖν πᾶν. iterum vs. 184. ἄλλον δ᾽ ἂν ἄλλῳ προσίδοις. Pind. Nem Od. IV. vs. 108. εἶδεν εὔκυκλον ἕδραν —— τοὺς βασιλῆες —— ἐφεζόμενοι δῶρα —— ἐξέφαναν. Schol. fulciendae ſtructuræ ergo extrinſecus arceſſit ἐπὶ, ſed fruſtra. Herodot. Lib. V. c. 62. ἐκποιεῖν ἐκ λίθου. Adde ſupra vs. 597. & quæ olim de παρατείνειν ſcripſi ad Ariſtid H. in Min. p. 20. Tranſiit hæc ſyntaxis à Græcis ad Latinos Horat. Lib. II. Sat. 2. vs. 76. *coena deſurgere*, ubi vid. Torrent. quem miror eandem non admiſiſſe in Suet. Ner. c. 50. *monumentum impoſitum colle*, ubi vid. ejuſdem generis alia in notis. Præpoſitionem addit Nepos in Cim. c. 4. *Fuit tanta liberalitate; cum prædia hortosque haberet, ut nunquam in eis cuſtodem impoſuerit.* Quomodo alia multa; ut *accidere aures*, & *ad aures*, vid. interpretes Val. Flac. Lib. IV. vs. 580. Heinſ. ad Ovid. V. Faſt. vs. 360. & ſupra ad vs. 646. ſic *accedere*, *adire* nunc cum præpoſitione, nunc ſine ea; conf. Scheffer. ad Petron. c. 47. & 51. & inprimis Salmas. ad Tertull. Pall. p. 372.

Vs. 984. τίνοιμ᾽ αὐτῷ χάριν. Ut in Agam. 830. & ſaepe alibi. In Soph. Electr. vs. 537. τοῦ χάριν τίνων ἔθυσεν αὐτήν; caſus eſt a τὶς & reſpicit Græcos, τοῦ Menelaum, quod moneo ob interpretem.

Vs. 991. Πρὸς ταῦτα ῥιπτέσθω μὲν αἰθαλοῦσσα φλόξ.

Eurip. in Phoen. vs. 524. πρὸς ταῦτ' ἴτω μὲν πῦρ ἴτω δὲ φάσγανον, qui verſus iiſdem pene verbis & citatur ex ejus Soleo. In Schol. B. ad vs. 996. l. κερδαίνεις. vs. 1000. ἐπιχειρῶν. & Scholio vs. 1001. praepone εἰσελθέτω. in Schol. A. vs. 997. τῷ βεβουλευταμ ſubſtitue ὤπτωι.

Vs. 1012. Αὐθαδία γὰρ τῷ φρονοῦντι μὴ καλῶς αὐτὴ καθ' αὑτὴν οὐδενὸς μεῖζον σθένει.

Admodum probabilis ſit licet Stanleji conjectura pro μεῖζον ſuſpicati μεῖον vid. vs. 537. haud tamen ſcio an & τεχνικώτερον & ἐμφατικώτερον fuerit, ſi ſcriptum fuiſſe ponas

αὐτὴ καθ' αὑτὴν οὐδενὸς μείζω 'σθενεῖ

i. e. ἀσθενεῖ. Eruditi arbitrentur; vid. ſupra ad vs. 937. mox in Schol. B. ad vs. 1015. vel leg. ἐπέρχεται, vel quod praeferam ἐπί σε ἔρχεται, hoc ut velit, σε regi vi præpoſitionis. vs. 1019. del. ἐντὸς, quod adhæſit ex Schol. proximo. vs. 1025. idem Schol legiſſe videtur vel τοῦ σοῦ ἢ, vel πόσου ἢ: ſi poſteriori modo, ſcripſerat πόσης, non τῆς σῆς. vs. 1030. l. λίαν εἰρημένος, ἀληθὴς — per ſe enim εἰρημένος id non notat; λίαν hic eſt ἰσχυρῶς, βεβαίως.

Vs. 1062. In verbis Schol. A. lin. 4. pro ὄχημα forte leg. ἤχημα. & vs. 1079. lin. 12. pro τείχωμα vel ſcriptum fuiſſe exiſtima cum Doctiſſ. Arnaudtio Animadvſ. c. 32. τειχυμία, vel ſi hoc nimium recedere videbitur

ab

ab editæ lectionis veſtigiis βρύμωμα, vel βρύχημα, ut quaſi per ἀνακεφαλαίωσιν. reſpiciat ad vs. 1081. βρυχία δ' ἠχὼ παραμυκᾶται βροντῆς. Et ſic ἅλμη βρύχιος in Pers. vs. 398. & περιβρυχίοισιν περῶν οἴδμασι Soph. in Antig. vs. 342. ubi maculam notes in verbis Schol. μονονουχὶ τὰ κύματα φέρεται ἡ ναῦς, quam eluere tentabam ſcribendo κατά; vereor tamen, ne aliud quid lateat, de quo nunc non vacat cogitare. Ceterum hoc compoſito, juxta cum βρύχα, ut videtur à βρὺξ (unde ὑπόβρυχα in Hom. Odyſſ. E. vid. Euſtath. p. 228, 41.) in Oppian. II. Hal. vs. 588. ditari poteſt H. Steph. Theſ. L. Gr.

Vs. 1089. Τεύχουσα φόβον. Haud ita abſurdum videtur φόνον, quæ nonnullorum codicum eſt ſcriptura, modo accipiatur comparative intellecto ὡς, ſenſus erit *perinde ac ſi me vellet occidere*, quod tamen nequibit ſcilicet vid. vs. 1042 — 1053.

CAP. XI.

Inſcripſeritne Æſchylus alteram fabulam Επτὰ ἐπὶ Θήβαις, *an* Θήβας, *inquiritur?* ἐπὶ contra, erga, *Scholiaſtes aliquoties emendatur. Quid* πυργηρεῖν, *&* νωμᾶν? νυκτηγορία. ματᾶν ἰδῷ. *Libanius reſtituitur. Tom. Magiſtri lapſus. Heſychii lectio defenditur.* φόνος.

Inſcripſeritne Æſchylus fabulam, quam hinc

hinc ingredimur Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις, an Θήβας? dubium eſt, utroque eam modo laudantibus antiquis, quod jam obſervarunt H. Stephanus & Stanlejus. Grammaticis, qui ἐπὶ Θήβας præferunt, adgregandus videtur Heſychius in V. Κάδμιοι. Addit H. Steph. nullam ſpem eſſe iſti liti componendæ, donec ipſum Æſchylum nactis interrogare non liceat. Vereor ego ne etiamſi reducem conſulere liceret nos æque incertos relicturus ſit, poſtulaturusque ſuum ſibi autographum, aut codicem ejus ætatis exhiberi, vel ſaltem tantum ſibi tribui concedique temporis, quod evolvendo operum quod ſupereſt ſatis ſit, ut videat prius quem caſum frequentare ſoluerit, quam adfirmare audeat, utro titulum præfixerit; adeo promiſcui uſus eſt utraque conſtructio. Et quotusquisque vel breviſſima intercedente temporis intercapedine recordari valeat, utro modo quidpiam ſcripſerit, quod hoc illove æque recte fieri poteſt? Poſtrema detegendi via nobis cum pateat, hac duce progreſſus invenio tertium præ quarto caſu auctori placuiſſe; quo adeo criterio ſtandum ſi ſit, & quidni fuerit? ſecundum illos judicare haud addubitem, qui ἐπὶ Θήβαις titulum tuliſſe volunt. Supra in Prom. vs. 1088. ἐπ᾽ ἐμοὶ ῥιπὴ στείχουσα. in Agam. vs. 61. ἐπ᾽ Ἀλεξάνδρῳ πέμπει. & vs. 370. ἐπ᾽ Ἀλεξάνδρῳ τείνοντα τόξον. Scio quidem adverſus hæc loca

loca argumentum poſſe capi ex eo, quod videatur præpoſitio jungenda verbo, unde per tmeſin eſt avulſa, adeoque rectionem, iſtam non ſolius eſſe præpoſitionis, ſed verbi compoſiti, ut in Euangelio Joh. c. VIII. vs. 7. τ λίθον ἐπ' αὐτῇ βαλέτω. Sed erit omni robore deſtitutum; ſiquidem non minus in inſcriptione ἐπὶ Θήβας vel Θήβαις intelligi debet στρατευόμενοι, aut ſimilis poteſtatis participium. Deinde eadem ſtructura ſine præpoſitionis verbo adjungendæ ſuſpicione paſſim obſervatur. Infra vs. 626. ἐπ' αὐτῷ ἀντιτάξομεν. & in Choeph. vs. 625. μήδεες φρενῶν ἐπ' ἀνδρί. Neque aliter Herodot. Lib. VII. c. 147. οἱ συνωμόται Ἑλλήνων ἐπὶ τῷ Πέρσῃ. Thuc. Lib. III. c. 12. νῆες ἐφ' ἡμῖν τετάχαται. Ariſtid. Tom. II. p. 183. κοινωνοὶ ἐπὶ Θηβαίοις. p. 253. μηχανήματα ἐπὶ τοῖς Ἕλλησιν. ut Anton. Liber. c. V. γνοὺς οἷον ἔργον ἐμηχανήσατο — ἐπ' αὐτῷ, adde c. XXXIV. Herodot. Lib. V. c. 37. πᾶν ἐπὶ Δαρείῳ μηχανώμενος. Conf. c. 62. Et ſic pro *erga* Soph. Trachin. vs. 594. θέλκτρα ἐφ' Ἡρακλεῖ. Lucas in Euang. c. XIIX. vs. 7. μακροθυμῶν ἐπ' αὐτοῖς. Anton. Liber. c. XXXIV. δεινὸς αὐτῇ ἔρως ἐξέμηνεν ἐπὶ τῷ πατρί.

Vs. 1. Κάδμου πολῖται. Hoc verſu per ſomnum præmonitum ſe dicit Ariſtid. Tom. I. p. 609. ſibi cauſam eſſe agendam. In Schol. A. lin. 8. l. κοιμίζων. lin. 10. ſcribo πρύμνην μὲν λέγων τ ἀρχὴν — In verſu ſequenti nihil opus cum H. Stephano ſubaudire καθήμενος,

nec diſplicet Scholiaſtae interpunctio, quanquam & alteram, quam ex Platone eruit Stephanus, ſpernere nolim.

Vs. 8. ὑμνοῖθ' ὑπ' ἀςῶν — οἰμώγμασιν. Si ex alterius Schol. mente ὑμνοῖτο foret exponendum, ὑμνεῖν οἰμώγμασιν eodem ferme ſenſu dictum eſſet, quo οἰμώγμασι προσσέβειν infra vs. 1031. Sed adſentior H. Steph. ſic accepto vix locum eſſe. vs. 7. citat Thom. Mag. in V. Κῶμος.

Vs. 9. Ζεὺς ἀλεξητήριος. Hoc nomine ut Thebis Jovem cultum docet Schol. ita apud Coos Herculem Alexin Ariſtid. Tom. I. p. 62. alter Schol. inter alia cognomina Jovis Φιλοξενίου meminit, quo cum nuſquam inſignitum recorder, puto eum ſcripſiſſe, φίλιος, ξένιος, vel φύξιος: prius ut minus ab edita recedens præfero.

Vs. 13. Ὡς τι συμπρεπής. Sic in omnibus editis quos inſpexi, nec in var. lect. quidquam invenio variare codices, unde quidem facile fieret ὥ'ςι, ſed quod ſenſus loci non admittit, cui potius convenire videtur ὥςε i. e. καθάπερ, quod ſubſtituit Stanl. niſi fortean τὶ poſitum ſit pro τό.

Vs. 22. Πυργηρουμένοις. Heſych. Πυργηρούμεθα, ἐντὸς ἐσμὲν τῶν πύργων, οὐ τολμῶμεν ἐξιέναι i. e. *obſidemur*. vid. Eurip. Oreſt. vs. 762. & 1576. noſtrum infra vs. 190. Idem Heſych. Πυργηρούμεν, exponit φυλάττομεν τὰ τείχη. Quæ expoſitio

ſitio an diverſa ſit neſcio, ſed videtur de illis qui urbem obſidione cingunt, itidem intelligi poſſe.

Vs. 25. Ἐν ὠσὶ νωμῶν καὶ φρεσίν. Præeuntem ſequitur Homer. Odyſſ. Σ. vs. 215. ἐνὶ φρεσὶ κέρδε' ἐνώμας. ubi Schol. illuſtrat per ἐνενόεις. Plato in Crat. p. 268. G. τὸ νωμᾶν καὶ τὸ σκοπεῖν ταυτόν. Add. Euſtath. ad Odyſſ. Φ. p. 766, 19. Hinc de eodem Tireſia Soph. Oed. Tyr. vs. 309. ὦ πάντα νωμῶν Τειρεσία διδακτά τε ἄῤῥητά τε — vid. Eurip. in Phoen. vs. 841. ſeqq. Subdit noſter πυρὸς δίχα χρηστηρίοις ὄρνιθας ἀψευδεῖ τέχνῃ, unde Eurip. in Phoen. vs. 961. ὅστις δ' ἐμπύρῳ χρῆται τέχνῃ, μάταιος. lege & ſeqq.

Vs. 29. Νυκτηγορεῖσθαι. Vix crediderim Schol. B. ita ſcriptum legiſſe in ſuo codice; quid legerit haud operæ eſt pretium inquirere, quia edita non dubie vera eſt lectio; interim videtur reperiſſe νυκτηγερεῖσθαι ex ἀγείρω, quod ex Euripide laudant: ab illo eſt νυκτηγορεία, quod ignorant Lexica, apud Liban. Tom. I. p. 306. B.

Vs. 37. Μὴ ματᾶν ὁδῷ. Verbi ματᾶν notiones perſequitur H. Steph. in Theſ. Hic idem eſt quod apud alios κενὸν, ἄπρακτον, διὰ κενῆς ἀπέρχεσθαι &c. Anthol. Lib. IV. c. 12. Epigr. 92. κενὸν ἥκειν. Luc. c. I. vs. 53. πλουτοῦντας ἐξαπέστειλε κενούς. Liban. Tom. I. p. 201. extr. διὰ κενῆς ἀπελθεῖν. Eurip. Helen. vs. 1296. κεναῖς χερσὶ γῆς ἀποστέλλειν, ut νοστῆσαι in Herodot.

Lib.

Lib. I. c. 73. atque ita paſſim: unde facile ſuppletur lacuna in Liban. Tom. I. p. 410. legendo ἄπιτε ἢ κεναῖς χερσὶν, ut loquitur Gregor. Naz. Orat. LIII. p. 757. B. Tum ut κενὰ καὶ ἀνόνητα junxit Xen. Epheſ. Lib. V. p. 75. ita Heſych. Απρηκτα explicat ἀνωφέλητα, quo fere ſenſu ἄπρηκτα κακὰ habes in Pind. Iſthm. Od. VIII. vs. 17. Mox ne cui ſuſpicio ſuboriatur poſt vs. 41. inſerendum, quem ex hac tragoedia citat Thom. Mag. V. Εμπεδῶν, quod non alius ei locus commodior videatur in tota fabula, moneo eſſe Eurip. in Phoen. 713. Magiſtri negligentia, quam toties jam redarguimus perperam Æſchylo tributum.

Vs. 43. ταυροσφαγοῦντες ἐς μελάνδετον σάκος Ὡρκωμότησαν —

Tangit locum Comicus in Lyſiſtr. vs. 188. tanquam legiſſet μηλοσφαγοῦντες, quod nec inobſervatum prætermiſit ejus Schol. quem vide. Sic Soph. in Electr. vs. 283. χοὰς ἵστησι καὶ μηλοσφαγεῖ. & Euripides apud Ammonium in V. βωμός. Ex mente Schol. minus proprie dixit σάκος μελάνδετον, rectius de gladio adhibitum, quo reſpicit credo ad Eurip. in Oreſt. vs. 819. & Phoen. vs. 1098. ante quem dudum Heſiod. Aſp. vs. 221. ἄορ μελάνδετον. vid. & Schol. Euripidis ad locum priorem

rem. Heſych. Μελάνδετον —— τὸ μέλαιναν ἔχον λαβὴν, ἢ τὸ πυκνῶς δεδεμένον τουτέςι κερατίνη Volunt notæ ſubjectæ Salmaſium emendaſſe κεράτινον, cui haud accedam, vid. Criticos veteres ad poſteriorem locum Euripidis.

Vs. 44. Θιγγάνοντες φόνȣ ταυρείȣ. i. e. αἵματος, ut ſaepe apud Poetas φόν☉ pro *ſanguine* Eurip. Helen. vs. 1618. Φόνῳ ναῦς ἐῤῥεῖτο. Noſter in Choeph. vs. 1012. & alibi; nec ab hoc uſu prorſus abhorrent Oratores. Ariſtid. Tom. III. p 94. ἐπὶ τῶν πρώτων φόνων ὄντων ἐν χερσίν. Joſephus A. I. Lib. VI. c. 13. §. 1. Φόνον αὐτῶν πολὺν ἐξέχεε. Ad morem quem auctor prodit refer Plat. in Critia ſub fin. Dial. ὅτ' ȣ̓̂ν κατὰ τοὺς αὐτῶν νόμȣς θύσαντες καθαγίζοιεν πάντα τȣ̃ ταύρȣ τὰ μέλη, κρατῆρα κεράσαντες, ὑπὲρ ἑκάςȣ θρόμβον ἐνέβαλον αἵματος, inde multis interpoſitis, quæ huc non tranſcribam, ταῦτα ἐπευξάμεν☉ ἕκας☉ αὐτῶν ἑαυτῷ καὶ τῷ ἀφ' αὐτȣ̃ γένει, πιὼν —— περὶ τὸ δεῖπνον —— διέτελεψεν.

CAP. XII.

Animadvertuntur porro quaedam in Æſchyli S. C. Thebas. στέφειν *&* στεφανοῦν. *Verſio corrigitur.* βλέπειν, ὁρᾷν φόβον, ἀλκὴν *&c.* πνέειν *pro* ἀναπνέειν. νῆψαι. *Petronius tentatur & bis explicatur.* πνεύμων *&* πλεύμων. *Quid* λαβεῖν κηρόν? ὀφθαλμὸν ἔχειν. δόμοι ἐφέστιοι. *Adſeritur Brodaei emendatio in Euripide. Sophocles emendatur ejusque Schol.* φθόγγον χέειν. *Æſchyli Schol. tentatur.* στρατὸς *&* στρατόπεδον *confunduntur.*

Vs. 49. Μνημεῖά θ' αὑτῶν τοῖς τεκοῦσιν ἐς δόμους
Πρὸς ἅρμ' Ἀδράστου χερσὶν ἔστεφον, —

Per μνημεῖα intelligi ſigna quaedam, quae in ſui memoriam ad parentes miſerint, abunde docent Schol. & Heſychius; quæ illa proprie fuerint non conſtat. De pictis ſimulacris qui exponunt nihil adverſatur στέφειν, quod bene exponunt πληροῦν praeter Schol. Heſych. & Euſtath. ad Il. A. p. 103, 25. & Σ. 1188, 21. nec aliter στεφανοῦν Eurip. Hec. vs. 127. τὸν Ἀχίλλειον τύμβον στεφανοῦν αἵματι χλωρῷ. & Soph. Antig. vs. 437. χοαῖς τὸν νέκυν στέφει. ubi conf. Schol. ſtructuræ ratio cum πρὸς vel eadem eſt, quæ τοῦ πληροῦν εἰς, de qua alibi, vel eſt tmeſis pro προσστέφειν.

Vs.

Vs. 52. ——— θυμὸς ἀνδρείᾳ φλέγων
Επνει, λεόντων ὡς Αρην δεδορκότων.

Vereor ut ſenſum ceperit interpres convertens *cum pugnam conſpexerint*. Sequerer ego Schol. qui bene explicat, atque ſic ordinat θυμὸς ἀυτῶν ε. φ. τῇ. α. δεδορκ. ἀυτῶν Αρην, ὡς λεόντων puta θυμὸς — ſic κινύρονται φόνον χαλινοὶ infra vs. 125. & φόβον βλέπειν. vs. 504. ἀναβλέπειν φονίαν σφαγὰ Eurip. Jon. vs. 1264. ὁρᾷν ἀλκὴν Pind. Olymp. Od. IX. extr. πῦρ, γαλήνην, ἀχλὺν βλέπειν Baſil. Tom. I. p. 151. E. Tom. II. p. 84. c. & 126. ut σκότον ὁρᾷν Euripides apud Schol. B. infra ad vs. 775. σμείζειν φόνον in Prom. vs. 355. & κτυπεῖν Eurip. Rhes. vs. 308. Poſſet in ἔπνει repeti quoque Αρην, ſic μεγάλα πνέειν & ἀναπνέειν in Agam. vs. 383. Eurip. Androm. 188. & Troad. vs. 1277. Vid. plura apud philologos ad Actor. c. IX. vs. 1. ex Latinis Heinſ. ad Ovid. Met. V. vs. 348. & Cl. Drakenb. ad Sil. Lib. XVII. vs. 536. Ceterum an, quemadmodum ἀναπνέειν pro ſimplici πνέειν, ita hoc pro compoſito ἀναπνέειν uſus ferat, licet exemplis nunc quidem probare nequeam, tamen, ut credam, faciunt tot alia, ut νῆψαι pro ἀνανῆψαι Achill. Tat. Lib. VII. p. 419. κομίσαι ἀντὶ τοῦ ἀνακομίσαι &c. Certe ſi mei eſſet arbitrii, non aliter acciperem *ſpirare*, quam pro *reſpirare*, *animum recipere* in vexatiſſimo Petronii loco cap. 89. quem

prout diſtinguendum legendumque arbitror adponam

— fata ſed tardant manus
Metusque; reſilit, & dolis addit fidem.
Iterum tamen confirmat invalidam manum,
Altaque bipenni latera pertentat. Tremit
Captiva pubes intus, &, dum murmurat
Roborea moles, ſpirat alieno metu.

Verſu ſecundo pro *lætusque*, & quod Lipſienſis Jenenſisque, quæ Jo. Andr. Boſii nomen præ ſe fert, editio habet *ictusque*, ſubſtitui *metusque* ob ſequentia, poſita ante *reſilit* majoris diſtinctionis nota; deinde verſu quarto pro *fremit* correxi *tremit*, ſecutus Virgilium Lib. II. Æn. vs. 50.

— validis ingentem viribus haſtam
In latus, inque feri curvam compagibus alvum
Contorſit, ſtetit illa tremens, uteroque recuſſo
Inſonuere cavæ, gemitumque dedere cavernæ.

Quem ita imitatur Arbiter, ut quæ ille tribuit equo, haſtæque; hic Græcis in machina latitantibus. Ordo eſt ſenſusque, *dum murmurat roborea moles bipenni alte pertentata tremit quidem intus captiva pubes, ſed* re-

reſpirat ſimul metu alieno, i. e. *Laocoontis*, *dum eum ſentit meticuloſe rem agere.* Sic nihil erit fictione Petroniana indignum, nec opus tubulos confingere per collum in os deductos. Subſequitur in eodem carmine.

Ecce alia monſtra. Celſa qua Tenedos mare
Dorſo replevit, tumida conſurgunt freta,
Undaque reſultat ſciſſa tranquillo minor.

quorum in explicatione quia non idem video ſentire doctos interpretes, iterum, quid mea ferat ſententia, libere ut ſoleo dicam. Senſum puto eſſe commodum, hoc ſi intelligamus modo. *Qua parte Tenedos litoribus ſuis replevit* i. e. *coarctat anguſtatque mare*, *tumida conſurgunt freta*, *&* *unda etſi minor* ſeu *minus magna*, *tamen ſciſſa reſultat ac reſonat*, *tranquilla quippe & placido aëre.*

Vs. 61. —— πεδία δ' ἀργηστὴς ἀφρὸς χραίνει σταλαγμοῖς ἱππικῶν ἐκ πνευμόνων.

Moeris πλεύμων Ἀττικῶς, πνεύμων Ἑλληνικῶς. cujus ex ſcito loquitur noſter in Choeph. vs. 638. ἄγχι πλευμόνων ξίφος οὔτᾳ, & quo adeo non ſolus utitur Ariſtoteles, ut vult Thom. Mag. Ceterum & hoc notes πνεύμονες pro *naribus* poſitum.

 Vs.

Vs. 62. Σὺ δ' ὥστε νηὸς κεδνὸς οἰακοστρόφος.

Hunc verſum ad verbum ſuum in uſum convertit Euripides in Med. vs. 523. ἀλλ' ὥστε νηὸς κεδνὸν οἰακοστρόφον — ὑπεκδραμεῖν. Adjectivi inſtar adhibuit Pind. Iſthm. Od. IV. ult. κυβερνατῆρος οἰακοστρόφου γνώμας πεπιθὼν πολυβούλω. & tranſlate noſter in Prom. vs. 514. inde οἰακοστροφεῖν in Perſ. vs. 769. quo juxta cum οἰηκοφόρος in Syneſ. H. III. vs. 287. locupletior, fieri poteſt H. Steph. Theſ. L. Gr.

Vs. 65. Καὶ τῶνδε καιρὸν ὅστις ὤκιστος λάβε.

Aliud λαβεῖν καιρὸν hic loci, quam, quod alibi frequenter inveneris, λαβέσθαι καιροῦ. Illud *uti occaſione præſenti*, (Horatio *carpere diem*) hoc *nanciſci occaſionem*. Quo ſpectat Ammonii praeceptum λαβεῖν ἐστι τὸ κείμενον ἢ ἀνελέσθαι, Interim probe ſcio λαβεῖν ut λαβέσθαι conſtrui item cum caſu ſecundo, quod ubi fit, nihil differunt ad ſenſum. ὅστις valet ὅς, quod moneo ob interpretem, qui vertit tanquam ſcriptum legeres ὅτι ὤκιστα ſeu τάχιστα. Pind. Pyth. Od. IV. vs. 509. καιρὸς πρὸς ἀνθρώπων βραχὺ μέτρον ἔχει. ubi vid. Schol. & hic not. Stanl.

Vs. 67. ὀφθαλμὸν ἔξω. Eadem phraſis in Soph. Aiac. vs. 192, μὴ ἐφάλοις κλισίαις ὄμμ'

ἔχων

ἔχων κακὰν φάτιν ἄρης, paulo quidem alio ſenſu (unde & Schol. exponit κεχυτωμένος ἐν τοῖς ε. κ.) re tamen ipſa eodem redeunte, nec alienum eſt à noſtra vernacula, in qua dicimus *het oog op iets hebben.*

Vs. 73. Δόμους ἐφεστίους. In Agam. vs. 860. ἐς μέλαθρα καὶ δόμους ἐφεστίους ἐλθών. Atque ita Eurip. Rhes. vs. 201. ἐλθὼν ἐς δόμους ἐφεστίους, ut bene reſtituerat Brodaeus, cujus correctionem non debebat faceſſere juſſiſſe Barnes. Idem remedium adhibeo Soph. in Trach. vs. 266. ἐλθόντ' ἐς δόμους ἐφεστίους ξένον παλαιὸν ὄντα πολλὰ λόγοις ἐπερρόθησε, non ἐφέστιον, ut editur; nec obſtare debet Schol. in quo ἐφέστιον ξένον explicatur φίλον, Scholion hoc quippe eſt tantum τοῦ ξένον, & delendum ἐφέστιον. Adjungitur non nunquam genitivus, ut δωμάτων ἐφέστιος noſter in Suppl. vs 370. θεῶν vs. 515. & alibi: rarius tertius caſus quomodo in Oppiani III. Hal. vs. 55.

Ἔλλοπες ἠϊόνεσσιν ἐφέστιοι ἐγγύθι γαίης.

de ſignificatione vid. Schol. Soph. ad Electr. vs. 422. præceſſit πόλις Ἑλλάδος φθόγγον χέουσα, quemadmodum, licet ſenſu nonnihil diverſo, Longus Paſtor. Lib. III. p. 87. χεομένης φωνῆς εἰς πολὺν ἀέρα. Et ſic *fundere vocem, verba* &c. Lat. In Schol. A. ad vs. 76. l. ἡμῶν καὶ ὑμῶν in altero ad vs. 85. vid. num ſcribi placeat ἢ τοῦ ἔχοντος ἐν τῷ ὄρει ὁρμὴν, vel τὴν ὁρμὴν, vel etiam ἠχοῦντος ——, καὶ ὁρμὴν ἔχοντος.

Vs.

Vs. 80. Στρατὸς στρατόπεδον λιπών. Diſcrimen quod hic obſervatur apud alios fere omnes negligitur, & docuerunt ex variis auctoribus Viri docti, quibus addo Herodot. Lib. V. c. 87. Conf. Æm. Porti Lex.

CAP. XIII.

Διώκειν & πόδα διώκειν. Corrigitur Apollodori verſio. Paulus Apoſtolus exponitur. Quid ἐπεκτείνεσθαι? *ἐ-* πιποθεῖν κατὰ ῥίζον *&c. adſeritur Longi locus. Quid* διώκειν τὰ τινός? *Marco & Lucæ lux.* περιπίπτειν *&* accidere *cum Accuſativo.* ἔχειν ἀμφὶ, *&* περί τι. *Æſchyli Schol. emaculatur.* ἔχειν *& alia verba paſſive adhibita.*

Vs. 90. — ὄρνυται λαὸς εὖ —
Πρεπτὴς, ἐπὶ πόλιν διώκων.

Διώκων ἐπὶ πόλιν eſt *properans, curſum accelerans ad urbem*; de quo verbi uſu egi ad Heſychium; ſed quia inter exempla ibi producta habetur unus alterque Xenophontis locus, in quo notione obvia ejus accipit interpres, ut vidi deinde; (nam ſcribenti illa non erat Xenophon verſione inſtructus) defectum illum qualemcunque; quanquam conſilii mei rationem reddere poſſem, & ſi neceſſe foret ſenſum, quem poſui, tueri, tamen quia interpreti ſuos fautores non defuturos coniicio, hujus inquam loci occaſione

ne defectum illum aliis nullam exceptionem admiſſuris ſupplere cogito. Noſter in Eumen. vs. 251. ὑπὲρ πόντον ἀπτέροις ποτήμασιν ἦλθον διώκουσα, & plenius vs. 406. διώκουσα ἦλθον ἄτρυτον πόδα. ut Eurip. in Oreſt. vs. 1344. διώκετε ἐς δόμους πόδα. hujus fabulae vs. 377. σπουδῇ διώκων πομπίμους χνόας ποδῶν. Plerumque omittitur πόδα, atque eatenus recte Thom. Magiſter verba laudans proxima obſervat, διώκειν τὸ κινῶ dici ποιητικῶς, aliter ſi intellexit falſus eſt. Jam ſi cui his moto exemplis, quoties διώκειν eodem ſenſu nude invenerit poſitum, videatur potius intelligendus accuſativus πόδα, quam ἑαυτὸ, ut ſcripſi ad Heſychium, is quidem nec me ſibi multum adverſaturum ſciat; attamen ob reliquos verbi uſus, quos ibi attigi, etiamnunc magis probare alteram ellipſin; illuc refer *movere greſſus* in Petron. c. 30. Eurip. Heracl. vs. 611. τὸν δ' ἄλλον ἄλλη μοῖρα διώκει. Idem Herc. Fur. vs. 1082. φυγᾷ φυγᾷ ἀπὸ τῶν δωμάτων διώκετε, φεύγετε ἄνδρα. Et in voce media, ſive mavis paſſiva Apollod. Lib. III. c. 9. extr. Μειλανίων αὐτῆς (τῆς Ἀταλάντης) ἐρασθεὶς ἧκεν ἐπὶ τὸν δρόμον χρύσεα μῆλα κομίζων —— καὶ διωκόμενος ταῦτα ἔῤῥιπτεν. Obſcure nimis interpres *in adcurrentem puellam inſequens obiicit*, verto *curſu contendens*. Propius ad locum præſentem verba ſpectant Apoſtoli ad Philip. cap. III. vs. 14. Ἓν δὲ (λογίζομαι κατειληφέναι) τὰ μὲν ὀπίσω ἐπιλανθανόμενος, τοῖς δὲ ἔμπροσθεν ἐπεκτεινόμενος,

κατὰ σκοπὸν διώκω ἐπὶ τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως τοῦ Θεοῦ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Quorum à mente, ut quam verba ipſa legenti ſiſtunt, licet haud longe aberrent Viri eruditi, tamen, quod pace ipſorum dictum velim, nec verborum vim nec ſtructuræ rationem ſatis videntur aſſecuti. Videamus de ſingulis: in ἓν δὲ eorum ſequor ſententiam, qui repetunt ex verſu proximo λογίζομαι κατειληφέναι; nam quid e longinquo arceſſere opus, ubi prae manibus adeſt, quo utaris? ſenſus eſt *tantum videor mihi conſecutus*. Sequentia vicem gerunt nominis. Ἐπεκτεινόμενος valet *protendens me*, ut verbum exponunt gloſſæ veteres; quanquam infra emphaſin vocis Græcæ ſubſiſtat, ad quam propius acceſſerit *exporrigens me*. Longus Lib. II. p. 53. alia quamvis in re, ἄκρας ἐπεμβαινούσης τῷ πελάγει λαβόμενος ἐπεκτεινομένης μηνοειδῶς. Tum κατὰ σκοπὸν recte explicat Beza aliique *ſcopum verſus*, & διώκω *curro, feror*. Tandem τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως τοῦ Θεοῦ bene accipit Zegerus pro ἐφ' ὃ με καλεῖ ὁ ἄνω Θεός. Bezam, qui primus quod ſciam διώκω κατὰ σκοπὸν reddidit *ſcopum verſus feror*, ſecuti alii, nemo firmandæ explicationi quidquam attulit præter diligentiſſimum Raphelium, qui eam corroborari credit ex hoc Herodoti Lib. V. c. 102. ἐπειδὴ κατὰ στίβον. quod & viſum Cl. Wolfio in Cur. Philol. In quo Viris Eruditis haud poſſum adſentiri, aliter nobis ſi judicare lice-

ceret, adderemus ex eodem Herodoto Lib. V. c. 98. κατὰ πόδας ἐληλύθεε Περσέων ἵππος πολλὴ διώκουσα τοὺς Παίονας, ὡς δὲ οὐ κατέλαβεν — locum integrum adpono, ut addant, quibus lubet, exemplis, in quibus, ut apud Apoſtolum vs. 12. διώκειν & καταλαμβάνειν juncta reperiuntur, ſicuti τρέχειν & καταλαμβάνειν I. ad Corinth. c. IX. vs. 24. Idem Herod. Lib. IX. c. 58. ἦγε σὺν Πέρσας — κατὰ στίβον τῶν Ἑλλήνων. Lycophr. vs. 1119. θεύσω κατ' ἴχνος. Pind. Pyth. Od. IV. vs. 439 νεῖσθαι καθ' ἁμαξιτὸν, oppoſite ad οἶμον ἴσαμι βραχύν. Vid. ibi Schol Longus Lib. I. p. 3. & 10. ἕπεσθαι & ἔρχεσθαι κατ' ἴχνος, ut βαίνειν Ariſtides Tom. I. p. 120. aliique plures. Quin διώκειν κατ' ἴχνος rurſus Longus Lib. III. p. 73. Sed ſunt iſta omnia aliena, ut in quibus κατὰ idem propemodum, quod πρὸς in Æſch. Eumen. vs. 246. τετραυματισμένον ὡς κύων νεβρὸν πρὸς αἷμα καὶ σταλαγμὸν ἐκμαστεύομεν. Dicam apertius ἕπεσθαι κατ' ἴχνος & στίβον &c. notat *veſtigia perſequi*, *inſiſtere veſtigiis*, & κατὰ valet *per*, adeoque κατ' ἴχνος qui βαίνει vel διώκει, is incedit per veſtigia eaque premit, quod fieri nequit in *ſcopo*, ad quem oculos intendens gradum dirigit, ut ad urbem, aut ſimile; unde κατὰ in κατὰ σκοπὸν idem ſignificat, quod πρὸς, alia notione, quam in exemplo modo producto, nempe *ad* i e. *verſus* quomodo adhibuit Herodot. Lib. VII. c. 182. κατὰ Θεσσαλίην πορευόμενοι ἐκο-

 μι-

μίσθησαν ἐς τὰς Ἀθήνας. Xenoph. Epheſ. Lib. III. p. 53. πλοῦς κατ' Ἀλεξάνδρειαν, & Long. Paſtor. Lib. II. p. 39. ῥοίζῳ τὰς ἀγέλας κατήλαυνον ἐπιγόμενοι κατὰ τὰ φιλήματα. ubi fruſtra eſt Mollius ſubſtituens πρός. Jam vero quum habeat verbum ſuam ſtructuram cum ἐπὶ, plane ut in Æſchylo; duritatem vix effugerit Apoſtoli ſermo, ſi eidem junxeris κατὰ σκοπὸν, ita quippe non alius foret ordo Grammaticus, quam hic, διώκω κατὰ σκοπὸν τοῦ α. κ. τῆς Θ. ε. Χ. Ι. ἐπὶ τὸ βραβεῖον, quem quod nemo facile admiſerit, exiſtimen ego non alia ratione iſti incommodo poſſe conſuli, quam ſi mutata interpunctione κατὰ σκοπὸν jungatur τῷ ἐπεκτεινόμενος, hoc modo: τοῖς δὲ ἔμπροσθεν ἐπεκτεινόμενος κατὰ σκοπὸν, διώκω ἐπὶ τὸ βραβεῖον — *ad ea quæ ante faciem ſunt ſcopum verſus me protendens, ad brabeum — curſu contendo* — qua diſtinctione adhibita vides quam pulcre adponantur τοῖς ἔμπροσθεν κατὰ σκοπόν. Ne quis obvertat verſiones receptæ patrocinari; cum in his rebus nulla nos codicum auctoritas obſtringat, quod veteres libri fuerint ἀδιάστικτοι. Tandem nec illud tacitus præterire poſſum ut κατὰ στίβον & ἴχνος διώκειν differre vidimus à διώκειν κατὰ σκοπὸν, ſic itidem aliud eſſe διώκειν κατὰ cum caſu ſecundo, prout in Longi Paſtor. Lib. III. p. 89. διώκειν κατὰ τῶν ὀρῶν i. e. *in*, *per*. Ut redeam unde digreſſus ſum. Quod præterea Latini dicunt *viam perſequi*, *perſequi a-*

abeuntem, *curſim aliquem*, *mortem inedia* &c. quæ apud Terentium, Petronium, alios inveneris, id ſimiliter Græcos per διώκειν exprimere Eurip. Herc. Fur. vs. 1040. ὕστερῳ ποδὶ διώκειν τὴν ἔλυσιν Lucian. Tom. I. p. 730. τὸ κάτω πλοῦν. Joſeph. A. J. Lib. IV. c. 13. §. 7. τὴν ἐπὶ Ἰδουμαίας. Anton. Liber. c. 28. Τυφῶν ἐκ ποδὸς ἐδίωκεν. Nuncius apud Euripidem Iphig. Taur. vs. 1296. de Thoante chorum perquirens hoc ubi tulit reſponſi, ὃν ἰδεῖν θέλεις ἄνακτα χώρας φροῦδος ἐκ ναοῦ συθείς. rogat ille ποῖ; reponit chorus; οὐκ ἴσμεν. ἀλλὰ στεῖχε καὶ δίωκέ νιν, ὅπως κυρήσας τοῦσδ᾽ ἀπαγγελεῖς λόγους. Unde lucem accipiunt verba Marci cap. I. vs. 36. κατεδίωξαν αὐτὸν (τὸν Ἰησοῦν) ὁ Σίμων καὶ οἱ μετ᾽ αὐτοῦ. nec non Luc. cap. XVII. vs. 23. μὴ ἀπέλθητε μηδὲ διώξητε. Eurip. Jon. vs. 1250. διωκόμεσθα ἐπὶ σφαγάς. Ælian. de Anim. Lib. VI. c. 38. οἱ δηχθέντες ὑπ᾽ ἀσπίδων οὐ περαιτέρω βιοῦσι τετάρτης ὥρας, πνιγμὸς δὲ αὐτοὺς καὶ σπασμὸς διώκει καὶ λυγμός. Hinc porro notat, *cogere*, *pellere*, *fugare*: noſter in Choeph. vs. 287. φόβος κινεῖ, ταράσσει καὶ διώκεται πόλεως χαλκηλάτῳ πλάστιγγι λυμανθὲν δέμας. Eurip. Jon. vs. 1159. ἕως διώκουσα ἄστρα. Soph. Electr. vs 877. ὑφ᾽ ἡδονῆς διώκομαι —— σὺν τάχει μολεῖν. Eurip. Iphig. Aulid. vs. 684. παύω τοὺς λόγους, ταχεῖα γὰρ νοτὶς διώκει με ὀμμάτων. Sed modus eſt adhibendus, & relinquendum aliquid aliorum induſtriæ. De *movendi* ſignificatione pauca ſubjungo. Eurip. Jon. vs. 205. πάντᾳ βλέφαρον διώκω. Soph.

in Electr. vs. 741 ὀξὺν δι' ὤτ κέλαδον ἐνσείσας θοαῖς πώλοις διώκει. Oraculum apud Herodot. Lib. VII. c. 140. συριηγενὲς ἅρμα διώκων, ut noſter in Perſ. vs. 84. Σύριον ἅρμα διώκων. & διώκειν τὸ ἵππον dixit Achill. Tat. Lib. I. p. 45 ut δίωγμα πώλων πτηνὸν Eurip. in Oreſt. vs 991. quod ἐφέπειν ἵππον apud alios, ut videbimus infra. In Schol. priore ad vs. 88. lin 3. l. περέχων.

Vs. 95. Ποτιπέσω βρέτη. i e πέσω πρὸς βρέτη, ut infra vs. 191. βρέτη πεσούσας πρὸς. Eurip. in Phoen. vs. 300. γονυπετεῖς ἕδρας προσπιτνῶ. & vs. 931. τί προσπιτνεῖς με. Ut *accidere* in Plaut. Stich. I: 2, 31. *mihi paternæ vocis ſonitus aures accidit.* Spanh. ad Ariſtoph. Plut. vs. 1016. citat πέσω βρέτη, & intelligi ait πρὸς, qui error eſt feſtinantis, nec attendentis in verſu præcedenti legi ποτί.

Vs. 102. Ἀμφὶ λιτᾶν ἔξομεν. Mirus nonne ſtupor grammaticorum, qui non intellexerint ἔχειν ἀμφὶ, ſeu περὶ τι apud omnes ſcriptores obvia? Luciani locus, quem citat Schol. extat in Necyom p. 330. unde hic leg. εἰχόμεθα. Interim quamvis hic perperam exiſtimarint quidam ἔχειν pro ἔχεσθαι poſitum; eſt tamen ubi ita adhibitum occurrit, ut in Agam. vs. 198. Χαλκίδος πέραν ἔχων παλιρρόθοις ἐν Αὐλίδος τόποις. & Soph. Oed. Colon. vs. 1491. γνοὺς τὸ παρεῦσαν τέρψιν, ἧς εἶχες πάλαι. Idem uſu venit in verbis compluribus aliis; ſic προσδῆσαι in Soph. Aiac. vs. 1287. ναίειν vs. 604.

Conf.

Conf. Euſtath. ad Il. B. p. 231, 43. & Spanh. ad Callim. H. Jov. vs. 55.

CAP. XIV.

Ἀρητιὰς fons Thebis aliis item nominibus dictus. Arrianus tentatur. πάντως. Ἑβδομοι, τέταρτοι *pro* ἑπτὰ *&* τέσσαρες. Ἑπτὰ *pro* reliquis e ſeptem. δορύσσοος. *Quid* ἀμφιβαίνειν *&* περιβαίνειν*? Longi verſio correcta. Euſtathius leviter emendatur. adſeritur vulgata lectio in Æſchylo. Ejus Schol. aliquoties emendatur. Petronius tentatur.* Mors ultima. *Vindicatur recepta Æſchyli lectio.* σώτηρ εὐπραξία *& ſimilia. Locus Alciphronis adſeritur. Quid* πειθαρχεῖν *? Scholiaſtes emendatur. Alia quædam.*

Vs. 106. Fons quem Schol. A. Ἀρητιάδα vocat, alteri eſt Ἀρειτρὰς; addit ceu etymon tangens, ἣν ὁ Ἄρης τηρεῖ καὶ ἐπισκοπεῖ. Steph. Byz. eſt Ἀρεία, quocum facit Apollod. Lib. III. c. 4. Draconem cuſtodem ei adponens Marte ſatum. Ἀρήνην memorat Suidas, cujus regionis ſilet. In Arriani Per. p. 17. inſulam legimus Ponti Ἀῤῥηντιάδα, ſed quæ opinor rectius Ἀρητιὰς dicta Apollon. Rhod. Lib. II. vs. 1033. & 1049. Adde ejus Schol. ad vs. 384. & 388. Pompon. Melæ eſt *Aria*, Ethnicographo Ἄρε© νῆσος.

Vs. 120. Παντως ἄρηξον. Schol. B. quia explicat ἀληθὲς videri poſſet junxiſſe cum

παν-

παντελές. Ceterum eſt hæc nunnunquam verbi vis: unde Heſychius exponit δυνάμει, ἀληθείᾳ, κυρίως. Luc. in Euang. cap. IV. vs. 23. πάντως ἐρεῖτέ μοι τὴν παραβολὴν ταύτην. i. e. *nimirum* vel *omnino certum eſt vos* — ut recte cepit H. Steph. in Theſ. L. Gr. Ariſtid. Tom. I. p. 527. πάντως οὐχ ἑάλοις ἀεὶ τοῖς ὑπολειφθεῖσιν ἐντεύξεσθε. Phalar. Epiſt. 72. πάντως που θαυμάζεις, ὅτι ὑφῄρηκα τῆς ὀργῆς. Adde Baſil. Tom. II. p. 64. noſtrum in Prom vs. 333. & 942. ubi Schol. expl. ὁμολογουμένως. Vera autem ſine dubio Schol. A. loci diſtinctio, & παντελὲς jungi debet τῷ Ζεῦ, qui alias ſæpe τέλειος dicitur: vid. Eumen. 28. & Spanh. ad Callim. H. Pall. vs. 135.

Vs. 127. Πύλαις ἑβδόμαις προσίστανται. Recte obſervat Tom. Mag. ἕβδομος hic poſitum pro univerſo numero ſeptenario; qua item enallage utitur Ælian. de Anim. Lib. XI. c. 9. p. 647. τεττάρων δεῖ μηνῶν ἐν γάλαξι τόνδε εἶναι τὸν μόσχον. Alio modo Luc. c. XX. vs. 31. Ἑπτὰ ἀδελφοὶ ἦσαν καὶ ὁ πρῶτος λαβὼν γυναῖκα ἀπέθανεν καὶ ὁ δεύτερος — καὶ ὁ τρίτος — ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ ἑπτὰ i. e. *reliqui ex ſeptem* οἱ λοιποὶ τῶν ἑπτά. Vulgatus *omnes ſeptem*. Præceſſit σαγαῖς δορυσσόοις, cujus verbi etymon Schol. uterque quaerit in σῶος & σώζειν. Heſych. explicat δόρατι φοβοῦντα ἢ σοβοῦντα, & ſic Etymologus, præterquam quod propius ad originem, unde quoque Euſtathius repetit ad Il. A. p. 47, 19. σο-

οὖντα habeat. Quæ ſequuntur Neptuni cognomina ἵππιος & ποντομέδων, de his vid. Spanhem. ad Comici Plut. vs. 1051. & Nub. 83. quæque idem obſervat ad verba ἰχθυβόλον μηχανὰν ad Callim. H. Del. vs. 15. adde Oppian. I. Cyneg. vs. 75. Lib. IV. vs. 210. & III. Hal. vs. 2.

Vs. 142. Γένους πρoμάτωρ. Terminationis adjectivæ vocabula ex μήτηρ compoſita ponuntur ſæpe pro ſubſtantivis, quod olim non attendens perperam & temere ſollicitabam μουσομήτωρ in Prom. vs. 460. Eurip. Phoen vs. 681. προμάτορος Ἰοῦς ἔκγονος Ἔπαφος. adde vs. 835. pro quo προμήτης apud Schol B. ſupra ad vs. 106. & Themiſt. Orat. XIII. ult. ad priorem formam refer μονομάτωρ in Eurip. Phoen. vs 1518. quo una cum τῷ μουσομήτωρ augmentum accedere poteſt Theſauro H. Steph.

Vs. 145. Λιταῖς θεοκλύτοις. Schol. expoſitiones apud ipſos videas. Suidas exponit per θεότιμον, qua voce in Steph. Theſ. prætermiſſa utitur Pind. Iſthm. Od. VI. vs. 19. ab illo verbum ortum θεοκλυτεῖν, quod præter alios habet Æſch. in Perſ. vs. 500. in Schol. A. ad vs. 165. lin. 2. l. πυργίσκων.

Vs. 181. Ἀμφιβάντες πόλιν. Opportune Schol. illuſtrat ex Hom. Il. A. vs. 37. ad quem locum, ut alibi paſſim, recte monet Euſtath. p. 25, 17. ἀμφιβαίνειν eſſe σκέπειν, ita

leg καὶ περιέπειν, quo ſenſu juxta cum περιβαίνειν haud raro obvium; vid. Ælian. de Anim. Lib. III. c. 47. & Lib. VI. c. 61. Joſeph. A. J. Lib. VII. c. 12. §. 1. ὑπερήσπισε περιβὰς κείμενον. De animalibus catulos lactantibus Long. Paſtor. Lib. I. p. 3. ὁρᾷ αἶγα πεφυλαγμένως περιβεβηκυῖαν, cujus ſenſum haud adſecuta Mollii verſio per τὸ *cirumeuntem*, nec ut verum fatear mihi in promtu eſt verbum, quod Græcam phraſin ſatis exhauriat, melius quid dum invenerimus, verterim *paſſis pedibus circumſpecte puero ſuperſtantem.* Conon Narrat. 48. λύκος νεοτόκος ἐπιτυγχάνει τοῖς παιδίοις καὶ ἀμφιβᾶσα — παρεῖχε τὰς θηλάς. Conf. Spanhem. ad Callim. H. Del. vs. 27.

Vs. 204. Ψῆφος κατ' αὐτῶν ὀλεθρία βουλεύσεται
Λευσῆρα — μόρον —

Difficultatum triada his movet H. Steph. nullam agnoſco ego. Nam quod dicit ψῆφον ferri *deliberari* quæ *deliberet*, vix exputo ei qui in mentem venerit, quum eum ipſum ſenſum fundant verba, quem eſſe vult: ſive enim βουλεύεσθαι acceperis pro *conſultare*, *conſilium agitare*, ſive pro *deliberare*, eodem redibit, cum ex verſu ſequenti quid deliberatura ſit, nempe λευσῆρα μόρον, pateſcat. Hac autem difficultate remota, per ſe cadit altera,

ra, & rectiſſime utique ψῆφον dixit ὀλεθρίαν ejus reſpectu, cui ὄλεθρον intentat. Sic ratione parili in Agam. vs. 823. ἀνδροθνῆτες Ἰλίου φθορὰς ψήφους. Demus tamen quod putat Vir doctus βουλεύσεται paſſive poſitum, idne omnium merebatur duriſſimum judicari? quid frequentius paſſivo futuri Medii uſu? Vid. not. ad Thuc. Lib. I. c. 81. Lib. II. c. 87. & VII c. 25. Stolberg. ad Soph. Ajac. vs 512. Barneſ ad Eurip. Helen. vs. 359. & quibus non aliis hic dictus Hylas? Quin ipſe Æſchylus ἄρξονται ita adhibet in Perſ. vs. 591. & aliquoties Herodotus; vid. Lib. III. c. 83. Lib. VII. c. 160. & 162. inque fine Lib. IX. unde apertum in edita nil innovandum cum Stanl. hoc minus, quod quidem φέρειν, διαφέρειν, ἐπιφέρειν & τίθεσθαι ψῆφον uſitata noverim, qui dixerit βαλεῖν ψῆφον auctorem quæro. Noſtri verba imitatus videtur Eurip. in Oreſt. vs. 441. ψῆφος καθ' ἡμῶν οἴσεται. ubi itidem οἴσεται, uti vides occurrit παθητικῶς. Tum ut hic λευστῆρα μόρον ſic πέτρον λευστῆρα habes in Lycophr. vs. 1187. De antiquiſſimo lapidibus fontes obruendi ſupplicii genere præter alios vid. Meurſ. ad vs. 331. In verbis Schol. A. lin. 8. ad vs. 203. forte leg. μέσον ἄλλο οὐκ εἴη, vel οὐκ ἂν εἴη. vel etiam τί ἂν μέσον ἄλλο εἴη; vel etiam τί ἂν μέσον ἄλλο εἴη; μεταίχμιον pro μέσον non eſt infrequens vid. inter alios Lycophr. vs. 443. Lucian.

in Amor. p. 1039. & Euſtath. ad Il. Γ. p. 291, 23.

Vs. 207. Ηκȣσας, ἢ ȣ̓κ ἤκȣσας, ἢ κωφῇ λέγω; ſupra vs. 99. ἀκȣ́ετ', ἢ ȣ̓κ ἀκȣ́ετ' ἀσπίδων κτύπον. Soph. Oed. Tyr. vs. 563. ἔπιθες, ἢ ȣ̓κ ἔπειθες; Et ex emendatione Scal. & Cant. Eurip. Helen. vs. 922. βȣ́λοιντ' ἂν, ἢ οὐ βούλοιντ' ἀποδȣ̃ναι πάλιν.

Vs. 212. Αὔπνων πηδαλίων. Homerum imitatur, qui Odyſſ. E. vs. 271.

Αυτὰρ ὁ πηδαλίῳ ἰθύνετο τεχνηέντως
Ἧστ', οὐδέ οἱ ὕπνος ἐπὶ βλεφάροισιν ἔπιπτε.

Hinc ἄϋπνον τέχνην vocat τὴν κυβερνητικὴν Lycophr. vs. 386. ut recte exponit Euſtath. p. 223, 11. Et *pervigil gubernator* Petron. c. 102.

Vs. 223. —— ἀλλ' οὖν θεοὺς
Τοὺς τῆς ἁλȣ́σης πόλεως ἐκλείπειν λόγος.

De Troja quod monet Schol. res eſt abunde nota; vid. hic Stanl. eodem viſa nonnullis pertinere verba Petr. c. 89.

—— hic graves alius mero
Obtruncat & continuat in mortem ultimam
Somnos, ab aris alius accendit faces,
Contraque Troas invocat Trojæ ſacra.

Verum eo qui referri poſſint non video, quod

quod loquitur de Urbe jam occupata. Obſtat præterea illud *invocare ſacra*, niſi τὰ *ſacra* accipiatur pro *Diis*, quorum ſunt ſacra, ut ἱερὰ exponit Stanl. in Agam. vs. 70. Has nectenti difficultates in mentem veniebat ſcripſiſſetne fortaſſe *involat?* quo verbo aliquoties utitur; vid. c. 43. 58. & 63. diſplicuerit ariolatio, ut nullo labore quæſitam, ſed ſponte natam eo migrare jubeas, quo plures abire, facile patiar, quotieſcunque quod magis juvet felicior hora meque peritiores detexerint. Interim utcunque ſtatues, memineris eundem in ſenſum loqui Phaed. Lib. IV. fab. 10.

Lucernam fur accendit ex ara Jovis,
Ipſumque compilavit ad lumen ſuum.

ultimam mortem dixit ut Apul. VII. Metam. ſub princ. *Servum tormentis vexatum pluribus, ac pene ad ultimam mortem excarnificatum.*

Vs. 231. Πειθαρχία γάρ ἐστι τῆς εὐπραξίας
μήτηρ, γυνὴ σωτῆρος ——

Offenſus Stanl. ſtructura maſculini σωτῆρος cum feminino εὐπραξίας ſubſtituit σωτείρος. Sed fruſtra; ubivis enim ſimilis exempli loca obvia, in quibus non modo maſculina ſed & ſequioris ſexus nomina adjectivorum inſtar adjunguntur cujuſcunque generis ſubſtantivis. Ipſe Æſchylus infra vs. 952. πόλις πυργηφόρος.

τήρ. In Eumen. vs. 186. δίκαι καρανιστῆρες. Agam. vs. 673. & Soph. Oed. Tyr. vs. 80. τύχη σωτήρ. Idem in Antig. vs. 1086. λωβητῆρες Ἐρίνυες. Trach. vs. 687. ἐνδυτὴρ πέπλος. Noſter rurſus in Agam. vs. 1263. Ἕλλην φάλης. vs. 1240. θῆλυς φονεύς. Eurip. Iphig. Taur. 586. χεὶρ φονεύς. in Heracl. vs. 131. στολὴ Ἑλλήν. Soph. Trach. vs. 114. πατροφόντης μήτηρ. Pind. Pyth. Od. IV. vs. 385. λιταὶ ἐπαοιδαί. Alciphr. Lib. III. Epiſt. 22. κλέπτης ἀλώπηξ. quod itidem immerito ſuſpectum fuit Berglero. Conf. Salmas. ad Simm. Ovum. p. 246. Meurſ. ad Lycophr. vs. 496. & Cuper. Obſ. Lib. I. c. 17. Ad ſenſum quod attinet, vel ἐπεξηγητικῶς accipe, ceu ſcriptum eſſet πειθαρχία ἐστὶ μήτηρ γυνὴ τῆς εὐπ. σωτῆρος. *eſt mater, imo uxor*, vel prout intellexit Schol. γυνὴ μήτηρ, ut γυνὴ honoris vox ſit. Ceterum Sophoclen noſtri verba ſibi propoſuiſſe imitanda in Antig. vs. 687. jam video obſervaſſe Stanl. πειθαρχία à πείθαρχος, quod habetur in Perſ. vs. 374. hinc πειθαρχεῖν, cujus propriam virtutem docet Ammonius, & quo præter ſcriptores ſacros utitur Soph. in Trach. vs. 1194. Heſychius ad Pauli credo reſpiciens Epiſt. ad Tit. c. III. vs. 1. πειθαρχήσαντες explanat πεισθέντες, quod in Soph. l. d. alterum illico excipit. In Schol. A. dele ὧδ' ἔχει λόγος, & ſcholion annecte præcedenti.

CAP.

CAP. XV.

Ἐστι, ἔστω ταῦτα. Æſchylus emendatur; ejus Schol. aliquoties tentatur. Herodoti verſio correcta. νῦν pro οὖν. Οὐ σῖγα; ἐς φθόρον. εἰ γὰρ & εἰ utinam. Κοῦφος. ἐκτὸς εἶναι, ἔρχεσθαι & πόδα ἔχειν τινός. πηγαὶ & κρουνοὶ pro nymphis. ἀπολέγειν. Æſchylus aliquoties vindicatur. Quid διαδρομή?

Vs. 232. Ἐστι θεοῖς δετ' ἰσχὺς καθυπερτέρα. Recte vidit H. Steph. ſcribendum δ' ἔτ', ego inſuper poſt ἔστι πλείαν ponendam duco στιγμὴν, ut ſit adſentientis, ut ſæpe alibi ἔστι & ἔστω ταῦτα. Vid. Ariſtid. Tom. II. p. 207. & *ſeq.* Eurip. Oreſt. vs. 1600. & Helen. 750. Contrarium οὐκ ἔστι, & οὐκ ἔστι ταῦτα in Soph. Ajac. vs. 472. & in Electr. vs. 451. Nec aliter videtur diſtinxiſſe Schol. B. explicans καλῶς εἶπας τοῦτο. in cujus Scholio ad vs. 235. lin. 2. vide num pro ἐγείρει malis εἴργει. vs. 237. ſcribe πίεσιν. & ad vs. 240. lin. altera à fine, ἄπο, μακρὰν.

Vs. 239. Διὰ θεῶν πόλιν νεμόμεσθ' ἀδάμαστον. Eadem pollet virtute præpoſitio in Herodot. Lib. VI. c. 38. διὰ Κροῖσον ἐκφεύγει, unde docemur non Atticis modo διὰ *per* conſtrui cum caſu quarto; nec adeo verti debebat *ob Crœſum* ſed *Crœſi opera*. Longus Paſtor Lib. II. p. 36. διὰ τοῦτον (τὸν Ἔρωτα) οἱ ποταμοὶ ῥέουσιν — & p. 58. διὰ τὰς Νύμφας ἔζησα.

Vs. 248. μὴ νῦν. Ut mox vs. 252. in Prom. 506. & locis compluribus aliis, valetque νῦν in talibus οὖν, pro eo oratores frequentare τοίνυν, dixi alibi, addidi tamen etiam exempla, ubi νῦν comparet, & ſic paſſim apud Euangeliſtas. In Schol. A. l. ἀρπάζειν. apud alterum ad vs. 250. lin. 3. vel ἢ μὲν οὐ σύναπτε τὰ τούτῳ. vel ἢ μὴ σ. τὸ τ. vs. 253. etſi non ignorem ἀπὸ defendi poſſe, tamen legere malim ὑπό.

Vs. 256. οὐ σῖγα; Sic & Eurip. Herc. Fur. vs. 1042. Οὐ σῖγα, σῖγα; ab hinc non longe οὐκ ἐς φθόρον σιγῶσ' ἀναχήσῃ τάδε. quomodo Soph. in Ajac. vs. 75. οὐ σῖγ' ἀνέξῃ & Oed. Tyr. vs. 438. οὐκ ἐς ὄλεθρον; οὐ σιωπήσας ἔσῃ. De formula ἐς φθόρον, ἐς ὄλεθρον viſe notas Spanh. ad Callim. H. Apoll. vs. 113. ubi recte in Schol. B. emendat ἄφωνος, Scholio ejusdem ad vs. 260. πάλιν, πᾶσαν non video qui locus ſit.

Vs. 266. Λιτουμένῳ μοι κοῦφον εἰ δοίης τέλος. Interpres *ſi dederis*, bene modo *ſi* cepit pro *utinam*, ut in Virg. VI. Æn. vs. 187. *Si nunc ſe nobis ille — ramus oſtendat.* Quo ſenſu εἰ γὰρ uſurpari multi docuere, adde ſi lubet noſtrum in Prom. vs. 152. Soph. Oed. Tyr. vs. 80. & εἰ γὰρ ὤφελον Eurip. Oreſt. vs. 1584. Plato Lib. II. de Rep. p. 450. c. Xenoph. VI. κ. π. p. 91. med. εἰ γὰρ γένοιτο. & εἰ γὰρ γένοιτο ταῦτα. Lucian. in Prom. extr.

extr. Longus Lib. III. p. 77. εἰ γὰρ οὕτως γένοιτο Χλόη. Nec minus obvius uſus voculæ εἰ ſolitariæ, quem tamen, qui adſtruxerit, novi neminem. Certe ipſe Suidas, dum notat εἰ eſſe εὐκτικὸν, non aliud adfert exemplum, quam Piſidis locum, in quo itidem εἰ γάρ. Subjungemus nos quædam; Soph. Oed. Tyr. vs. 883. εἴ μοι ξυνείη φέροντι μοῖρα. Eurip. Hec. vs. 836. εἴ μοι γένοιτο φθόγγος. Idem in Oreſt. vs. 1614. εἰ γὰρ τόδ' ἦν. ubi notes indicativum addi, quam ſtructuram Helleniſtis tribuit Grotius ad Luc. cap. XII. vs. 49. an in exemplis eo congeſtis a viro magno valeat ubique *utinam*, hic non eſt inquirendi locus, erit forte alibi. Ad ſtructuram refer, quæ ſcribit Thom. Mag. in V. ὄφελον, & ex eo Græv. ad Luciani Soloeciſt. p. 730. Ex mente Schol duplici ratione verba diſtingui poſſunt, ut ſcilicet vel κοῦφον intra duas virgulas includatur, vel ut edidit Stanlejus alias ſecutus editiones. Κούφαν δόσιν dixit noſtro æqualis Pind. Iſthm. Od. I. vs. 60. & κούφαν κτίσιν in Olymp. Od. XIII. vs. 118. pro εὐχερῆ, ῥᾳδίαν, ἀνεπαχθῆ, ut explanant ad eum Critici. Quo fere ſenſu in Æſch. Prom. vs. 700. habetur κούφως. Nec alienum hinc eſt hoc Herodot. Lib. VII. c. 38. σοὶ ἐλαφρὸν τυγχάνει ἐὸν ὑπουργῆσαι, prout ſupra in Prom. vs 636. ὑπουργῆσαι χάριν. Lectionis varietas, quam adnotat Schol.

A. orta videtur ex verſu ſequenti, ſed τέλος longe eſt ſignificantius. Subſequitur λέγοις ἂν ὡς τάχιστα, καὶ τάχ᾽ εἴσομαι, nempe *daturuſne ſim, quod rogas, nec ne.* vel ut intelligit Schol. *levene ſit.* Jo in Prom. vs. 617.

Οὔκουν πόροις ἂν τήνδε δωρεὰν ἐμοί;

reſpondet Prometheus

Λέγ᾽ ἥντιν᾽ αἰτῇ, πᾶν γὰρ ἐκπύθοιό μου.

Et Soph. in Trach. vs. 1233. προσνεῖμαί μοι χάριν βραχεῖαν πρὸς μακροῖς ἄλλοις διδούς. tum ut hic τάχ᾽ εἴσομαι, ſic rurſus vs. 665. τάχ᾽ εἰσόμεσθα τ᾽ ἀπόσημα ὅποι τελεῖ.

Vs. 271. Ἐκτὸς οὖσ᾽ ἀγαλμάτων εὔχου. Venuſtiſſimas præbent ἐκτὸς & ἔξω locutiones. Ut hic loci ἐκτὸς εἶναι, ſic Ariſtid. Tom. III. p. 98. τοὺς μὲν ἀδικοῦντας ἐξελέγχουσι (οἱ ῥήτορες) τοὺς δ᾽ ἀγνοοῦντας διδάσκουσι περὶ τῶν πραγμάτων, ἅμα δ᾽ ἔξω τούτων τε καὶ τῆς ῥητορικῆς ἔσονται. Ejusdem eſt ἔξω τοῦ φρονεῖν εἶναι Tom. II. p. 329. quod Longo Lib. IV. p. 137. ἔξω τῶν φρενῶν γίνεσθαι. Eurip. Jon. vs. 926. ἔξω τῆς γνώμης. cui contrarium ferme hoc Soph. in Oed. Tyr. vs. 468. εἴσω ἰὼν λογίζου. Nec venuſtate deſtituitur illud Eurip. Herc. Fur. vs. 771. δακρυμάτων ἐκτὸς ἦλθεν ἐλπίς. Sophoclis rurſus eſt in Trach. vs. 1206. ἐκτὸς ἐλθεῖν ὅρκων. i. e. *transgredi, violare.* Tum ut noto proverbio dicunt Græci ἐκτὸς πηλοῦ ἔχειν & κομίζειν πόδα, quod occurrit in Choëph. vs. 695. ita ἔξω κλαυμάτων, πραγμάτων & πημάτων ἔχειν πόδα Eurip. Heracl. vs. 110. Soph. Phi-

Philoct. 1292. & ſupra in Prom. vs. 263. ἀνάγκᾳ ἐκτὸς ἔχειν πόδα. Pind. Pyth. Od. IV. vs. 513. & ἐκτὸς εἶναι πημάτων Soph. in Phil. vs. 520. Scholion. ad vs. 274. μετὰ συντελέσεως εὐχὴν ἐξιλαστικὴν ᾄσον haud obſcure prodit Chriſtianum hominem vid. Es. c. 65. vs. 14. & cap. XIII. vs. 6.

Vs. 279. Δίρκης τε πηγῆς, οὐδ' ἀπ' Ἰσμηνοῦ λέγω.

Turnebus edidit πηγαῖς, quod tuetur Schol. B. unde conjici poſſet aliis in libris comparuiſſe πηγῆς. Ceterum hic uti per πηγὰς Schol. intelligit *nymphas*, ita κρηνοὶ in Soph. Oed. Colon. vs. 1397. poſſint accipi, dicit enim πρὸς νῦν σε κρηνῶν, πρὸς θεῶν ὁμογνίων αἰτῶ. Conf. noſtrum in Eumen. vs. 27. οὐδ' ἀπ' Ἰσμηνοῦ λέγω perinde eſt, ac ſi dediſſet οὐδὲ ἀπολέγω τοὺς Ἰσμηνοῦ θεούς, ex ejusdem Schol. mente, quæ præ reliquis expoſitionibus ſe mihi probat, quanquam & legi poſſet Ἰσμηνόν. Parili ſenſu ἀπολέγω & ἀπολέγομαι extat apud Anton. Liber. vid. c. XV. & ibi Munkeri notam. Add. H. Steph. Theſ.

Vs. 281. —— πόλεως σεσωσμένης
Μήλοισιν αἱμάσσοντας ἑστίας θεῶν,
Ταυροκτονοῦντας θεοῖσιν ——

Soph. Electr. vs. 283.

— χορὰς ἵστησι καὶ μηλοσφαγεῖ
Θεοῖσιν ἔμμηνʼ ἱερὰ τοῖς σωτηρίοις.

Et Lycophr. vs. 992. κελαινῷ βωμὸν αἱμάξῃ βρέτῳ.

Vs. 287. Οὐ γάρ τι μᾶλλον μὴ φύγῃς. Cur ἐκφύγῃς maluerit Stanl. cauſam non video. Οὐ μὴ ubique inveniuntur ἐκ παραλλήλου poſita, vid. ad Agam. vs. 1651. niſi voluit fortaſſe μὴ ʼκφύγῃς. In Schol. B. lin. 1. vel dele τὸ, vel præpone ſigno ſeparationis, nam pertinet ad μόρσιμον.

Vs. 288. Ἐγὼ δʼ ἐπʼ ἄνδρας ἓξ ἐμοὶ σὺν ἑβδόμῳ
Ἀντηρέτας ἐχθροῖσι τὸν μέγαν τρόπον
τάξω —

Loquendi obſerves modum ἐμοὶ σὺν ἑβδόμῳ, alii dicerent ἕβδομος αὐτός, quo de egi ad Heſych. V. Ἕτερος. Omiſſo αὐτὸς occurrit in Petri Epiſt. II. c. 2. vs. 5. ubi vid. Raphelium. Lat. in talibus dicunt *in his*, *in eis* vid. Nepot. Milt. c. 4. §. 4. & Alcib. c. 5. §. 6. ut in loco præſenti, ſic rurſus in Choëph. vs. 242. κράτος τε καὶ δίκη σὺν τῷ τρίτῳ πάντων μεγίστῳ Ζηνὶ συγγένοιτό μοι. atque ita fere noſtra lingua dicimus *met myn ſeven*. Τὸν μέγαν τρόπον valet οὐ ταπεινῶς καὶ φαύλως, ἀλλὰ μεγάλως. infra vs. 471. ἐσχημάτισται δʼ ἀσπὶς οὐ σμικρὸν τρό-

τρόπον. ubi vid. Schol. nec alienum hinc illud in Choëph. vs. 480. μέγαν προσθεῖσα Αἰγίσθῳ μόρον. Sic Lat. *magnus* pro *nobili*, *pretioſo*, Flor. Lib. IV. c. 11. §. 10. *maximos induta cultus*. conf. Miſcell. Obſerv. Vol. I. Tom. I. p. 102. In Schol. B. l. τρόπον pro τούτων.

Vs. 299. Πάντροφος πελειάς. Conjectat Stanl. πάντρυφος; ſed tuetur vulgatam præter noſtri grammaticos Schol. Lycophr. ad vs. 86. In Schol. A. ad verſum præcedentem lin. 4. legendum videtur, δυσευνήτορας, δυσεύνητος. in altero vs. 302. l. τῷ. vs. 309. κινδύνων. 312. τὰ σπέρματα, vs. 315. lin. 6. παραλλάττον.

Vs. 338. τύχας προταρβῶ. Pro ὑπερταρβῶ adhibuit Soph. in Antig. vs. 83. μή μου προτάρβει. & Trachin. vs. 89. οὐκ ἐᾷ πατρὸς ἡμᾶς προταρβεῖν. Quo noſter ſenſu, eodem Eurip. Herc. Fur. vs. 968. In H. Steph. Theſ. haud comparet.

Vs. 342. Προλέγω. Schol. A. ſejunctis vocibus legiſſe πρὸ λέγω Hoelzlino haud difficulter largior; verum idem exiſtimo ſtare etiam poſſe προλέγω. In Schol. A. ad vs. 339. lin. 2. ſcribendum videtur τρεπομέναις. Idem monet ad vs. 351. ὅτι κεκωμῴδηται vox κορκορυγαί, nec prætermiſit obſervare Spanhem. ad Comici Nub. vs. 351.

Vs. 357. Ἁρπαγαὶ διαδρομᾶν ὁμαίμονες. Διαδρομὴ *ultro citroque curſitatio*, *diſcurſus*.

 Lon-

Longus Lib. I. p. 3. φυλάττει τὰς διαδρομὰς (τῆς αἰγὸς) ὁ Λάμων. Baſil. Tom. II. p. 385. c. ἡ γεωργία αὐτόθεν ἔχουσα τὸ ἀναγκαῖον, τὸ περισμὸν καὶ τὸ ἐπὶ πολὺ πλάνης καὶ ἄνω καὶ κάτω διαδρομῆς ῥυομένη τοὺς γεωργοῦντας. Schol. B. explicat φυγῶν (ita nempe leg. pro φθόγων) atque una cum τῷ ἁρπαγαὶ retulit ad eos, qui diripiunt, cujus mihi explicatio ut ſimpliciſſima unice placet; eam tamen rejicit Stanl. contendens διαδρομὰς hic eſſe eorum qui diripiuntur, ſeu ut ipſe loquitur *pereuntium*, ἁρπαγὰς *perdentium*; quia ratio ſuadeat prædantes prædatoſque conjungi. Enimvero dicuntur hæc ſpecioſius, quam verius: etſi enim φυγὰς apud Schol. acceperis pro fuga proprie dicta, vel ſic locus erit ejus expoſitioni; quidni enim intelligere liceat vacuos præda perſequi onuſtos, hos, metu ne praedam quam nacti erant illi eriperent, fugiſſe? Verum ita accipio Scholiaſtæ interpretamentum, ut cum non commodior ei vox ſuppeteret, qua διαδρομὴν inluſtraret, non tam fugam intellexerit propriam, quam diſcurſum; & ſic διάδρομοι φυγαὶ ſupra vs. 197. Ut Joſeph. B. J. Lib. IV. c. I. §. 9. τῷ δι' ἀνὰ τὴν πόλιν διασειοθέντων ὑπὸ τοῦ ψόφου διαδρομή τε ἦν καὶ πτοία πολλή. & *equitum virorumque diſcurſus* Flor. Lib. II. c. 6. §. 14. Atque ita *diſcurrere ad prædam* Liv. Lib. IV. c. 34. & V. c. 21. λέχος διάδρομον dixit Eurip. in Electr. vs. 1156.

CAP.

CAP. XVI.

Æſchyli Scholia aliquoties emendantur. Palaephatus & Joſephus vindicantur. Idem bis reſtituitur. Thom. Mag. corrigitur. Æſchylus tentatur. Heſychius emendatur. H. Stephani lapſus. ὶν *pro* αὐτοῦ. Δύχιμος. *Oſtenditur* τοῦ contra *quartum caſum regere. Ælianus vindicatur.* φλέγειν.

Vs. 367. Γᾶς δόσις. Prior Schol. legerat in ſuo libro Δᾶς, ſic opinor reſtituendus Δᾶς δόσις οὐλιδανοῖς ἐν ῥοθίοισι,] ἀντὶ τοῦ γᾶς, οἱ γὰρ — In altero ad vs. 374. forte leg. ἀλεξηλικόν. Heſych. Επίῤῥοθος, ἰσχυρὸς, ἐπίκουρος, βοηθός. Prout male adfectis medetur Bos.

Vs. 377. Σπουδῇ διώκων πομπίμους χνόας ποδῶν.

Recte tuetur contra Stanl. Arnaudtius, quem dum haec ſcribimus immatura morte præreptum triſtis ad nos nuncius venit. Interpretis lapſum corrigit Spanhem. ad Callim. H. Apoll. vs. 37. Mox ut τόκος pro *filio, foetu*, ſic Soph. in Ajac. vs. 1323. infra vs. 413. & paſſim. In Schol. B. ad vs. 393. lin. 6. corrige νυκτὸς δίκην.

Vs. 409. Ει γὰρ θανόντι νὺξ ἐπ' ὄμμασι πέσοι.

Simi-

Similiter Soph. Oed. Colon. vs. 1758. *νῷιν δ' ὀλεθρία νὺξ ἐπ' ὄμμασι βέβηκε.* vs. 400. inverſa verborum ſtructura legit Schol. *ὁρμαίνων μένει.*

Vs. 412. *Μαντεύσεται.* Præceſſerat *γένοιτ' ἄν*, cui videtur ſubjici debuiſſe *μαντεύσαιτο*; ſed mutavit ſtructuram non tam metri inſerviens neceſſitati, quam vel quod ſubaudiendum reliquit *οὕτω*, vel etiam uſum ſecutus, cui non repugnat diverſos copulari modos. Ariſtid. Tom. I. p. 487. *κινδυνεύουσι καὶ εἴη.* Tom. II. p. 15. *καρτερήσαιμεν καὶ κομιούμεθα.* Lyſ. Orat: XIII. p. 137. ſub princ. *εἰσηγήσεται μὲν — δηλώσειε δὲ* — Noſter in Perſ. vs. 117-121. *μὴ πύθηται — καὶ ἔσεται.* Neque aliter in abominandi formula *μὴ γένοιτ' οὐδ' ἔσται* apud Ariſtid. Tom. II. p. 245. & Diog. Laërt. Lib. V. p. 116. F. Edit. Londin. Eſtque hæc conſtruendi ratio perpetua fere cum *ὅπως* & *ὅπως μή*; quo magis miror in Palaeph c. 17. ferri non potuiſſe *ὅπως μὴ εἰσέλθῃ, ἀλλ' ὑπερέχει.* Joſeph. A. J. Lib. II. c. 9. §. 4. *μὴ γένηται καὶ ἀπολεῖται.* & Lib. IV. c. 8. §. 24. *ὅπως παίδων τύχωσι — καὶ ὧν ἂν δέωνται παρ' αὐτοῦ ἕξουσιν.* ubi quis audiat contra linguæ rationem corrigentem *ἕξωσι*, ut perperam editur *ἕξωμεν* & *ἕξητε.* Lib. VI. c. 14. §. 4. & Lib. XII. c. 6. §. 3. Ejusdem eſt Lib. V. c. 6. §. 4. *δέδια μὴ ὁ Θεὸς — τὴν νίκην ἐπινένευκεν.* Et ſic loquuntur alii omnes. Hinc forte Græcorum more

Tri-

Trimalchio in Petron. c. 75. *Suadeo — ut concoquas & me non facies ringentem.* Prætermitti non debet Schol. B. mox vs. 414. legiſſe πρεσπατεῖν. Ad ſenſum quod attinet vs. 417. eidem adſentior Schol. non interpreti.

Vs. 420. Schol B. ἐν τοῖς ἀγῶσιν τοὺς κύβους καλεῖ l. οὖς. Verſum abhinc alterum citat Thom. Magiſter in V. Ειργω.

Vs. 433. — οὐδὲ τὴν Διὸς
Ερκιν πέδῳ σκήψασαν ἐκποδὼν σχέθειν.

Schol. B. legiſſe videtur ἐμποδὼν, utraque lecti ſenſum fundit à loco haud alienum. Ceterum pari contemtu loquitur Ajax apud Sophoclem in cognomini fabula vs. 775. Vid. Freinshem. ad Flori Lib. II. c. 6. §. 44. & Stanl. infra ad vs. 475. ἐκποδὼν ἔχειν legimus item in Prom. vs 344 & in Fragm. Incert. Trag. quæ collegit. Barnes. vs. 191. Pro κατήγορος an Schol. vs. 445. invenerit διδάσκαλος, quod putat H. Steph. haud dixero; potuit ita exponere τὸ κείμενον.

Vs. 455. Φερέγγυον Φρούρημα. Laudat hinc Thom. Mag. & ſimul ὧν ἐγὼ Φερέγγυος, ſed quod eſt Soph. in Electr. vs. 947. non Æſchyli, Mox vs. 459. in Schol. B. l. κωλύσεις.

Vs. 466. πύλαισι νηΐταισ. An potius νηΐτησι? certe νηΐτας, non νηΐτιδας vocat Eurip. in Phoen. vs. 1111. & Pauſan. in Boeotic. Lib. IX. c. 8. iterum tamen apud Schol. B. infra vs. 492. νηΐσι. Heſych. Νηΐσι, ταῖς πύλαις, ταῖς πρώταις. Reſcribo ex Euripide Νηΐταις πύλαις, ταῖς πρώταις; quod dum noto oculos convertens in gloſſam proximam, Νηΐτη, ἡ Ἀθηνᾶ. video legendum Νηΐς, ἡ Α. Sed viderunt id fortaſſe ante nos alii, quod quotieſcunque acciderit, ſicuti operam perdidiſſe æquo feram animo; ſic plagii crimen nunquam extimeſcam. Mox ne quem moretur Scholion ad verſum ſequentem leg. Φρυάττουσαι. ſic vs. 481. ἱππικὰ φρυάγματα add. Callim. H. Pallad. vs. 2. & ibi Spanhem.

Vs. 478. Σὺν τύχῃ δὲ, τῷ. Alii libri nulla intercedente diſtinctione σὺν τύχῃ δέ τῳ, quibus ſubſcribit auctor recentiorum Schol. in Soph. Oed. Tyr. vs. 80. nec habet iſta lectio, quod non admittat linguæ genius; τοῦ, τῷ pro τινὸς, τινὶ omnis ſunt generis, quod hic non cogitabat H. Steph. Soph. Philoct. vs. 784. ῥάκη βαρείας του νοσηλείας πλέα. Vid. multis Stolberg. ad Ajac. vs. 293. & Triclin. ad Electr. vs. 982.

Vs. 490. Τώς νιν Ζεὺς ὀπῖδοι. Recte Schol. A. νιν exponit αὐτοὺς, nec debebat in dubium vocaſſe hunc uſum alter; quanquam eadem eſt Ariſtarchi hæſitatio in Pind. Nem. Od.

IV.

IV. vs. 5. ubi Didymus firmat Euripidis exemplo; adde Soph. in Electr. vs. 439. eandem in rem quoque productum à Suida. vs 492. & 508. citat Thomas Mag. V. Γείτων.

Vs 509. Δράκοντα δύσχιμον. Simul hæc legebam in mentem venit δύσχυμον, quia noveram tradere veteres dracones homini aut animali inſidiaturos herbas prius radicesque mortiferas edere. vid. Bochart. Hieroz. Parte II. Lib. III. c. 14. Vidi deinceps ex notis Stanl. eandem conjecturam fuiſſe Hoelzlini. Neque tamen rejecerim editam, quam & Schol. expoſitio commendat, & accipi poteſt pro κρυερὸν, φρικτόν. accedit tropicus uſus τοῦ δυσχείμερος in Choëph. vs. 270. δύσχιμος habetur iterum ibid. vs. 184.

Vs. 511. Ἀνὴρ κατ' ἄνδρα τοῦτον ᾑρέθη. Obſerves hic κατὰ *contra* regere quartum caſum, qua licet notione frequentius habeat ſecundum, tamen non minus proba eſt altera ſyntaxis. Quod ſi meminiſſent interpretes Æliani haud ſollicitaſſent ſcio verba Lib. II. Var. Hiſt. c. 14. Κατὰ Κλέωνα ἦν τὸ δρᾶμα, multo minus noviſſimus editor doctiſſimus unius codicis auctoritate reliquis refragantibus cunctis in contextum admiſiſſet Κλέωνος. Ariſtid. Tom. I. p. 225. ὥσπερ ἑνὸς (ψηφίσματος) νενικηκότος τοῦ κατὰ Δαρεῖον. ubi Schol. Ms. notat eſſe antiptoſin. Idem p. 246. κατὰ οὖν αὐτοὺ ἐκπίπτοντας

ἐκ τῆς ναυμαχίας ἐπάχθη τὰ κύρια τῆς ϛρατιᾶς. Add. Æm. Porti Lexic. Herodot.

Vs. 519. Διὰ χερὸς βέλ☉ φλέγων. Soph. in Ajac. vs. 196. ἄταν οὐρανίαν φλέγων i. e. ζωπυρῶν, ἀνεγείρων Schol. interprete. Et Eurip. in Phoen. vs. 257. ἀμφὶ πόλιν νέφ☉ ἀσπίδων φλέγει. quomodo Lat. *incendere* & *accendere* pro ſplendidum facere, *ardere* ſplendorem emittere.

Cap. XVII.

Ὀρεσκό☉. Æſchyli Schol. tentatur. φύειν. φέρειν. Longus tentatur. Æſchylus leviter emenaatur, Quid ἐκκρουϛὸς & ἐκκρέειν. Themiſtius explicatur rejecta Harduini correctione. ἡμῶν. πόρ☉. ἐγγενής. Themiſtii verſio corrigitur. λεϛός. In Æſchyli Scholiaſte & ipſo Æſchylo recepta lectio adſeritur.

Vs. 539. —— ματρὸς ἐξ ὀρεσκόυ
βλάϛημα καλλίπρωρον ἀνθρώποις ἀνήρ.

Ὀρεσκῷ☉ ſcribitur in Heſychio & Suida, atque ita fieri præcipit Euſtath. ad Il. Α. p. 77, 9. multiſque in locis aliis; quo cum facit Etymologus. Ut tamen hic apud Æſchylum, ſic in editionibus Barnes. vetuſtioribus comparebat ὀρέσκο☉, in hac nulla facta mentione mutatum; ut Cycl. vs. 246. ubi

ubi pro ἡμεροσκόου excuſum εἰμ' ὀρεσκόου. Aliud conjicientem vide Spanh. ad Call. H. Dian. vs. 85. In Schol. B. lin. 3. ſimilitudo literarum finientium πλησίον exturbaſſe videtur ὧν, quod repono, ſenſu ita opinor flagitante. Deinde ut hic ματρὸς βλάστημα, ſic λέοντος βλαστήματι Eurip Heracl. vs. 1006. ut Virg. *Leonum ſemina.* De voce καλλίπρῳρος agit Potter. ad Lycophr. vs. 23. De navi utitur Eurip in Med. vs. 1335. unde καλλίπρῳρον σκάφος citat Euſtath ad Il. B. p. 234. fin. Ex ἀνδρόπαις ἀνὴρ Lycophronem accepiſſe ſuum νέανδρος vult ejus Schol. ad vs. 1345. & monuit Spanh. ad Callim. H. Cer. vs. 35.

Vs. 541. Στείχει δ' ἴουλος ἄρτι διὰ παρηΐδων
Ὥρας φυούσης —

Quod noſtro στείχει ἴουλος διὰ παρηΐδων, id Xenoph. in Sympos. p. 515 40. τούτῳ παρὰ τὰ ὦτα ἄρτι ἴουλος καθέρπει. Unde forte Pollux II. 10. παρὰ τὰ ὦτα καθέρποντα τὸν ἴουλον ἔχων. Verba poſtrema ὥρας φυούσης varie exponit Schol. A. quam ultimo loco ponit explicationem amplector, ut ſit ὥρας φυούσης nempe αὐτοῦ i. e. τοῦ ἰούλου. Proprium *anni temporum* φύειν καρποὺς, ut *terræ* φέρειν. Longus Paſtor. Lib. III. p. 101. τοῦτο τὸ μῆλον ἔφυσαν ὧραι καλαί. Ariſtid. Tom. I. p. 152. ἄνθεσιν, ὅσοις ὧραι φύουσιν. & p.

349. ὅσα ὧραι φύουσι καὶ χῶραι ἕκασται φέρουσι. Plato in Crit. p. 563. F. ὅσα γῆ φέρει. Eurip. Hel. vs. 1281. χθὼν καλὰ φέρει βλαστήματα. Achill. Tat. Lib. II. p 67. ὅσα γῆ φέρει. & ſic Herodot. Lib. V. c. 82. & VI. c. 139. aliique. Interim quanquam ut videmus hæc ita proprie diſtinguantur, tamen quod in omnibus linguis fieri ſolet, ut multa vocabula, quæ ratio diſtinguit, uſus confundat, idem factum in his quoque, & hinc de terra non minus φύειν obvium invenitur, quam de anni tempore φέρειν. Xenoph. Lib. VIII. κ. π. p. 140. fin. ἡ γῆ πάντα τὰ ἀγαθὰ φύει τε καὶ τρέφει. Anton. Liber. c. V. ult. μηδὲν ἐκ γῆς φυόμενον. Lucian. Tom. I. p. 826. ἡ γῆ ἔφυσεν αὐτοῖς τὰ ἀγαθά. Idemque Tom. II. p. 190. Γίγαντας ἡ γῆ ἔφυσε. Herodot. Lib. IX. c. 121. γῆ φύει καρπόν. Heliodor. Lib. X. p. 461. τὸν κάλαμον φύει (ἡ Μερόη) τοιοῦτον. Joſeph. A. J. Lib. VII. c. 6. §. 3. τόπος φύει ῥίζαν. Longus Paſtor. Lib. II. p. 32. κῆπός ἐστι μοι τῶν ἐμῶν χειρῶν —— ὅσα ὧραι φέρουσι πάντα ἔχων ἐν αὐτῷ καθ' ὥραν ἑκάστην. Ubi tamen quod ſequitur καθ' ὥραν ἑκάστην ſuſpicionem movere poſſet ſcriptum fuiſſe χῶραι φέρουσι. Plut. in Cimone p. 485. A. ὅσα ὧραι καλὰ φέρουσιν. Add. Arnaudtii Animadverſ. c. VIII. Tandem ut apud Æſchylum ἡ ὥρα φύει τὸ ξύλον, ſic contra homo ipſe φύει πώγωνα in Herodot. Lib. VIII. c. 104. & πώγωνα καὶ πολιὰς Lucian. Tom. I. p.

p. 122. Adde Ariſtotelem apud Caſaub. ad Strabon. Lib. XIII. p. 909. In Schol. A. ad vs. 545. lin. 6. forte leg. τῷ δι᾽ ὃ, vel del. τό.

Vs. 548. Εκκρουστον δέμας. Conſilio an caſu ediderint Viri docti ἔκκρουστον ignoro; utcunque eſt tu lege ἐκκρουστὸν; quod hic agendi ſenſu ponitur pro ἐκκρουστικὸν, ut recte accipiunt veteres critici, adeoque vertendum potius erat *horrorem incutiens*; quanquam ego retulerim cum Schol. A. ad ſplendorem; quo plane modo verbum ipſum extat apud Themiſt. Orat. I. p. 2. C. τῷ βασιλεῖ, ait, τὰ ἔξωθεν περικείμενα ποικίλα τε ὄντα καὶ ἀγαπητὰ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐκκρούει τῆς ἐνδοτέρω τὴν θέαν. Ὥσπερ οἶμαι νεὼ ἰνδοῦ ἁγίου προπύλαια, πεπιμημένα ἐκ πολυτελοῦς τινος λίθου τε καὶ γραφῆς πρὸς ἑαυτὰ ἐπιστρέφοντά τε καὶ ἀχολοῦντα τοὺς θεατὰς, πολλάκις τῆς ἀνακτόρων τὴν ἐποψίαν. & interpoſitis quibusdam ſubdit οἱ δὲ πολλοὶ ἔξω μένουσιν ὑπὸ τοῦ κόσμου τοῦ περὶ τὸν νεὼν ἐκκεκλεισμένοι. Quæ ideo adſcribo, ut quibus ipſum auctorem inſpicere non vacat meam de πεπιμημένοις ſententiam ad examen revocare poſſint. Scilicet exiſtimat Harduinus legendum δεδμημένα vertitque *exſtructum*; ego vero nihil mutandum aio reddoque *ex lapidibus pretioſis & pictura æſtimatum*, quin addo inſuper ne ulla quidem veri ſpecie commendabilem eſſe correctionem, imo aperte falſam ob illa καὶ γραφῆς, quod & ipſe ſentiens

ens credo de ſuo addit *decoratum*. Ceterum hoc dum noto recordor de alio verbi uſu, quo interdum videtur æquipollere τῷ τίνειν, ἀποδιδόναι, *tribuere* & *conſecrare*; re tamen ipſa habet retinetque *honorandi*, *inque pretio habendi* ſignificationem. Soph. Antig. vs. 520. δυσσεβεῖ τιμὰς χάρειν i. e. Schol. interprete νέμεις. & Ælian. de Anim. Lib. X. c. 14. Αἰγύπτιοι τὸ ἱέραχα Ἀπόλλωνι τιμᾶν ἐοίκασιν.

Vs. 552. Μακρᾶς κελεύθου πόρον. Plerumque πόρος dicitur de trajectu fluminis fluentique breviori; nonnunquam tamen de itinere & tranſitu quovis etiam longinquo & ſpatioſo. Vid. Herodot. Lib. VII. c. 183. Parthen. Erotic. c. 27. & quæ hanc in rem dicta ſunt ad Xenoph. Ephes. Lib. I. p. 19.

Vs. 560. Ἀνὴρ ἄκομπος χεὶρ δ' ὁρᾷ τὸ δράσιμον.

Interpolat Tzetzes Chiliad. IV. vs. 994. hunc in modum

Νοῦ μὲν ἀκόμπαστος χεὶρ δ' ὁρᾷ τὸ δράσιμον.

Vs. 565. —— ἐχθίστου δάκους
Εἰκὼ φέροντα ——

Eurip. Helen. vs. 72. ἐχθίστην ὁρῶ γυναικὸς εἰκὼ φόνιον. Apud Schol. B. vs. 564. lin. 2. leg. ἀντὶ τοῦ θηρίου ὥπερ vel οὗπερ. & ad vs. 570. τοιαῦτην.

Vs.

Vs. 577. Κακοῖσι βάζει πολλὰ τυδέως βίαν. Parli modo Heſiod. Ἐργ. vs. 186.

Μέμψονται δ᾽ ἄρα τοὺς χαλεποῖς βάζοντ᾽ ἐπέεσσι.

Seu prout H. Steph. in Theſ. L. Gr. legit βάζοντες ἔπεσσι. In Schol. B. ad vs. 582. lin. 2. leg. φθορᾷ.

Vs. 588. Πόλιν πατρῴαν καὶ θεοὺς τοὺς ἐγγενεῖς
Πορθεῖν —

Sophocles Antig. vs. 205.

Τὸν δ᾽ αὖ ξύναιμον τοῦδε, (Πολυνείκην λέγω)
Ὃς γῆν πατρῴαν καὶ θεοὺς τοὺς ἐγγενεῖς
Φυγὰς κατελθὼν, ἠθέλησε μὲν πυρὶ
Πρῆσαι —

Θεοὶ ἐγγενεῖς ſunt quos Latini dicunt *indigetes*, *genitales* &c. Græcis quoque vocati ἀνθρωποδαίμονες, θεοὶ πολῖται, ἐπιχώριοι &c. Iterum Soph. in Electr. vs. 431. πρὸς θεῶν σε λίσσομαι τῶν ἐγγενῶν. Ariſtid. Tom. I. p. 442. & paſſim Alibi ἐγγενὴς Græcis notat τὸν τοῦ γένους ἄξιον. Soph. in Electr. vs. 1441. ἴσως ἔνεστιν οὔτις ὑμῖν ἐγγενὴς pro ἐγγεγενημένος ἢ ἄξιος τοῦ γένους ex criticorum mente, & quo ſenſu accipio in Themiſt. Orat. XI. p. 153. D. παραστήσας δὲ αὐτῷ καὶ παῖδας συνάρχοντας ἤδη ἐγγενεῖς. male interpres *filios ex ejus ſtirpe progenitos*, quem ſenſum præter ἤδη, quod diſſimulat verſio, deſtruunt ſequentia. Frequens eſt pro *à natura inſito* Pind. Nem. Od. X.

vs. 95. Οὐ θαῦμα σφίσιν ἐγγενὲς ἔμμεν ἀεθλητῶν ἀγαθοῖσιν. Schol. ad ſenſum recte verba non adnumerans exponit θαυμαστὸν οὐδὲν ἀγαθοὺς — γεγενῆσθαι τοὺς προγόνους σου ἀγωνιστάς. Add. Lexica. Pro cognatione juncto eſt in Soph. Oed. Tyr. vs. 1520 & Antig. vs. 670. ubi opponuntur τὰ ἐγγενῆ φύσει & οἱ ἔξω γένους. & ἢ δοῦλος ἢ ἐγγενής. Idem Oed. Tyr. vs. 1189. μέτοικος & ἐγγενὴς vs. 460. ut ξένος & ἐγγενὴς Eurip. Jon. vs. 293. quem & vid. in Electr. vs. 313.

Vs. 595. Scribit Schol. A. Οἷς ὁ Ἀμφιάραος — εἰδὼς — ὅτι ὕστερον μετὰ θάνατον ἔσται μαντείας ἐκφέρων τοῖς θέλουσι — φησὶ μαχώμεθα. quibus in verbis H. Steph. ſibi dubium non eſſe prædicat quin legendum ſit θανοῦσι. Addidiſſet vellem qua ratione ductus ita ſtatuerit; eam cum ignorare nos voluerit, nec videamus quo pacto θανοῦσι locum ſortiri poſſit, θέλουσι accipimus pro *quibuslibet*, nec movendum judicamus. In verbis Schol. B. ad verſum qui proxime præceſſit l. κατακλιθείς.

Vs. 598. Οὐ γὰρ δοκεῖν ἄριστος, ἀλλ' εἶναι θέλει,
Βαθεῖαν ἄλοκα διὰ φρενὸς καρπούμενος.

Suidas in V. Δίκαιος, Plato Lib. II. de Rep. p. 423. D. & Plut. in Pericle p. 320. hos ver-

verſus citantes legunt δίκαιος pro ἄριστος. Unde tamen non inferrem ſic eos, atque aliter quam nos ſcriptum inveniſſe. Eſt enim ſatis obvium hoc parodiarum genus, quo ſervatis iiſdem auctorum verbis, una tantum voce immutata, aut alia ſubſtituta, ſenſus alio detorquetur, de quo vid. ad Petron. c 112. Cuper. & quem laudat Ruttgers. Lib. II. Var. Lect. c 2. Dices forte in Platone & Plutarcho utut iſtud concedatur factum, in Suida tamen vix poſſe admitti, fateor & ipſe; ſed nonne Suidas ex his aliisve, non ex ipſo Æſchylo potuit depromere? certe ut eduntur verba habentur apud eundem Plut. in Apophthegm. p. 186. & Tzetz. in fine Chil IV. Euripidis fuit in Palamede εἶναι δίκαιος κ' οὐ δοκεῖν εἶναι θέλει. Αριστος dicitur Amphiaraus vel reſpectu reliquorum, vel ἄριστος ponitur pro ἀριστεὺς, de quo verbi uſu vid. Potter. ad Lycophr. vs. 532. βαθεῖαν ἄλοκα, alia quamvis in re idem habet in Rheſ. vs. 796. πληγῆς dicens βαθεῖαν ἄλοκα τετρώματος. Vs. 603. cum ſequente allegat Thom. Mag. in V. Ορνιθες, ubi notabis omnia quæ tradit teſtimoniis tantum auctorum demtis, totidem verbis, nulla certe cujusquam momenti varietate, legi in Sophoclis Schol. ad Oed. Tyr. vs. 52.

Vs. 609. Η γὰρ συνεισβὰς πλοῖον εὐσεβὴς ἀνὴρ

Ναύτῃσι θερμοῖς καὶ πανουργίᾳ ἔπι
Ὄλωλεν ἀνδρῶν σὺν θεοπλύςῳ γένει.

Miror verba verſus alterius haud pervia fuiſſe Doctiſſ. Arnaudtio tentanti hinc καὶ πανουργοσιν ἔπι. Si quid foret mutandum minus violenta correctione rem agerem legendo θερμοῖσιν πανουργίᾳ τινί. Verum nihil in edita requiro. Vel enim eſt ἓν διὰ δυοῖν ut πολυθρύλλητον illud *pateris libamus & auro.* Vel πανουργίᾳ ponitur abſtracte pro πανούργῳ cujus generis multa vid. apud Caſaub. ad Athen. Lib. I. c. 9. Stolberg. ad Soph. Ajac. vs. 381. Horat. Vitringam Animadv. ad Vorſt. c. 111. & quos non? alias tuendi rationes, quia jam poſitæ ſufficiunt, adferre nolo. Gnomen, multi uſurpant vid Xenoph. K. Π. VIII. p. 121. med. Eurip. Troad. vs. 1053. & Electr. vs. 1355. Add. Spanh. ad Callim. H. Cerer. vs. 118. συνεισβῆναι σκάφος dixit quoque Eurip. in Med. vs. 477. De voce θερμὸς conſuluiſſe non pigebit Suidam & noſtri Schol. ad Choëph. vs. 627.

CAP.

Cap. XVIII.

Locus Æſchyli explicatur. τείνειν *pro* προδιδόναι. *Quid* πομπή? σφὲ *pro* αὐτὸν *&* αὐτούς. *Æſchyli lectio confirmatur rejecta Canteri correctione.* καρπὸς *quid?* λέγειν τὰ καίρια. *Æſchylus explicatur.* νοῦς, πόνος, δινος γέρων. σὰρξ corpus. *Quid* ἀρπάζειν? *Horatius illuſtratur.* Rapere. *Alia nonnulla.*

Vs. 616. Οὕτως δ' ὁ μάντις —
— ἀνοσίοισι συμμιγεὶς
τείνουσι, πομπὴν τὴν μακρὰν πάλιν μολεῖν
Διὸς θέλοντος, συγκαθελκυσθήσεται.

Haud videntur horum ſenſum percepiſſe Critici veteres, priore Schol. πομπὴν τὴν μακρὰν πάλιν μολεῖν laxius explicante, & ad Amphiaraum tantum referente ἐπὶ τὴν εἰς ᾅδην ἀποικίαν ἑλκυσθήσεται τὴν ἐναντίαν τῇ εἰς Ἄργος. Altero pro πάλιν exhibente πόλιν (quae & librorum quorundem lectio eſt; ſed ut mihi videtur aperte vitioſa) atque τείνουσι exponente ἕλκουσι. Structuræ ordo ni fallor hic eſt, οὗτος δὲ ὁ μ. συμμιγεὶς τοῖς ἀνοσίοις τοῖς τείνουσι πάλιν μολεῖν τὴν μακρὰν πομπὴν Διὸς θέλοντος συγκαθελκυσθήσεται. Unde palam fit ante πομπὴν diſtinctionis notam tollendam verba enim ſunt Eteoclis bene ſuos ſpe-

 rare

rare jubentis, & fauſta ominantis. Quod cum in dubium venire nequeat, τείνειν non notabit ἕλκειν, ſed σπεύδειν: hoc ut dicat, Amphiaraus *miſtus hiſce impiis ruentibus Jove volente in exitium ſuum eodem cum ipſis detrahetur.* Sic τείνειν in Pind. Iſthm. Od. I. vs. 69. γαστρὶ πᾶς τις ἀμύνων τέταται. Ælian. de Anim. Lib. I. c. 11. οὐκ ἐπὶ μήκιστον ἐκτείνουσι τὴν πτῆσιν ἐκ τῆς νομῆς. & Ariſtoph. Theſmoph. vs. 1217. τάχιστα φεύξει καὶ τενεῖς, ubi conf. Schol. & Kuſter. Nec aliter Lat. *tendere curſum, iter* &c. vid. Periz. ad Sanct. Min. IV, 4: 23. πάλιν μολεῖν hic eſt *retro abire, infectis rebus diſcedere*, idque via non qua acceſſerant, ſed τὴν κάτω πομπὴν τὴν μακράν. Et quum πομπὴ uſurpetur de maritimo itinere tacite ea voce reſpici puto ad τὸν κάτω πλοῦν, in qua opinatione me firmat κάτω in verbo ſequenti. Pindar. Pyth. Od. IV. vs. 292. ὡς τάχιστα ὀτρύνει με τεύχειν ναῒ πομπάν. Et πέμπειν pro *trajicere* inter alios Soph. Trachin. vs. 580. Ceterum quamvis Διὸς θέλοντος poſſet quoque ſublata virgula conſtrui cum συγκαθελκυσθήσεται, atque adeo intelligi de Amphiarao tamen vulgatam amplector interpunctionem. Et ſic ſupra vs. 568. θεῶν θελόντων δ' ἂν ἀληθεύσαιμ' ἐγώ.

Vs. 623. Ἀλλ' εἶδεν ὥς σφε χρὴ τελευτῆσαι μάχῃ,
Εἰ καρπὸς ἔσται θεσφάτοισι Λοξίου.

Ma-

Male Schol. A. σφὲ retulit ad Amphiaraum, recte alter exponit αὐτούς; vid. Apollod. Lib. III. c. 6. §. 2. Alibi haud raro σφὲ de pluribus uſurpatum repereris, ut modo vs. 621. & in Prom. vs 9. ubi licet improbandi notam additam videas, & damnet Thom. Magiſter, tamen tot probitatem adſtruunt loca poëtarum, ut etiam hic nugarum convicti teneantur Grammatici. Add. noſtrum infra vs. 1036. in Agam. vs. 1651. Eumen. 234. & 613. nec non Spanh. ad Callim. H. Del. vs. 233. cujus ego de Thoma ejuſque ſimilibus judicio, quantum etiam cunque pretium ſtatuant nonnulli, ſubſcribo lubens. Pro καρπὸς Canterus acute magis quam vere conjecit κάρτος. Receptam lectionem, a qua non recedendum puto, bene exponunt Schol. In univerſum καρπὸς quemvis notat proventum atque emolumentum. Heſychius Καρπὸς, σῖτος, καὶ τέκνα καὶ τὰ ἔρια. Plato Lib. VI. Leg. p. 626. καρποὶ μέλλει δεδομένοι. Xenoph. in princ. Lib. I. Κ. Π. οὐδεμίαν πώποτε ἀγέλην ᾐσθόμεθα συςᾶσαν ἐπὶ τ. ποιμένα, ὡς μὴ ἐπιτρέπειν τῷ καρπῷ χρῆσθαι, & ſic mox ibid. Noſter Eumen. vs. 910. καρπόν τε γαίας καὶ βοτῶν ἐπίρρυτον. Oppian. II. Hal. vs. 22.

φάρεα τ' ἀσκήσαι μήλων εὐάνθεϊ καρπῷ.

Propius huc facit, atque editam adverſus omnem emendandi libidinem tutam præſtat illud in Eumen. vs. 717.

Κα-

Κἀγὼ γε χρησμοὺς τοὺς ἐμοὺς τε καὶ Διὸς
Ταρβεῖν κελεύω, μηδ᾽ ἀκαρπώτους κτίσαι.

in Schol. A. legendum ni fallor οὐκ εἰς κίνδυνον ἑαυτὸ καθήσει. ἃ καθίημι.

Vs. 625. φιλεῖ δ᾽ σιγᾶν ἢ λέγειν τὰ καίρια.

Errorem Schol. prioris. recte caſtigavit H. Stephanus. Optime alter illuſtrat per ὀλέθρια, τὰ περὶ τοῦ θανάτου, τὰ ἀναγκαῖα. Proprie τὰ καίρια λέγειν eſt *dicere quæ tempus poſtulat & res*, rationem pete ſi lubet ex iis quæ ſcripſi ad Heſych. V. Καίρια. Supra vs. 1. χρὴ λέγειν τὰ καίρια. In Choëph. vs. 580. σιγᾶν θ᾽ ὅπου δεῖ καὶ λέγειν τὰ καίρια. adde Suppl. vs. 455. Eurip. Iphig. Aulid. vs. 829. & apud Gell. Lib. XIII. c. 18. Soph. Oed. Colon. vs. 842. χωρὶς τό τ᾽ εἰπεῖν πολλὰ καὶ τὰ καίρια, quod illico ibid. ἐν καιρῷ λέγειν, & εὖ λέγειν καὶ ἐς καιρὸν Herodot. Lib. IX. c. 86. ut τὰ καιρίως εἰρημένα noſter in Agam. vs. 1381. Apud Schol. B. inducenda vocula καὶ, quæ ex καίρια adhæſit; vs. 627. ſcribe δημοτικόν.

Vs. 627. Ἐχθρόξενον πυλωρόν. Reſpicit difficiles duroſque janitorum mores, de quibus frequentes querelae paſſim: vid. noſtrum in Choëph. vs. 563. & Eurip. Hel. vs. 447. φύλαξ πυλωρὸς tranſlate quoque Soph. in Ajac. vs. 565. quia ad januæ cuſtodiam τοὺς θεράποντας ὡς ἀσφαλεῖς φύλακας deligebant, ut do-

docet Schol. Ariſtidis editus ad Orat. pro Quatuorv. p. 489.

Vs. 628. Γέροντα τὸν νοῦν, σάρκα δ᾽ ἡβῶσαν
φέρει,
Ποδώκες ὄμμα, χεῖρα δ᾽ οὐ βρα-
δύνεται
Παρ᾽ ἀσπίδος γυμνωθὲν ἁρπάσαι δό-
ρυ.

Varia in his veniunt notanda. Verſum primum ubi intellexeris ea ſtructura, quam docet Schol. B. nempe ut γέροντα pendeat ab ἀντιτάξομεν, videtur ad Laſthenem referri quoque debere οὐ βραδύνεται, quod cur præmoneam ratio pateſcet illico; ſin jungas γέροντα τὸν νοῦν atque adjective acceperis γέρων, ut γέρων πόνος in Spoh. Oed. Colon. vs. 1323. λόγος infra Agam. vs. 760. φόνος in Choëph. vs. 803. ἀσκὸς apud Eurip. Cycl. vs. 145. & οἶνος in Longi Paſtor. Lib. IV. p. 126. regentur accuſativi à φέρει. Utrum vero cunque arriſerit, per γέροντα τὸν νοῦν ſi viri prudentiam φρόνησιν ſedatumque animum ſubindicari ſtatueris, à meo quidem judicio haud diſſidebis. Deinde obſerves loquendi modum σάρκα φέρει ἡβῶσαν noſtro plane geminum, quo dicimus *een ſwak, ellendig lighaam dragen* & *omdragen.* Σὰρξ pro *corpore* apud alios quoque reperitur. Euripides in neſcio

cujus fabulæ verſu ὁ δ' ἄρτι θάλλων σάρκα διοπετὴς ὅπως Ἀστὴρ ἀπέσβη. & in multitudinis numero Ælian. de Anim. Lib. I. c. 13. ſub fin. δεῖ τῷ πρώτῳ θηρατῇ τὴν αἱρεθεῖσαν ὡραίαν τε εἶναι, καὶ εὖ ἥκουσαν σαρκῶν. i. e. *corpore bene curatam*, ſeu ut interpres *bene corpulentam*, non ἄσαρκον quod ſequitur ibidem. Vid. & Pfochen. Diatr. §. LVI. Tum ut hic ποδώκες ὄμμα, ſic χαλκόδυμα ποδώκες in Choëph. vs. 574. genitivus ἀσπίδος pendet à γυμνωθέν. Porro ad illud χεῖρα δ' οὐ βραδύνεται referas licet quod ſupra vs. 560. χεὶρ ὁρᾷ τὸ δράσιμον. Soph. in Philoct. vs 98. χεῖρα ἔχειν ἐργάτιν. Infra in Agam. vs. 1366. οὐ καθεύδειν χερί. Eurip. in Phoen. vs 760. μὴ καταργεῖν χεῖρα. & Heliod Lib. III. p. 128. μηδὲν ἀσχολεῖν τὰς χεῖρας. Verbum ἁρπάσαι itidem valet ad agilitatem celeritatemque ſiſtendam. Lucian. in Tox p 52. τὴν ἐπ' ἐκεῖνον φερομένην πληγὴν προαρπάσας τῷ αὐτοῦ σώματι. Achill. Tat. Lib. II. p. 137. τὸ μειράκιον προσθὲν ἁρπάζει τὴν βολήν. Soph in Ajac. vs. 2. πεῖραν ἁρπάσαι ἐχθρῶν, & καιρὸν ἁρπάσαι Joſeph. B. J Lib. I. c 5. §. 4. Elegans illud Herodot. Lib. V. c. 50. ὁ δὲ ὑπαρπάσας τὸν ἐπίλοιπον λόγον, τὸν ὁ Ἀρισταγόρης ὥρμητο λέγειν — εἶπε. Cui gemellum exemplum ex Themiſtio dedi in Animadverſionibus ad Heſychium V. Κολοβός. Add Cuper ad Petron. c. 80 Horat. Lib. II. Od. XII. ult.

— *facili ſævitia negat* (oſcula)

Quæ

Quæ poſcente magis gaudeat eripi
Interdum rapere occupat.

Schol. Vet. *occupat* interpretantur *expetit*; ego *occupat rapere* Græco more dictum putem pro φθάνει ἁρπάζουσα. Hæc de verbis ſingulis, quæ videbantur explicatione indigere. Examinandum reſtat inter ſe qui cohæreant omnia. Structuræ ordo, in quo extricando oleum & operam perdiderunt veteres Critici, quique nec interpreti fuit pervius, hic eſt ni fallor: τὸ δὲ δόρυ τὸ μετὰ τῆς χειρὸς οὐ βραδύνεται ἁρπάσαι τὸ τοῦ σώματος μέρος τὸ παραγυμνωθὲν τῆς ἀσπίδος i. e. *nec cunctatur haſta in manu rapere, ſeu vulnus infligere, quâ vel tantillum clypeo nudum oſtenditur corpus.* ſenſu commodiſſimo, quem eruere non quiti ſunt, quibus quo eſſet referenda ἡ παρὰ perſpicere haud licuit; hinc factum, ut cum incaſſum cadere ſentirent omnem conatum, conjectura tandem, ut fit, ſollicitarent, pro δόρυ ſuſpicantes δορὶ, quæ lectio, ſi codicum niteretur fide, ut ut non foret inepta, tamen nobis vulgata unice placet, nec quidquam libros variaſſe credimus. Aliter ſi cui videatur ob facillimam & vix mutationis nomine dignam literæ υ in ι correctionem, ei ultro ſuppeditamus quo eam firmet ejusdem regiminis exemplum ex Val. Flacco in cæſtuum certaminis deſcriptione Pollucem inte. & Bebrycem Lib. IV. vs. 291.

Emicat hic detramque parat dextramque minatur
Tyndarides. redit huc oculis & pondere Bebryx,
Sic ratus; ille autem CELERI RAPIT ORA SINISTRA.

Junge Furip. in Phoen. vs. 1388. — 1425. unde ſimulque ex præſenti Æſchyli loco Flaccum quædam ſuum in uſum convertiſſe haud obſcuris indiciis mihi videor deprehendiſſe. De ſtructura accuſativorum elliptica qualis hæc δόρυ τε χεῖρα vid. Munker. ad Anton. Liber. c. 34. nec alienum eſt omnino hoc Soph. in Trach. vs. 50. πολλὰ μὲν σ' ἐγὼ κατεῖδον ἤδη πανδάκρυτ' ὀδύρματα τὴν Ἡράκλειον ἔξοδον γοωμένην. Vid. ibi Schol. In Schol. B. ad vs. 629. lin. 3. l. περιλαβεῖν. & lin. altera à fine πυτέστιν ἐὰν συνίδοι.

CAP. XIX.

Æſchylus explicatur. Polyaeni locus expenditur. Quid ἐπικηρύσσειν. *&* ἐπικηρύσσειν ἀργύριον ἐπί τινι? ἐπὶ *notat* cauſam finalem. ἐπιδανείσαι *in Polyaeno quid?* εἴ τις *pro* ὅστις. *Harpocration, Ammonius & Etymologus explicati. Schol. Demoſthenis emaculatur.* ἀνειπεῖν *&* ἐπανειπεῖν. *Lectio vulgata in Suida defenditur. Polyaenus illuſtratur. Quid* ἐπιστροφή? *verſio Euripidis corrigitur.* Ἀνὴρ ὅδε, οὗτος *&* hic *pro* ἐγώ, σύ.

Vs. 638 — τὸν αὐτοῦ σοῦ κασίγνητον, πόλει

Οἴας

Οἵας γ' ἀρᾶται καὶ κατεύχεται τύχας
Πύργοις ἐπεμβὰς κ' ἀπικηρυχθεὶς χθονὶ,
Ἀλώσιμον παιᾶν' ἐπεξιακχάσας,
Σοὶ συμφέρεσθαι, καὶ κτανὼν θανεῖν πέλας.

Ut non arceſſerim αὐτοῦ, ſi αὐτῇ legeretur; foret enim αὐτῇ τῇ κασιγνητόν σου; ſic αὐτοῦ quod præferunt libri haud faſtidiam, ſed ſumo pro σοῦ αὐτοῦ ſive σαυτοῦ. Dativus πόλει pendet ab ἀρᾶται, ut interpretis ſupplemento nihil ſit opus. Infortunia quæ imprecatur continentur verbis πύργοις ἐπεμβὰς & ἀλώσιμον παιᾶνα ἐπεξιακχάσας. In ἐπικηρυχθεὶς cum Schol. ſubaudio βασιλεύς. ſic in Polyaeni Lib. IV. c. 8. §. 3. τὴν Ἀλεξάνδρου μητέρα καὶ τὸν υἱὸν μετὰ πολλῆς ἡδονῆς, καὶ χαρᾶς ἀνηγόρευον. Caſaubonus dedit βασιλέας ἀνηγόρευον; ſed τὸ βασιλέας nec interpres, nec libri Mſſ. quibus uſus Maaſvicius, agnoſcunt, & facile carebit oratio. χθονὶ vel caſus eſt tertius pro ὑπὸ χθονὸς, *regione* ſumta pro *incolis*; vel ἐπικηρυχθεὶς valet *ſuffectus*, *ſubſtitutus*, puta fratris in locum, cui annuum imperium, quod inter ſe pacti erant, exierat; hoc ſenſu Gregorius apud Budaeum Comment. p. 465. ἀκόντων ἡμῶν ἄλλον ἐπεκήρυξαν ἡμῖν ἐπίσκοπον: Aut tandem; quod prætulerim, caſus erit ſextus à præpoſitione rectus verbo præfixa, ut *cauſa* indicetur *finalis*, ob quam cupiat expugnatas conſcendere Thebarum turres, nempe ἐπὶ χθονὶ, ut rex declaretur regionis, atque

hoc opinor voluit Schol. explicans παρὰ τῶν οἰκείων βασιλεὺς τῆς χθονὸς ἀναγορευθῆναι. Turres occupatas & præconum proclamationem eodem in loco memorat quoque Polyaen. Lib. IV. c. 7. §. 6. Ceterum dum in his illuſtrandis occupor, inquirens num quid eo quod pertineat adnotaverim, invenio de locutione ἐπικηρύσσειν τινὶ ἀργύριον multos dixiſſe neminem non modo phraſeos indolem explanare, verum etiam ea ſcribi, quae facile prodant nondum ſatis perſpectam. Uſum deprehendo præter auctores quos citat Valeſius ad Harpocrat. p. 112. & Budaeus l. d. Herodot. Lib. VII. c. 213. Φυγόντι οἱ ὑπὸ τῶν πυλαγόρων —— ἀργύριον ἐπεκηρύχθη. & c. 214. Οἱ τῶν Ἑλλήνων πυλαγόροι ἐπεκήρυξαν οὐκ ἐπὶ Ονήτῃ τε καὶ Κορυδαλλῷ ἀργύριον, ἀλλ' ἐπὶ Επιάλτῃ. De ea tyronum in gratiam obſervamus ſequentia; primo ἐπικηρύσσειν τινὶ ἀργύριον conciſe dictum, pro κηρύσσειν vel ἐπικηρύσσειν ἐπί τινι ἀναιρεθησομένῳ ἀργύριον τῷ ἀνελόντι αὐτόν. præpoſitionemque ἐπὶ vel ſignificare τὸ *contra*, quæ Ulpiani eſt ſententia ad Demoſth. p. 227. Edit. Paris vel *pactum* & *conditionem*, aut quod ipſe prætulero *cauſam finalem*, quam virtutem ſæpiſſime exerit tam nude poſita, quam in compoſitis; ut in ἐπιδανείζειν apud Polyaen. Lib. VIII. c. 23. §. 1. Καῖσαρ Επικράτη Μιλήσιον πέμπει πρὸς Μιλησίους, παρακαλῶν χρήματα ἐπιδανεῖσαι. i. e. δανεῖσαι ἑαυτῷ χρήματα ἐπὶ τῷ λυτρῶσαι

ἑαυ-

ἑαυτόν. Niſi quiſpiam accipere malit pro δανεῖσαι ἐπὶ τοῖς χρήμασι, ἃ μὲν εἶχεν αὐτὸς, ἀλλ' οὐκ ἀρνοῦντα. Sed prius mihi placet, quia hoc modo ſi ſuppleas orationem, tamen per ambages eodem fuerit deveniendum. Vid. & Raphel. ex Herodot. ad Epheſ. c. II. vs. 10. Deinde notes in iſta locutione ubicunque accedit dativus *ob quem* præmium ejuſmodi publicatur, ibi locum non eſſe dativo *cui* promittitur; qui ſi adſit, alterum deficere ſeu potius cum verbo quod adſumitur tranſire in quartum caſum, ut docebunt exempla ſubjecta. Palaeph. Incred. c. I. ἐκήρυξεν οὖν ὁ Ἰξίων, ὡς εἴπς οὖν ἕλοιτο τοὺς ταύρους τούτῳ δώῃ χρήματα πολλά. Obiter hic moneo εἴπς οὖν valere ὁςισοῦν, de quo nos alibi; adeoque editam ſi minus aliorum librorum lectioni præferendam, ſatis ſaltem eſſe commodam, nec ſollicitandam. Idem cap. 7. κηρύττει δ' ὁ Κάδμος τῷ ἀποκτενοῦντι τὴν σφίγγα δώσειν χρήματα πολλά. Polyaen. Lib. IV. c. 9. §. 4. ἐκήρυξε τάλαντα ἑκατὸν δώσειν τῷ κλείναντι Θεόδοτον. Et Lib. V. c. 15. §. 1. τοῖς ἀνελοῦσιν αὐτὸν ἐκήρυξε μεγάλας δωρεάς. Quo in loco δωρεὰς vicem ſupplet τοῦ δώσειν χρήματα πολλά. Hinc jam apertum perinde eſſe ſive ita quiſpiam loquatur, ſive quo vidimus modo loqui Herodotum; nec quidquam diſtare, ſi dixiſſet Polyaenus ἐπεκήρυξε τῷ Θεοδότῳ, ſive ἐπὶ τῷ Θεοδότῳ, τάλαντα ἑκατόν: atque ita in reliquis; neque

que alio pertinere, quæ ſcribit Harpocration, alio, quæ tradit Ammonius, Etymologus & Moſchopulus. Quibus addere poteris Schol. Demoſth. Orat. de Falſ. Legat p. 201. qui ἐπικεκηρυχέναι explanat per ὁμολογεῖται (an f. ὁμολογεῖσθαι vel ὡμολογῆσθαι) ὑποσχέσθαι δοῦναι. Prætermitti non debet, quod, licet nullus præpoſitionis uſus ſit, ſi infinitivus δώσειν accedat, ut in exemplis allatis, in quibus ideò non amplius comparet ἐπικηρύξαι, ſed ſimplex κηρύξαι; tamen nonnunquam etiam ἐπικηρύξαι ſervari ſoleat, ut in Lyſ. Orat. in Andoc. Edit. Ald. p. 104. haud longe à princ. τοὺς φεύγοντας ζητεῖτε συλλαμβάνειν ἐπικηρύττοντες τάλαντον ἀργυρίου δώσειν τῷ ἀπάγοντι ἢ ἀποκτείναντι. Et Thuc. Lib. VI. c. 60. διαφυγόντων θάνατον ἐπιγνόντες ἐπανεῖπον ἀργύριον τῷ ἀποκτείναντι. Ex quibus locis inter ſe comparatis palam eſt diſcrimen, quod inter hujus illiuſque ſtructuram intercedere exiſtimat Cl præceptor noſter admitti non poſſe; nec dubium relinqui quin ἐπανειπεῖν τινι ἀργύριον, & ἐπικηρύττειν æquipolleant, licet extra Thucydiden ἐπανειπεῖν difficulter fortaſſe repereris; adeoque recte Pollucem Lib. II. c. 118. ἐπανειπὼν ἀργύριον explicuiſſe per οἷον ἐπικηρύξας. quomodo plane Heſych Ἐπανεῖπεν, ἐπεκήρυξαν. Ut Ἀνεῖπεν, ἐκήρυξεν, διὰ κήρυκος εἶπεν. quo ſenſu frequentiſſimum vel lexica docere poterunt; & permutat utrumque eodem in loco Themiſt. Orat. XIV. p. 182. D. ἡ μὲν

ἀ-

ἀρετή σε ἐποίησεν αὐτοκράτορα, Γερμανὸς ἢ ἐκήρυξε. & illico πρεσβύτερον ἀνεῖπεν. Sed & Schol. Thucydidis bene explicuerat εἶπον, ὑπέσχοντο, καὶ ἐκήρυξαν, quia otioſam, ut eſt, habuit præpoſitionem; nec in Suida, qui itidem exponit per ἐκήρυξαν; quidquam fuerit requirendum. Huc refer ejusdem fragmentum V. Επεκήρυξαν. Locum plane, ut ex Ms. Leid. in notis ad Ammonium produxit Doctiſſimus Valckenarius, legit Phavor. niſi quod in fine articuli adjiciat καὶ παρεσήμαναν, & poſteriorem vocem agnoſcit editio princeps in qua Επεκήρυξαν παρεσήμαναν καὶ διαπρεύσιως —. Diverſa eſt ratio in hoc Polyaeni Lib. V. c. 37. ult. οὓς μὲν συλλαβόντες ἀπέκτειναν· οὓς δὲ διαφεύγοντας Σωσίστρατος ἐπικηρύξας ἀναιρεῖν ἐπέτρεψεν. Hic enim in ἐπικηρύξας extrinſecus adſumam αὐτοῖς ἀργύριον. Ut ſit *præmio in eos propoſito occidere conceſſit.* In Lyſ Orat. XVI. p. 142. notat *per præconem vendere, & auctionari*: ἅπαντα ait μὲν γὰρ (τὰ χρήματα) πλείονος ἢ ταλάντου τετίμηνται —— καὶ εἰ πλείονος ἄξιά ἐστιν ἢ τοσούτου, ἐπικηρυχθέντων τὸ πλεῖον ἡ πόλις λήψεται. Ultimo loco addo ut prior loquendi ratio Latine reddetur cum Curtio Lib. IV. c. I. §. 12. *licitari caput alicujus*, & *percuſſorem in quempiam emere*; ſic altera phraſi ejusdem Lib. III. cap. 5. ult. *pronunciare argentum te daturum interfectori alicujus*. De ἐπεξιακχάσας moneo, etſi pla-

ceat Doctiſſimi Arnaudtii conjectura Lect. Græc. Lib. I. c. XI. ob erroris cauſam manifeſtam, tamen præferre me editam ideo, quia ἐπὶ magis videtur convenire verbis πόλει ἀρέσκει καὶ κατέχεται, erit enim quaſi dixiſſet ἐξιακχάσας πυῤῥὰ ἐφ' ἁλώσῃ τῇ πόλει.

Vs. 654. ἔξω πατρῴων δωμάτων ἐπιστροφάς. Ut rurſus in Eumen. vs 551. ξενοτίμους δωμάτων ἐπιστροφὰς αἰδόμενος. & in noſtri φρουρὶν Heſychius quoque ἐπιστροφαὶ exponit διατριβαί, plane ut hic critici, & δίαιται. Βουνόμους ἐπιστροφὰς dicit Ariſtoph. in Ran. vs. 1430. quod itidem obſervantibus ad eum grammaticis ſumtum ex Æſchyli Philoctete, unde diſcimus valde eum hac voce delectatum, cujus virtutem haud perſpectam habuit interpres Eurip. in Helen. vs. 447. ubi anus janitrix ad Menelaum

Τίς πρὸς πύλαισιν; οὐκ ἀπαλλάξῃ δόμων
Ἕλλην πεφυκώς, οἷσιν οὐκ ἐπιστροφαί.

Vertendum erat *quibus nullum hic datur hoſpitium, nullus quibus hic conceditur commorandi locus*, non *reditus ex hac terra*, prorſus contra poëtæ mentem; ſequentia ſatis oſtendunt. In Soph. Oed. Colon. vs. 555. κακῶν ἐπιστροφὰς Schol. explicat συναθροίσεις, πλήθη, nec male, quanquam re ipſa vix differt à ſignificatione, quam poſuimus. Idem vs. 1099 ἀνδρῶν ἐπιστροφὰς iterum recte exponit ἀναστροφάς. In verbis proximis δίκη δ' ἄρ' εἶναί φησιν

σιν videtur abundare εἶναι, ut alibi apud Atticos. Sequitur abhinc non longe ἀνδρὶ τῷδε pro ἐμοὶ, ut in Soph. Trach. vs. 1191. Eurip. Alceſt. vs. 719. & 690. ubi conf. Barnes. & ad Electr. vs. 43. alibi pro σὺ vid. Soph. Oed. Colon. vs. 1492. Ariſtid. Tom. III. p. 597. ποταμὸν φεύγων ἀγνοεῖς εἰς τὴν θάλασσαν ἐμπίπτων ἀνήρ. Add. Herodot. Lib. I. c. 108. Atque ita οὗτος per ſe *ego*, *tu* ſaepe, quomodo *hunc* pro *me* apud Plaut. Captiv. III, 5 : 79. *hunc ita velle dicite curarier.*

Cap. XX.

Φεύγειν σκότον & ὠδῖνα μητρός. Ἐκπίπτειν γαστρός. Thom. Mag. lapſus. Μᾶλλον aliaque intendendi voculae cum comparativis & ſuperlativis. Thom. Mag. refellitur. Æſchyli Schol. aliquoties emaculatur. κατ' οὖρον. πνεῦμα θαλερὸν quid? Neutra pluralia cum verbo ejuſdem numeri. Petronio lux. Φαντάσματα Atticum. Εὐκταῖος Χάλυβος & Χάλυψ. Vetus lectio in Euripide revocatur. Xenoph. Epheſius exponitur. Petronius adſeritur. Τὰ ἐξ ἀνθρώπων χρήματα &c. Æſchines & Ælianus vindicantur.

Vs. 670. φυγόντα μητρόθεν σκότον. Simili modo loquitur Pind. Nem. Od I. vs 53. ἐπεὶ σπλάγχνων ὕπο ματέρος αὐτίκα θαητὰν ἐς αἴγλαν παῖς Διὸς ὠδῖνα φεύγων — μόλεν. & νηδύος σκότοι iterum Æſch. in Eumen. vs. 668. οὐδ' ἐν σκό-

ποισι νηδύος πεφραγμένη. Schol. B. exponit πεσόντα τῆς μητρικῆς γαστρὸς, propria itidem phraſi in hac re Baſil. Tom. II. p. 50. A οὐχὶ γυμνὸς ἐξέπεσες τῆς γαστρός; ut Cic. Lib. II. de N. D. c. 51. *cum* (animal) *ex utero elapſum excidit*. Plura ne addam otium facit Cl. A. Schultens Orig. Hebr. Tom. II. c. 6. p. 146. Sequitur συλλογὴ γενείου τειχώματος, quomodo Lat. *colligere*, pro *ſenſim comparare* & *acquirere*. vs. 674. χθονὸς κατουχίαν interpres minus bene vertit *terræ uſurpationem*, pro *vexationem*, *adflictationem*.

Vs. 679. Μᾶλλον ἐνδικώτερος. Thom. Mag. V. Μᾶλλον ut oſtenderet poëtarum eſſe μᾶλλον ex abundanti addere comparativis, μάλιστα ſuperlativis citat rurſus ex hac Tragoedia verba καλῶς τεθνάναι κάλλιον ἂν μᾶλλον, ἢ σεσῶσθαι, quod vereor ut in toto Æſchylo repereris; cujus ſit fragmentum nondum detegere licuit. Ceterum ut iſthic locorum μᾶλλον cum comparativis, ſic rurſus in Suppl. vs. 287. Nec poëtis hoc magis proprium, quam oratoribus, Iſocrati inprimis frequens; in Archid. p. 134. c. πολὺ γὰρ κρεῖττον ἐν ταῖς δόξαις, αἷς ἔχομεν, τελευτῆσαι τὸν βίον μᾶλλον ἢ ζῆν ἐν πάσαις ἀτιμίαις. & in Orat. fine πολὺ γὰρ μᾶλλον κρεῖττον. Adde Plataic. p. 299. A. de Big p. 350. B. & 351. D. Herodot. Lib. IX. c. 6. Achill. Tat. Lib. VII. p. 437. μάλιστα ἠλιθιώτερον dixit Baſil. Tom. II. p. 17. B. πλέον ἀδυνατώτερον idem Tom.

Tom. II. p. 338. E. οὕτω λυσιτελέστερον Themiſt. Orat. XXX. p. 351. B. Οὕτως ἰσχυρώτερος Joſeph. de Maccab. §. 9. & 10. ut *adeo terribilius* Flor. Lib. II. c. 6. §. 1. Et cum ſuperlativis μάλιστα ἀνχμηροτάτη ὥρα Ælian. de Anim. Lib. I. c. 47. σφόδρα ἀγιώτατος ὁ μέγιστος Joſeph. A. J. Lib. VIII. c. 4. §. 1. adde Ariſtid. Tom. I. p. 442. & 574. ἄγαν ἀγελώτατος Ælian. de Anim. Lib. I. c. 38. λίαν μνημονικώτατος Lucian. Tom. II. p. 1015. Οὕτως διαστημότατον Joſeph. A. J. XIII. c. 3. §. 4 Ex quibus abunde conſtare poteſt, quo loco & hæc ſit Thomae obſervatio. Conf. quæ ad eum notavit Doctiſſ. Bos & Hoeſchel ad Herodiani Fragmentum. Mox vs. 684. interpretis verſionem ceu Græcis adverſantem male rejicit vir doctus. Paſſive αὐδᾶσθαι, uti hic ſic Oppian. I. Hal. vs. 776. Soph. Phil. 245. & Eurip. in Phoen. vs. 126. Nec aliud per *audit* vult Stanl. quam Schol. B.

Vs. 690. μόνον γὰρ κέρδος ἐν τεθνηκόσιν. Eurip. Hec vs. 798. τί μοι ζῆν κέρδος; Paulus in Epiſt. ad Philip. c. I. vs. 21. ἐμοὶ τὸ ἀποθανεῖν κέρδος. Ubi Vid. Philol. Mox ut vs. 696. ἴτω κατ' οὖρον, ſic infra vs. 860. κατ' οὖρον ἐρέσσετε. in Perſ. vs. 481. κατ' οὖρον αἱροῦντες φυγήν. Soph. Trach. vs. 475. ταῦτα μὲν ῥείτω κατ' οὖρον. Pind. Pyth. Od. IV. in princ. αὔξῃς οὖρον ὕμνων. & Olymp. Od. XIII. vs. 38. Ξενοφῶντος εὔθυνε δαίμονος οὖρον.

Vs. 708. In Schol. B. lin 3. ſcribendum videtur τὴν τοῦ πατρὸς ἀρὰν ἀπελάσαι. lin. 4. παρωρμηθήμενον. lin. 16. ἀπαλλακτήν. ſic διαλλάκτης infra ad vs. 889. in verbis ejuſdem ad vs. 710. Vereor à labe liberum ut ſit παρηπλωμένον.

Vs. 713. Θαλερωτέρῳ πνεύματι. Schol. exponunt μαλακώτερον, ἀναπεπτωκὸς, ἀσθενέστερον, neque aliter videtūr hic accipiendum; at unde iſtam repetemus ſignificationem? Indene quod θαλερὸν valeat πρόσφατον adeoque de vento adhibitum *lene*, quia ventorum agitatio recens minus eſſe ſoleat vehemens, quam quando aliquandiu ſpiraverunt? In Schol. B. vs. 715. vide num ſcriptum malis καὶ ἐξάνηψεν ut tempus ſit verbi ἐξανάπτω.

Vs. 715. Εξέζεσεν γὰρ Οἰδίπου κατεύγματα. Turnebi editio nihilo deterius ἐξέζεσαν, Infra in Perſ. vs. 679. δίδυμα διάγοιεν ἁμάρτια. & in Suppl. vs. 129. ἐναγέα τέλεα ἐπιδρομῶσι. Homer. Il. B. vs. 135 σπάρτα λέλυνται. Heſiod. Εργ. vs. 808. τὰ ἄρμενα πέλονται. Quo refero illud Romani ſermonis non callentiſſimi Trimalchionis apud Arbitrum cap. 71. *Faciatur, ſi tibi videtur, & triclinia.* Recentiorum teſtimoniis, quæ ſexcenta adferre poſſem, haud utar: vid. H. Steph. ad Thuc. Lib. I. cap. 22. & Doctiſſ. Jenſ. Lect. Luc. p. 356. & in Epiſt. ad Græv. 414. unde apertum. Virum eruditum non recte Atticiſmi regulis ad-

adverſari crediḋiſſe iſtam ſyntaxin ad noſtri Perſ. vs. 133.

Vs. 716. Ἐνυπνίων φαντασμάτων. Vel leg. ἐνύπνιον i. e. κατ' ἐνύπνιον, ut in Hom. Il. B. vs. 56. — θεῖός μοι ἐνύπνιον ἦλθεν ὄνειρος. Vel ſume inſtar adjectivi; vid. ſupra vs. 231. Deinde obſerves Schol. B. inverſo ordine ſcriptum inveniſſe φασμάτων ἐνυπνίων. Quomodo ſi dedit auctor locutus eſt ex Thomæ Mag. præcepto, qui abjudicat Atticis V. φαντάσματα; quod tamen iterum occurrit in noſtri fragmentis p. 647 A. Ariſtid. Tom. I. p. 646. Achill. Tat. p. 121. Lucian. Tom. I. p. 775. & II. 491. apud Plat. p. 71. C. E. & F. p. 84. & 124. alioſque complures Atticos.

Vs. 728. Παναληθῆ, κακόμαντιν
Πατρὸς εὐκταίαν ἐριννὺν,

Hos inter verſus legitur in Edit. Turneb. tertius ἃ γὰρ νύκτωρ παρεκελεύσατο καὶ γέγονε. quem & manifeſto agnovit Schol. B. ut palam eſt ex Scholio ad παρεκελεύσατο. & tuetur H. Steph. provocans ad Schol priorem, & qui verſus dimenſus eſt. Utrumque negat Stanlejus, & ut mihi videtur recte; nec enim eſt niſi interpretamentum τοῦ παναληθῆ. Vox εὐκταία ſenſu ponitur imprecandi, ut rurſus vs. 846. alibi notat *optabilis*, vid. Agam. vs. 1396.

Vs.

Vs. 733. Ξένος δὲ κλήρους ἐπινωμᾷ
χάλυβος Σκυθῶν ἄποικος.

ἐπινωμᾷ κλήρους, ut λάχη ἐπινωμᾶν Eumen. vs. 311. ubi Schol. exponit ἐπισκοπεῖ ſcil. ex conſequenti; & ἐπινωμᾶν αὐτῷ πημῶνα κακῶν Soph. Philoct. vs. 170. pro ἐξευρίσκειν. Verbum in Steph. Theſ. haud inveneris; uti nec προσνωμᾶν, quod habetur ejuſdem fabulæ vs. 734. In poſtremis ſudat H. Stephanus, diuque dubius ſitne χάλυβος primus, an caſus ſecundus, concludit tandem hunc non poſſe eſſe, adeoque leg. χάλυψ ὁ, largiens ceteroqui χαλύβους occurrere pro χάλυβας, at in ſingulari ὁ χάλυβος pro χάλυψ admittere non vult. Ego puto nihil in τῷ κειμένῳ innovandum conſentientibus in editam & Mſſ. & Schol. quibus tamen itidem aqua haeſit; nec cauſam video quæ prohibeat in ſingulari admittere terminationem, quam ſortitur pluralis in Hecatæi fragmento apud Steph. Byz. Χαλύβοισι περὶ νότον Ἀρμένιοι ὁμοῦ ναίουσι. cui addo Eurip. in Alceſt. vs. 980. τὸ ἐν Χαλύβοισι δαμάζεις σὺ βίᾳ σίδηρον. Sic edidit H. Steph. ſic habetur in Hervagiana; At Barneſius ceu lectione nihili, nec digna, quae vel memoraretur neglecta ſecure edi curavit Χαλύβεσσι.

Vs. 738. χθόνα ναίειν διαπήλας
Ὁπόσαν ἂν καὶ φθιμένοισι κατέχειν.

Soph.

Soph. Oed. Colon. vs. 824. ἔστι τοῖς παισὶ τοῖς ἐμοῖς τῆς ἐμῆς χθονὸς λαχεῖν τοσοῦτον ἐνθανεῖν μόνον. Tum ut χθὼν, κόνις, τάφος, &c. ἔχειν, κατέχειν & Lat. *habere* dicitur *corpus*; Vid. Miſcell. Obſerv. Vol. I. Tom. I. p. 14. ſic quoque mortuus *ſepulcrum*, prout in loco præſenti, in Agam. vs. 463. θήκας Ἰλιάδος γᾶς εὔμορφοι κατέχουσιν, & alia in re Suppl. vs. 26. Mox vs. 744. Vid. num in Schol. A. lin. 2. legendum potius ſit ἐκλούσει, quia pertinet ad vs. 745. τίς ἄν σφε λύσειεν.

Vs. 756. κρατηθεὶς δ' ἐκ φίλων ἀβουλίαις. Species eſt ἀνακολούθου, & inchoatus ſermo ita fuerat deducendus ὅταν Λάϊος βίᾳ Ἀπόλλωνος τρὶς εἰπ. ε. μ. π. χ. θ. α. γ. σ. π. ἀβουλίαις i. e. ἀβούλως κρατηθεὶς ὑπὸ φίλων, vel potius ἐκκρατηθεὶς ἀβουλίαις φίλων, γείνατο μόρον μὲν αὐτῷ - (huic μὲν ſua ἀπόδοσις demum eſt vs. 784. — 796.) Sic inquam inſtituta oratio erat abſolvenda; nunc quaſi oblitus eorum, quæ præceſſerant ſcripſit κρατηθεὶς ΔΕ, ex qua vocula omnis oritur ſtructuræ difficultas, eam diſſimulaveris omnia ut vides ſunt plana & facilia; contra via procedendo, quam monſtrat Schol. magis etiam erunt impedita, ut qui irrito conatu particulæ locum adſignare laborat, quæ hic prorſus abundat ut alibi, & in Xenoph. Epheſ. Lib. V. p. 73. Διέγνωσαν εἰς Ἔφεσον μὴ κατελθεῖν. Χρόνῳ δὲ τινι ἐκεῖ γενόμενοι μέχρις οὗ τι περὶ τοῦ δεσπότου πύθωνται. Hic niſi pro non

 ſcripta

ſcripta habueris, non magis ſtructura verbis conſtabit, quam in Æſchylo; ſuppreſſeris ſenſus erit expeditus hoc ordine, διέγνωσαν εἰς Ε. μὴ κ. μέχρις οὗ (i. e. μέχρις ἐκείνου, μέχρις οὗ) γενόμενοι ἐκεῖ χρόνῳ τινὶ πύθωνταί τι περὶ τοῦ δεσπότου. *Statuerunt non ante Epheſum redire, quam ibi aliquandiu commorati de heris ſuis aliquid reſciviſſent.* Conſtructionis ratio quam adplicat Schol. ex Platone huc minus quadrat, locus extat in dicto Dialogo. p. 360. G. diſcrimen ut magis perſpiciatur, ſimilis exempli dabimus alia. Noſter in Agam. vs. 7. ἀστρων κάτοιδα νυκτέρων ὁμήγυριν — ΟΤΑΝ ΦΘΙΝΩΣΙΝ, ΑΝΤΟΛΑΣ ΤΕ τῶν. Herodot. Lib. VII. c. 34. ἐγεφύρουν — τὴν μὲν ΛΕΥΚΟΛΙΝΟΥ Φοίνικες· τὴν δ' ἑτέρην τὴν ΒΥΒΛΙΝΗΗΝ Αἰγύπτιοι add. c. 25. & 36. & quo non ovum ovo ſimilius loco Platonis hoc Heliod. Lib. III. p. 151. τὸ δρασμὸν ἠγωνίων ὅπως μὲν λήσονται, ὅποι δὲ τρέψωνται. καὶ πότερον ΔΙΑ ΓΗΣ ἢ ΘΑΛΑΤΤΕΥΟΝΤΕΣ. & Lucian. in Paraſ. p. 357. τῇ ποιητικῇ ἔστι χρῆσθαι καὶ ΕΝ ΟΔΩι ΚΑΙ ΠΛΕΟΝΤΙ. Ad priora refer Polyæn. Lib. IV. c. 6. §. 11. πεδίον ἄνυδρον, ἀοίκητον οὐ βοτάνην ἔχον — ἀσφαλτῶδες δὲ καὶ ΠΛΗΘΟΣ ἁλμυρῶδες. ut & Petronium cap. 63. *habebamus tunc hominem Cappadocem longum, valde audaculum, & qui valebat; poterat Jovem iratum tollere.* Sic malim diſtinguere, quam *poterat* cum viro doctiſſimo pro gloſſemate habere; *& qui valebat* mutata dixit ſtructura pro *& va-*

validum. Noſter in Perſ. vs. 296 τίνα δὲ καὶ πενθήσομεν τῶν ἀρχελείων, ὅς ἐπὶ σκηπτουχίᾳ ταχθεὶς. vid. & ad vs. 7. Præpoſitionem ἐκ Schol. accepiſſe videtur ἀντὶ τοῦ ὑπό. quod licet uſus ferat, ut oſtendimus alibi, & occurrat ſic ferme in Choëph. vs. 282. & Eumen. 395. tamen quia ita ſumta ἀβουλίαις ad inſtar adverbii pro ἀβούλως de Laio fuerit capiendum, de quo vs. 808. κραίνων παλαιὰς Λαΐου δυσβουλίας. idque videatur duriuſculum, ego jungam potius verbo, ut ſit ἐκκρατηθεὶς ἀβουλίαις φίλων, ſenſu longe optimo *victus expugnatusque* ἐκνικηθεὶς *ſtultis & perverſis amicorum conſiliis.* Novum, vero, dices fortaſſe, tu nobis procudis compoſitum; novum ſane & noviſſimum ſit, modo commatis haud mali, nec averſetur compoſitionis ratio; verum novum eſſe haud concedam, ut quod in ipſo Æſchylo cum tot aliis à Lexicographis prætermiſſis, rite tantum inſtituta verborum ſerie, invenimus, non procudimus. Pergis obloqui quia quo ſtabiliamus non aliud in promtu ſit exemplum? age alia procedamus via eodem nos ductura, quo tendimus, nempe poterit vacare præpoſitio, vel fere vacare, (nam plane otioſam haud largiar.) ut in Soph. Antigon. vs. 91. ἔα με καὶ τὴν ἐξ ἐμοῦ δυσβουλίαν παθεῖν τὸ δεινὸν τοῦτο. & Ælian. Lib. I. Var. Hiſt. c. 1. οἱ δὲ (Polypodes) ἀφυλάκτως, ὄντας αὐτοὺς περιβάλλουσι τῶν ἐξ ἑαυτῶν ἄρμοισι, τῶν πλε-

κτάναις. Noſter in Perſ. 76. ἐκ θαλάσσης ἐφέπει. Sic hic loci κρατηθεὶς ἐκ φίλων ἀβουλίαις pro ἀβουλίαις φίλων. Atque hoc vel ideo non poſſum quin moneam, ne ſicubi in atticam loquendi formulam, cujus diverſiſſima eſt ratio, incideris, eandem ſuſpiceris. Solent nimirum Attici τὰ ἐξ ἀνθρώπων χρήματα, κακὰ, ὀνείδη, & τὰς ἐξ ἀνθρώπων πληγὰς, γραφὰς dicere pro *verberibus quæ quantis viribus poſſunt infliguntur & quicquid eſt opum; malorum* &c. *in orbe*, Ariſtid. Tom. I. p. 465. ἐμοὶ οὐδὲ σύμπαντα τὰ ἐξ ἀνθρώπων χρήματα ἀντάξια τῆς συνεχείας ταύτης εἶναι δοκεῖ. Heliod. Lib. II. p. 99. ἕξεις τὸν μισθὸν μέγαν τινὰ καὶ οὐχ οἷον ἄλλον, οὐδ᾽ εἰ τὰ ἐξ ἀνθρώπων χρήματα αὐτοῦ ἐτύγχανες. Iterum Ariſtides Tom. II. p. 110. τὰ ἐξ ἀνθρώπων πελάσαντα αὐτοῦ κακά. & p. 145. ὃ πάνθ᾽ ὑπεραίρει τὰ ἐξ ἀνθρώπων ὀνείδη. Lyſ. Orat. XII p. 131. med. οὐκ ὢν Ἀθηναῖος καὶ ἐδίκαζε, καὶ ἐξεκλησίαζε, καὶ γραφὰς τὰς ἐξ ἀνθρώπων ἐγράφετο. Æſchines Orat. in Tim. p. 14. vs. 11 Edit. Ald. τὸν Πιττάλακον ἐμαστίγουν τὰς ἐξ ἀνθρώπων πληγὰς οὕτω πολὺν χρόνον, ὥστε καὶ τοὺς γείτονας αἰσθάνεσθαι τῆς κραυγῆς. ubi locutionis ignoratio fecit, ut Palmerius invitis muſis corrigendum ediceret ἐξανθρώπους. Nec eam magis perſpectam habuere editores Ælian. Lib. X. de Anim. c. 21. μαστιγοῦσί τε πολλαῖς, καὶ ταῖς ἐξ ἀνθρώπων ξαίνουσι. Ad Scholiaſten ut redeam; putat ille ſi καὶ pro ἢ poſuiſſet poëta minus obſcuritatis locum habi-

habiturum fuiſſe, quod tamen ego videre nequeo; paſſim enim δὲ τὸ καὶ locum obit vid. Devarium. Rectius exiſtimaſſet δὲ hic valere ἀλλὰ, & ex nomine παραβασίαν vs. 749. verbum poſt vs. 755. ſupplendum adfine παρέβη, tanquam ſcriptum haberemus παρέβη τὰ χρηστήρια αὐτοῦ i. e. παρήκουσε τοῦ Απόλλωνος τοῦ εἰπόντος αὐτῷ, ὅτι εἰ μὴ θνήσκοι γέννας ἄτερ σώσει τὴν πόλιν, quod ſi adeſſet, nihil requireretur ad ſtructuræ complementum. lin. 20. l. ἐπήνεγκεν.

CAP. XXI.

Τίλλεσθαι. Heſychius tentatur. Τίλλειν & σίλλειν ὀδὸν. Lucianus emendatur. In Schol. Æſchyli correctio proponitur. Θάλασσα *pro* aqua marina. *Æſchylus tentatur. De correptione diphthongorum* αι *&* οι. *Schol. ſemel iterumque emendatur.* ὕμνος *&* ὑμνεῖν. Εκ φρενὸς, ἀπὸ γνώμης, ἐκ θυμοῦ *&c. Schol. ſaepius emaculantur.* Θανάτου, γάμου, ὁδοῦ τέλος. Επὶ de *cum Dativo. Themiſtius, Anton. Liberalis, Achill. Tatius, nec non Livius & Plautus adſeruntur.*

Vs. 774. Τὰ δ' ὀλοὰ πελλόμεν' οὐ παρέρχεται. Schol. πελλόμενα exponit τελούμενα, πληρούμενα & γενόμενα quibus conſonæ ſunt Heſychii expoſitiones Τέλλον ἐπιὸν. & Τέλλεται, ἐπιτέλλει (ita recte corrigit Gronovius) φαίνεται, γίνεται, ἀνίσταται. Vox poſtrema retinenda ſi ſit eandem ſignificationem ter inculcaverit, quod ſi of-

fendat quempiam, legere is poterit ἀνύετω, Pind. Olymp. Od. II. vs. 126. ἔτειλαν Διὸς ὁδὸν παρὰ Κρόνυ τύρσιν. i. e. Schol. interprete ἐτελείωσαν, ἤνυσαν, ἐπορεύθησαν. Noſter in Prom. vs. 100. πῆ ποτε μόχθων χρὴ τέρματα τῶδ' ἐπιτεῖλαι, ubi itidem veteres Grammatici explanant per ἐπιτελεσθῆναι & φανῆναι. ad quam tamen notionem ſtabliendam minus recte ibi provocant ad Hom. Odyſſ. A. vs. 327. Hinc una quæ metrum vitiat extrita litera conſuli poterit ni fallor Lucian. Ocyp. vs. 37.

Δρόμοισιν ἀσκῶν κῦφον ὡς πηθῶ πόδα
Τρέχων ἔτειλα ——

pro ἔστειλα quod editur, quodque varie tentant viri eruditi. Senſus ne idem bis dicat erit, *curſum abſolveram*, vel *poſtquam currere deſieram*, *ſenſi mihi pedis dolorem contractum.* vel *curſu me exerciturus levem ut pono pedem inter currendum contraxi mihi pedis dolorem.* Pro τρέχων legi quidem poſſet τρέχειν, ſed nec participium reſpuit ſtructuræ ratio, quin requiret, ubi ἔτειλα habueris pro tempore verbi τέλλειν, quod & ipſum locum commode ſortiri poſſe videtur. Ceterum ut in Pindari loco τεῖλαι ὁδὸν ſic στεῖλαι κέλευθον noſter in Perſ. vs. 611. unde palam eſſe autumo in talibus τέλλειν amittere ſigma ob verſum, ut in ἐπιτολὴ fieri vidimus ad Prom. vs. 3. atque adeo hæc acquipollere. Conf. Æm. Porti notam ad Pindari l. c. cujus iterum eſt in Olymp. Od.

Od. I. vs. 122. ἤ τι ἐς χάειν τέλεται i. e. γίνεται, ut exponit Schol. Add. Od. XI. vs. 5. Abhinc non procul recte Arnaudtius tuetur κῆρες vid. & ad Lycophr. Caſſandr. vs. 1294. Potter.

Vs. 797. καμψίπους Ερινύς. Heſychius Καμπσίπους Ἡ Ερινύς, ἀπὸ τοῦ κάμπτειν τὰ γόνατα τῶν ἁμαρτανόντων. Sequitur in continenti πίπτοντα κομπάσματα quam locutionem inluſtrat Cl. Schulteſis Orig. Hebr. II. c. 6. p. 145.

Vs. 801. Πόλις δ' ἐν εὐδίᐊ τε καὶ κλυδωνίῳ Πολλαῖσι πληγαῖς ἄντλον οὐκ ἐδέξατο.

Huc videtur reſpexiſſe Soph. in Antig. vs. 168.

Ανδρες τὰ μὲν δὴ πόλεος ἀσφαλῶς θεοὶ
Πολλῷ σάλῳ σείσαντες ὤρθωσαν πάλιν.

Ad Scholion verſus proximi notat H. Steph. in ſcripto exemplari voces τὸ — ὕδωρ non comparuiſſe, quæ adeo ipſius ſunt additamentum. Suffeciſſet articulus, nec opus erat adſumere ὕδωρ: quin nulla prorſus acceſſione corrigi licuiſſet τὴν θάλασσαν. Sic θάλασσα pro *aqua marina*. Diodor. Sic. Lib. XX. p. 761. Edit. H. Steph. τὰς ναῦς πλήρεις οὔσας θαλάττης κατήγαγον. Ælian. de Anim. Lib. IX. c. 17. ult. de Alcyonis nido οὐκ ἂν ἡ εἰσρεύσαι δι' αὐτοῦ οὐδὲ τῆς θαλάττης οὐδέν. In altero Schol. ad vs.

vs. 803. non eſt quod ſcribendum moneam φυλακήν. De Appolline ἑβδομαγέτᾳ vs. 806. vid. Spanh. ad Callim. H. Del. vs. 251.

Vs. 810. — βασιλέες δ' ὁμόσποροι
Ανδρες τεθνᾶσιν ἐκ χερῶν αὐτοκτόνων.

Soph. Antig. vs. 177.
— ἐκεῖνοι πρὸς διπλῆς μοίρας μίαν
Καθ' ἡμέραν ὤλοντο παίσαντές τε καὶ
Πληγέντες αὐτόχειρι σὺν μιάσματι.

Adde mox vs. 827. ſeq.

Vs. 840. κακόν με καρδίᾳ τι περιπιτνεῖ
κρύος.

με etiam habet Canteri editio, & tuetur H. Steph. ex illo Homeri ποῖόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων. Sed quod tum demum quadraret ſi legeretur καρδίαν. Vid. de hujus generis ſtructuris Euſtath. ad Il. A. p. 70: 5. ſeqq. Turnebiana μου, illud poſcit metrum, hoc quidem ſatisfacit ſyntaxi; ſed uſus in talibus potius requireret μοί. Noſter in Choëph. vs. 154. μοὶ σέβας. Eurip. Iphig. Aulid. vs. 1580. ἄλγος ἐμοὶ εἰσήει φρενί. & Græcorum more Plaut. Caſin. II. 5, 29. *Quis mihi ſubveniet tergo, aut capiti, aut cruribus?* Verum eadem utriusque quantitas cum ſit, non ma-

magis μοι poteſt admitti quam μυ, niſi ſtatuas eandem poëtis in τῇ οι fuiſſe corripiendi licentiam, quam obtinuiſſe docet Schol. in αι ſupra ad vs. 772. ubi τέλεια ſcriptum monet pro τέλειαι metri cauſa. Certe ſimile quid licuiſſe ſuſpicari poſſis ex hoc Soph. in Ajac. vs. 1045.

Πολλοὶ μὲν ἐχθροὶ, παῦροι δ᾽ ὠφελήσιμοι.

quanquam hic alii libri παῦροι præferant, quibus calculum addit auctor recentiorum Schol. alteri interim favente opponendi ratione. Ceterum corripiendi modus ſi procederet, componi tandem aliquando poſſent eruditorum de harum diphthongorum ante conſonam breviatione concertationes; equidem miror in toties reperita ea ſuper re conflictatione neminem hoc Schol. commentum aut exploſiſſe, aut hæc arma arripuiſſe, quibus utentur poſthac, qui volent, ego me iſti controverſiæ non immiſceo: Nam ut facile patior μι retineri, modo, quod mihi ad manum non eſt, ſimilis ſtructuræ exemplum adferatur, ſic deficiente eo legi poterit, ut dixi, καρδίαν. De V. χρύσος vid. Spanh. ad Comici Nub. vs. 766. & ad δύστηνις, quæ mox ſequitur, in Plut. vs. 63. nec non ad Callim. H. Pallad. vs. 124. in Schol. B. l. συμβολήν.

Vs. 861. Ερέσσετ' ἀμφὶ κρατὶ πόμπιμον χερῖν

Πίτυλον, ——

Soph. in Trach. vs. 570. πομπίμοις κώπαις ἐρέσσων. De voce πίτυλος Viſe Spanh. ad Ariſtoph. Ran. vs. 1105. vs. 163. cum ſequenti citat Thom. Mag. in V. Θεωρός. Schol. verba prioris ad vs. 864. lin. 5. mutila ſunt, ea vide an hoc modo ſuppleta placeant, τῆς χερνητικῆς τὴν τοῦ Χάρωνος ναῦν vel ναῦν, & deinde lin. 6. οὐ κυρίως τὴν τοῦ Χάρωνος —— lin 9. forte leg. ἥνπερ οἶδεν —— vel plura deſunt V. gr. ὥσπερ ἐκείνη ἡ εἰς Ἄδην οἶδεν —— Cymbam Charontis πάνδοκον vocat, ut νεκροδέγμονα ἀΐδην in Prom. vs. 152. Lat. *Capax orcus* vid. Bentlei. ad Horat. Lib. II. Od. 18. vs. 30. & Spanh. ad Ariſtoph. Plut. vs. 426.

Vs. 873. Δυσκέλαδον ὕμνον. Eurip. in Med. vs. 419. Φήμη δυσκέλαδος. & ζῆλος Heſiod. in Ἐργ. vs. 196. ὕμνον ſenſu contrario poſuit pro θρήνῳ, ut ὑμνεῖν Soph. in Electr. vs. 385.

—— ζῶσα δ' ἐν κατηρεφεῖ

Στέγῃ, χθονὸς τῆσδ' ἐκτὸς ὑμνήσεις κακά.

Conf. ibi Schol. & H. Steph. Obſerv. in noſtri Scholia p. 680. ſeq. τῷ δυσκέλαδος contrarium εὐκέλαδος, de quo vid. Spanh. ad Ariſtoph. Nub. vs. 311. Mox in Schol. B. expuncto πιμᾶν verba lege ſerie non interrupta, De voce κομπηφύλακα, quam adfert ad vs. 877.

877. mihi non conſtat, nec invenio apud du Cangium. Varians lectio, quam idem memorat, inde fortaſſe orta, quod legerant quidam ἔθησιν accentu in prima ſede, ſic ἐθήματα pro ἐθῆτες apud Soph. in Electr. vs. 271. ubi vid. Schol. & Æſch. paſſim.

Vs. 879. ἐκ φρενὸς ὀρθῶς. Infra vs. 925. ἐτύμως δακρυχέων ἐκ φρενός. in Choëph. vs. 104. λέξω τ' ἐκ φρενὸς λόγον. in Agam. vs. 1500. φρενὸς ἐκ φιλίας εἰπεῖν. quod vs. 1557. ἀληθείᾳ φρενῶν. & his contrarium ἀπ' ἄκρας φρενὸς vs. 814. Lycophr. vs. 1190. στερχθεὶς πλεῖστον ἐξ ἐμῆς φρενός. Add. Suid. in V. ὀρθῆς φρενός. ſimilia ſunt ἀπὸ γνώμης in Eumen. vs. 678. ἐκ θυμοῦ Agam. vs. 48. ἅπαντι θυμῷ Eumen. vs. 741. ut παντὶ θυμῷ φιλεῖν Ariſtid. Tom. III. p. 712. τῷ νῷ θ' ὁμοίως καὶ ἀπὸ γλώσσης λέγω Soph. Oed. Colon. vs. 990. ἀπὸ καρδίας καθαρῶς ἔρχεται Ariſtid. Tom. I. p. 83. & ἐν καρδίᾳ ψῆφον φέρειν in noſtri Eumen. vs. 682. quo exemplo multum de Hebraiſmi ſuſpicione decedit in verbis Matth. c. XXII. vs. 37. ἀγαπήσεις ἐν ὅλῃ τῇ καρδίᾳ καὶ ἐν ὅλῃ τῇ ψυχῇ. Vid. Gatak. ad M. Anton. Lib. IV. §. 31. In Schol. B. ad vs. 882. lin. 4. l. βίᾳ Κρέοντος. & lin. 5. μελέως. apud alterum vs. 888. lin. 4. f. τῷ σιδήρῳ. & vs. 895. lin. 3. dele ἐν τῷ μέσῳ ἔφησε τὸ ἕτερον. Rurſus in illo vs. 889. lin. 2. συνήλθετε. vs. 894. lin. 3. ἡμιχόειον. vs. 901. lin. 2. αἰτεῖ vel potius αἰτοῖ. τε. lin. 5. εἶα τε. & lin. 6. ἐπελθέσθ.

Vs. 912. Θανάτȣ τέλ☉. *Res mortis* pro θάνατ☉. Sic γάμȣ τέλ☉ Oppian. I. Hal. vs. 514. ὁδȣ̃ τέλ☉ Soph. Oed. Colon. vs. 1464. & θανάτȣ τέλ☉, uti hic, Heſiod. Ἐργ. vs. 166. Vid. & Caſaub. ad Athen. Lib. II. c. 3. Voce ὀξυκάρδι☉ utitur quoque Ariſtoph. in Veſp. vs. 428.

Vs. 924. οὐ φιλαγαθής. Hic qui interpres potuerit aberrare non exputo, Schol. diſerte docente eſſe à γήθω. Si ab ἀγαθὸς, foret φιλάγαθος. Eadem ratio eſt τȣ̃ πλȣταγαθὴς in Choëph. vs. 799. quo utroque verbo locupletari poteſt Stephani Theſ.

Vs. 928. Πάρεστιν δ'εἰπεῖν ἐπ' ἀθλίοισιν. Eadem ſtructura Thuc. Lib. II. c. 34. λέγει ἐπ' αὐτοῖς ἔπαινον τὸν πρέποντα. cujus ſimile exemplum quoniam haud temere alibi reperiri putabat H. Steph. Theſ. L. Gr. Tom. I. p. 1212. F. exponendum duxit *ſuper*, non *de illis*, perinde ac ſi dixiſſet *ſuper illorum ſepulcris.* & ſic expreſſit verſio. Dehinc ne dubium reſtet, en plures qui ἐπὶ pro *de* cum caſu tertio conſtruxerunt: Ariſtid. Tom. II. p. 18. ὡς ἐπὶ πεπαχθεῖσιν εἰπεῖν. & p. 114. ἐπ' ἀμφοτέροις ἐκεῖνο λέγω. Philoſtr. Vit. Apoll. in princ. τάδε ἐπ' αὐτῷ φασιν. Themiſt. Orat. XXII. p. 270. C. τὸ τȣ̃ Ὁμήρȣ πολὺ ἂν αἱρετώτερον ἐπὶ τῶν φίλων λέγειν, ἢ τοῖς λαφύροις. Hic Harduinus melius fore ait ſi legatur ἢ ἐπὶ τῶν λαφύρων. quia nimirum opinabatur Vir eruditus parum procedere dati-

vum

vum junctum cum genitivo. Et hunc ſcrupulum, ne quem in poſterum carpat, evellemus dicendo cujuscumque generis diverſa tuto ubique copulari, quoties vox regens plures admittit conſtructiones; quam in rem innumera adferre poſſem; ſed paucis, quæ huc inprimis pertinere arbitror, defungar. Herodot. Lib. VI. c. 98. Επὶ Δαρείου — ἐγένετο πλέω κακὰ τῇ Ἑλλάδι, ἢ ἐπὶ εἴκοσι ἄλλας γενεὰς τὰς πρὸ Δαρείου γενομένας. Anton. Liber. c. XIV. ult. Αἴθυια δ᾽ ἐγένετο πρὸς λίμνας τε καὶ θαλάσσῃ. Et hic loci λίμνας non potuit ferre editorum calculum: cumque Berkelius in notis monuerat leg. λίμναις. hunc ſecutus Munker. temerario auſu id ipſum in contextum admiſit, ita poſtulante, ut putat, ſyntaxi. Achill. Tat. Lib. VIII. p. 507. οὐχ ὑπὸ σάλπιγγος μόνον ἀλλὰ καὶ κήρυκι μοιχεύεται. ubi ab principe eruditorum itidem nollem ὑπὸ σάλπιγγι antehabitum. Vid. omnino Raphel. ad Luc. c. I. vs. 54. ex Polybio. Plaut. Aſin. III: 2, 31. *at meque teque atque ingenio noſtro decuit.* quod nec ipſum adverſus emendandi impetum magis tutum fuit, quam hoc Liv. Lib. V. c. 11. *plenum vulnerum ac pavore.* Noſter in continenti ἐρξάτην πολιήτεις ξένων τε σίχας. ubi vid. Schol. B. in cujus verbis perpende an non præſtet legi ὑπολωλαῖς. Conf. alia ejus modi ſtructuræ mutatæ exempla apud Gronov. ad Arrian. Expedit. Alex. Lib. VII. c. 6.

CAP. XXII.

Σῶμα γῆς, οἰκέτου &c. Æſchyli Schol. aliquoties tentatur. Ipſe Æſchylus ſemel iterumque emaculatur. τιθέναι εἰς τάφον. ποῦ θήσω; *In Schol. conjectura proponitur, & ipſo Æſchylo. Scholiaſtes ter rurſus tentatur.* Sepeliri & θάπτεσθαι. *Sophoclis Schol. corrigitur* ἀναβάλλειν κίνδυνον, *item* ῥίπτειν & ἀναῤῥίπτειν. λυκοσπάς. *Recepta lectio in Æſchylo vindicatur. Schol. emendatur.* Γενεὰ & genus. *Phædro lux.* Κῦμα κακῶν *&c. alia quadam.*

Vs. 956. Τῷ ᾗ σώματι γᾶς
Πλούτης ἄβυσσος ἐστι.

Σῶμα γᾶς dixit περιφραστικῶς pro γῆ. Ut δέμας οἰκέτου in Soph. Trach. vs. 925. Conf. Caſaub. Animad. in Athen. Lib. V. c. 10. & σώματα νεκρῶν in Eurip. Troad. vs. 91. & ſic Lat. *corpus*. Mox vs. 961. in Schol. B. lin. 10. f. leg. ὑπερβαλλομένην τοῦ πρέπου. Ante ὅλου τοῦ γένους vel deeſt nomen unde pendent hi genitivi, quod quale fuerit nunc non divino; vel leg. καὶ ὅλον τὸ γένος αὐτοῦ. In eodem ad vs. 981. lin. 4. l. εἰ διπλᾶ. & lin. 5. δεῖ. Tum notes Var. lect. libri veteris quam memorat ἀχέω τόδ' ἔγγυθεν. F. ἀχέω τοίνυν τόδ' ἔγγυθεν. Denique legit Schol. in ſuo γόων τοίων, quod & alii præferunt, ut docent Var. Lect.

Vs. 998. Σὺ τοίνυν οἶσθα διαπερῶν. Legere ma-

malim cum Schol. priore in præterito tempore διαπερῶν. Alter hunc verſum tribuit Iſmenæ, ſequentem Antigonæ, ita ut illa ſermonem continuet verſu quarto & parte quinti; hic præterea diſtinxit poſt σὺ δ' οὐδὲν ſubauditque οἶσθα ex verſu ſuperiori, alter junxit totum verſum in quo dele prius ἐ. Ibi rurſus vs. 993. leg. πολυορμήτων, & in Scholio ad locum præſentem lin. 11. βουλομένη. vs. 1003. & 1004. ἐπελθόντα. Lectionis varietatem, cujus meminit, in aliis quoque libris invenit H. Steph. mox vs. 1005. Turneb. edidit καὶ τὸ πρέσσω ——

Vs. 1010. Ποῦ σφε θήσομεν χθονός; Recte Schol. θάψομεν exponit, Soph. Oed. Colon. vs. 1474. ἀλλ' ἐν τάφοισι θέσθε κἀν κτερίσμασιν. Idem in Aiac. vs. 1131. εἰς ταφὰς ἐγὼ θήσω δικαίως. hinc θήκη *ſepulcrum*. Quod addit χθονὸς, fecit ne obſcurum eſſet quid voluerit indicare; quia alias ποῦ θήσω; ποῦ θήσομεν τὸ καὶ τό; diliberandi ſunt formulae, quibus ſignificamus nos incertos quid pretii ſtatuendum ſit, quidve judicandum de quopiam. Ariſtid. Tom. II. p. 183. εἰ δὲ τοσοῦτο δύναιτ' ἂν τὸ — τόγε ἐσχηκέναι — ποῦ θήσομεν; Adde p. 244. & Tom. III. p. 136. nec non Soph. in Philoct. vs. 457. ποῦ χρὴ τίθεσθαι ταῦτα; In Schol. B. mox vs. 1012. Vid num ſcripſerit εὐν[illegible], εὐναίαν. & vs. 1015. lin. 9. l. ὑπέρ.

Vs. 1015. Claudicare atque ſyllaba truncum

cum non latuit Doctiſſimum D'Arnaud adſumentem hinc ut ferret laboranti metro opem ἐν; poſſet etiam legi τῆς χθονὸς, vel quod malim μέσου γῆς. Ad rem conf. Soph. Antig. vs. 21. ſeqq. & vs. 200. ſeqq.

Vs. 1021. Πολυνείκους νεκρόν. Pro Πολυνείκη. eadem circumlocutione Soph. in Antig. vs. 26. & Eurip. Phoen. vs. 1623. Πολυνείκους νέκυν.

Vs. 1022. Ἔξω βαλεῖν ἄθαπτον ἁρπαγὴν κυσὶν Varie hoc efferunt reliqui Tragici. Soph. Antig. vs. 211. Ἐᾶν ἄθαπτον καὶ πρὸς οἰωνῶν δέμας καὶ πρὸς κυνῶν ἐδεστόν. Eurip. Phoen. vs. 1624. ἐκβάλλετ' ἄθαπτον τῆσδ' ὅρων ἔξω χθονός. vs. 1628. ἐᾶν ἄκλαυστον ἄταφον οἰωνοῖς βορᾶν. Soph. rurſus in Antig. vs. 29. ἐᾶν ἄκλαυστον ἄταφον οἰωνοῖς γλυκὺν θησαυρὸν εἰσορῶσι πρὸς χάριν βορᾶς. Unde videtur mutuatus Euripides in Suppl. vs. 282. μὴ ἀτάφους χάρματα θηρῶν παῖδας κατίδῃς. Adde, nam omnia adſcribere piget, Eurip. Phoen. vs. 1644. Herc. Fur. 568. in Electræ vs. 896. Troad. 450. & 594. Heracl. 1050. Jon. 504 & apud Comici Schol. ad Aves vs. 347. Nec non Soph. Ajac. 845. vs. 1087. & 1317. Noſtrum in Prom. vs. 585. & Lycophr. vs. 955. In Schol. B. l. τροφήν. & ad vs. 1025. μύσος.

Vs. 1027. Ἱερεῖ πόλιν. Schol. explicat ἐπιλιόρκει non quod τῷ ἱερεῖν hanc propric tribuat ſignificationem; ſed ut oſtendat de conatu

acci-

accipiendum Herodot. Lib. IX. c. 108. πόλις τε ἐδίδου καὶ χρυσὸν ἄπλετον i. e. *offerebat* ut recte interpres. Sic in Eumen. vs. 318. ἐπικρύπτει. apud Baſil. Tom. II. p. 151. c. κατεστρατήγει. & omnes frequenter alios. Liv. Lib. VII. c. 12. *ruendo in arma & dimicationem*. & c. 17. *omni ope impediebant*. Similiter in participiis, ut πεσόντων in Soph. Electr. vs. 325. κτείνουσα Eurip. Androm. 810. *Fruſtra renitente Æmilio* Liv. Lib. V. c. 28. Quin in adjectivis ut χλωρὰς ἐέρσαις apud Pind. Nem. Od. VIII. vs. 69. pro χλωροποιοῖς, vid. ibi Schol. & ad Pyth. Od. IV. vs. 144.

Vs. 1029. — πετεινῶν τόνδ' ὑπ', οἰωνῶν δοκεῖ
Ταφέντ' ἀτίμως, τοὐπιτίμιον λαβεῖν.

Obſcure nimis interpres *ſic volitantibus in alitibus viſum eſt* — Eſt quaſi ἀνακεφαλαίωσις praecedentium. ταφέντα Schol. non modo explicat βρωθέντα, quod ſatis commodum, ſed & ῥιφθέντα, quomodo ſi ſcripſit, non video quo pacto ita potuerit exponere; ſed dederat fortaſſe κρυφθέντα. An enim Græci θάπτειν ſic adhibuerint ut Plaut. in Amph. V: 1, 21. *Sepultus eſt quaſi ſit mortuus*, ubi videtur valere *proſtratus jacet*, ἐρρίφθη, ſic inquam an uſurpaverint neſcio. ὑπ' οἰωνῶν ταφῆναι quod dicit, id pari modo Achill. Tat. Lib. III. p.

165. ἐν ἰχθῦσι ταφῆναι. Lucian Tom. I. p. 243. τῶν κορακῶν τυπτομένων τοῖς πτεροῖς ὁπότ' ἂν συνελθόντες θάπτωσί με. Ignat. Epiſt. VIII. §. 4. ἄφετέ με θηρίων εἶναι βορὰν — μᾶλλον δὲ κολακεύσατε τὰ θηρία, ἵνα μοι τάφος γένωνται. Iterum Achill. Tat. Lib. III. p. 195. ἡ τῶν σπλάγχνων σου ταφὴ λῃστῶν γέγονε τροφή. Conf. notas Pearce ad Longin. Sect. III. & *volucres caneſque* ταφίας vocat Soph. in Electr. vs. 1619. ex mente Schol. conf. Sueton. in Aug. c. 13. & Meurs. ad Lycophr. vs. 154. Quin *mors* ipſa τάφος nomine occurrit in Eurip. Iphig. Aulid. vs. 1444. certe rogat ibi Iphigenia τί δαὶ τὸ θνήσκειν οὐ τάφος νομίζεται; Ceterum ut inter Græcos aliaſque gentes cultiores ſumma erat ignominia ſepulturæ munere deſtitutum alitibus feriſque expoſitum jacere, ita contra apud Barcaeos obtinebat τοὺς μαλακῶς καὶ ἀνάνδρως νόσῳ θανόντας πυρὶ θάπτεσθαι, τοὺς δὲ ἐν πολέμῳ βίον καταστρέψαντας ὡς καλοὺς καὶ ἀγαθοὺς γυψὶ προβάλλεσθαι. teſte Æliano de Anim. Lib. X. c. 22. de verbo θάψαι egregia vid. obſervantem Virum eruditum. in Miſc. Obſerv. Vol. V. Tom. I. p. 21. ſeqq. & Cuper. Obſerv. Lib. I. c. VII. Ordo verborum loci totius hic eſt οὕτω δὲ δοκεῖ τόνδε τὸν ἀδελφὸν τοῦτον νεκρὸν Πολ. ἔξω β. α. ἀρπ. κ. —— τοὐπιτίμιον λαβεῖν ἀτίμως ταφέντα ὑπὸ τῶν οἰωνῶν π. καὶ μήτε ὁ. χ. τ. — nam quæ continentur vs. 1023. — 1027. tanquam per parentheſin inſeruntur, unde, ut ſolet, redordiendi ſermonis ergo τόνδε vs. 1028. repetitur. Pro ἀτίμως perſuaſio haere-

bat-

bat animo legi poſſe ἀτύμβως non invenuſta ut videbatur oxymori ſpecie, ſed ut verum fatear acute magis quam vere, nam vulgata lectio ſenſum habet commodum, quin eodem tendentem, quo ducit propoſita correctio. Per τυμβοχόα χειρώματα intelligit opinor tam libationes, quam victimas. Eurip. Hec. vs. 121. δόξα ἐχώρει δίχ᾽ ἀν᾽ Ἑλλήνων στρατὸν τοῖς μὲν διδόναι τύμβῳ σφάγιον τοῖς δ᾽ οὐχὶ δοκοῦν. Ad rem funebrem quæ pertinent hinc præter auctores qui ex profeſſo id egerunt, quædam obſervavit Herald. Lib. I. Adverſ. c. IX.

Vs. 1035. Ἢν μή τις ἄλλος τόνδε συνθάπτειν θέλῃ
Ἐγώ σφε θάψω, κ᾽ ἀνὰ κίνδυνον βαλῶ

Eadem Antigone apud Soph. in cognomini fabula vs. 71. κεῖνον δ᾽ ἐγὼ θάψω, καλόν μοι τοῦτο ποιούσῃ θανεῖν. & in Eurip. Phoen. vs. 1734. ὃν εἴ με καὶ θανεῖν χρεὼν σκοτίᾳ γᾷ καλύψω. Deinde ut hic & infra vs. 1076. συνθάπτειν, ſic Soph. in Ajac. vs. 1398. τὸν θανόντα τόνδε συνθάπτειν θέλω, καὶ συμπονεῖν. ubi nullis fidiculis extorqueo ſenſum quem Schol. tribuit: alium enim non fundunt verba, nec fundere poſſunt, quàm hunc, σύν σοι θάπτω, vel ἐγὼ καὶ σὺ θάπτω. In noſtri verbis mirifice divexarunt criticos illa κ᾽ ἀνὰ κίνδυνον βαλῶ. Obfuit ſcilicet, quod jam

aliquoties obſtitiſſe vidimus, præpoſitio à ſuo verbo interpoſito κίνδυνον ſejuncta, cui ſi præpoſueris, habebis ἀναβαλῶ κίνδυνον ſenſu aperto, pro ἀναῤῥίψω κίνδυνον *periculum adibo*, de qua phraſi vid. H. Steph. in Theſ. L. Gr. quod idem dicit in V. L. adferri ſine exemplo ῥίπτειν κίνδυνον, ſenſu eodem, habes in Eurip. Ino vs 23. ubi κίνδυνον μέγαν ῥίπτειν. Heliod. Lib. V. p. 244. προῦπτον ἀναῤῥίπτειν θάνατον, ut ἀναῤῥίπτειν κίνδυνον & μάχην. Quanquam autem ad manum non ſint exempla in quibus βάλλειν & ἀναβάλλειν κίνδυνον; tamen non eſt quod dubitemus de locutionis probitate, cum in Eurip. Suppl. vs. 330. legamus ἀλλὰ βλήματα ἐν κύβοις βάλλειν, & alterum per alterum exponat Heſych. V. Ἀνέῤῥιψαν.

Vs. 1036. Θάψασ' ἀδελφὸν τὸν ἐμὸν, οὐδ' αἰσχύνομαι
Ἔχουσ' ἄπιστον τήνδ' ἀναρχίαν πόλει.

Variis in locis hæc videtur imitatus Sophocles; vid. Ajac. vs. 1131. 1162. 1346. & ſequentes. ναυτικὴν ἀναρχίαν dixit Eurip. in Hec. vs. 607. ἀκόλαστος ὄχλος ναυτική τ' ἀναρχία pro ἀνυποταξία ut expl. Schol. unde emendandum in Dion. Chryſ. Orat. XXXII. p. 389. A. ὡς τῶν τεχνικῶν ἔφη τις ἐπὶ τοῖς τοιούτοις· ἀκόλαστος ὄχλος ναυτική τ' ἀναρχία pro κωμικῶν & ἀταξία. Modo non ſint

ſint ipſius auctoris ἁμαρτήματα μνημονικά. Subſequitur abhinc non longe τούτου δὲ σάρκας — λύκοι πάσονται. ubi alii libri legunt σπάσονται. quod præferam ut illo altero lupis accommodatius. Soph. Antigon. vs. 264. σημεῖα δ' οὔτε θηρὸς, οὔτε του κυνῶν ἐλθόντος, οὐ σπάσαντος ἐξεφαίνετο. Et de eodem Polynice vs. 1212. κυνοσπάρακτον σῶμα Πολυνείκους. vs. 1093. σπαράγματα κυνῶν. adde Eurip. Bacch vs. 339. Hec. vs. 1126. Longum Lib. III. p. 89. Parthen. Erot. c. 10. & ſic alii complures. Hinc λυκοσπαδὲς εἰς apud Ælian. de Anim. Lib. I. c. 38. Et *equi* λυκοσπάδες apud Heſychium. Eodem modo *Lacerare* Lat. Petron. c. 115. & 116. aliique. αἵματος πάσασθαι habet Soph. in Antig. vs. 208. Herodot. Lib. I. c. 73. τῶν κρεῶν τούτων ἐπάσαντο. Add. Lexica. & Ælian. de Anim. Lib. c. 41. In Schol. B. ad vs. 1039. lin. 4. l. σπερελθόντες.

Vs. 1050. Αὐδῶ πόλιν σε μὴ βιάζεσθαι τόδε.

Soph. in Antig. vs. 674. νόμους βιάζεται. & vs. 66. βιάζομαι τάδε. Sequitur illico ἄθαπτος δ' οὗτος οὐ γενήσεται. ut totidem pene verbis Creon apud Eurip. in Phoen. vs. 1650. ἄταφος ὅδ' ἀνὴρ, ὡς μάθῃς, γενήσεται.

Vs. 1055. Ηδη τὰ τοῦδ' ου διαπετίμηται θεοῖς.

Vereor ne fruſtratum hic ſit Virum doctum a-

acumen, dum pro οὐ ſubſtitutum vult εὖ; ego per interrogationem prolata exiſtimo; quaſi dicat *nonne a Diis eum pridem neglectum ſufficit, & pœnæ ſatis?* neque aliter legiſſe Schol. utrumque, vid. priorem ad vs. ſeq. cujus verba ad locum præſentem aperte corrupta, ſic reſtituo, τὰ περὶ τῆς τιμῆς τούτου τοῦ Πολυνείκους; ὑπὸ θεῶν οὐ κέκριται καλῶς, ἀλλ' ἄτιμος καὶ οὗτος π. θ. De Deorum ira in Polynicem conſ. Soph. in Antig. vs. 288. ſeqq. κακῶς & καλῶς in Schol. ſæpius permutata. H. Steph. vid. Obſerv. p. 683. Mox in altero ad vs. 1059. lin. 4. legendum ſuſpicor μή πως ἀλλήλοις καταστῶσιν εἰς μάχην. lin. 8. vel παραστηκιάζει vel παραστηκιάζων. & vs. 1068. ἀποδιώκω καὶ ἀπαγορεύω.

Vs. 1069. τί πάθω; τί δρῶ; τί δὲ μήσωμαι; Sic in Eumen. vs. 791. τί ῥέξω; τί γένωμαι; vid. Spanh. ad Comici Plut. vs. 57. & ad Callim. H. Del vs. 127. ſequitur προπέμπειν ἐπὶ τύμβῳ, quæ legitima eſt locutio, vid. Kirchm. de Fun. Lib. II. c. 10. & Herald. Adverſ. Lib. I. c. 6. Schol. B. ut videtur, legit τύμβον.

Vs. 1075. Γενεᾷ κοινὸν τόδ' ἄχος. Obſerves γενεὰν abſolute nihil quoquam accedente, quo iſtud ſubindicetur, pro *genere humano*, prout in Phædri Lib. II. Prol. vs. 1. Viri docti accipiunt *genus*, quibus haud gravate accedo, quia ſubdit

Neo-

Nec aliud quidquam per ſabellas quæritur,
Quam corrigatur error ut, MORTALIUM.

Alibi notat *gentem* ut in Perſ. vs. 915. γενεὰ Περσῶν, & apud Eurip. Helen. vs. 469. γένος. quomodo iterum Lat. *genus*.

Vs. 1085. ἀλλοδαπῶν κύματι φωτῶν. Sic ſupra κακῶν κῦμα vs. 764. Ut Lycophr. vs. 228. ubi vid. Potter. κῦμα συμφορᾶς dixit Eurip. Hippol. vs. 824. & πολέμου κῦμα Ariſtid. Tom. I. p. 225. add. Stanl. ad Perſ. vs. 90. ſic ῥεῦμα φωτῶν in Perſ. vs. 88. στρατοῦ vs. 412. ut & Eurip. Iphig. Taur. vs. 437. Quo referas licet ῥεῖ πολὺς λεὼς ſupra vs. 80. & in Eurip. Hippol. vs. 443. Κύπρις οὐ φορητὸς ἢν πολλὴ ῥυῇ. Qui verſus una cum tribus ſequentibus refertur item inter fragmenta ex Hippolyto altero; proprie Ariſtid. Tom. I. p. 532. ποταμὸς ἔῤῥει πολὺς ἐξ ὄμβρων.

CAP. XXIII.

Obſervantur quædam in Æſchyli Perſis. Schol. tentatur. Idem emendatur. Ἐφορεύειν. Ἐξορμᾶν *&* ἐξορμᾶσθαι. *Ariſtides tentatur.* Αντίπορος, ἀντίῤῥοπος. *Schol. Demoſthenis corrigitur. In Arriano emendatio proponitur.* Αντήρης, ἀντίπορθμος *&* ἀντίπρωρος.

Vs. 1. τάδε μὲν Περσῶν τῶν οἰχομένων

πι-

—— —— πιστὰ καλεῖται
Καὶ τῶν ἀφνεῶν καὶ πολυχρύσων
Εὐρανῶν φύλακες, —— ——

Diverſa hoc de loco fuit Grammaticorum ſententia; quidam πιστὰ contractum ex πίστειρα exiſtimarunt urbe in interiore Perſide ſita; ſic præter Schol. Heſychius; quorum ſi vera eſt opinatio, eadem hic ſtatuenda fuerit ſyncope, quæ obtinere creditur apud Homerum in V. πρέσβα pro πρέσβειρα. Alii, quibus ipſe haud gravate acceſſerim, jungenda judicant τάδε μὲν Περσῶν πιστὰ καλεῖται φύλακες, noto atticiſmo, de quo infra vs. 860. pro ἡμεῖς ἐσμὲν οἱ πιστοὶ φύλακες. Conf. hic not. Stanl. καλεῖσθαι pro εἶναι nec Æſchylus ignorat: vid. S. C. Theb. vs. 935. & infra 242. Schol. verba mutila eſſe jam detexit H. Steph. ea hoc modo tentabam ſupplere ὅτι ἀποπλήσσοντες οἱ κατὰ τὸν χορὸν ἑαυτοὺς λέγειν πιστώματα, Περσῶν εἶπον. In Scholio ad vs. 3. delenda cenſeo καὶ τῶν ἀφνεῶν, & reliqua connectenda cum proxime præcedenti. Πίστειρον & Βίστειρος Thraciæ ſunt oppida apud Ethnicographum, eadem fortaſſe quae in Harpocrat. V. Μάστειρα dicuntur Βάστειρα & Πίστειρα.

Vs. 4. —— —— κατὰ πρεσβείαν
Οὓς αὐτὸς ἄναξ Ξέρξης βασιλεὺς
Δαρειογενὴς

Εἵλετο χώρας ἐφορεύειν.

Κατὰ πρεσβείαν εἵλετο, ut καὶ γῆρας ἐποθνήσκει Anton. Liberal. c. XXXIII. & XXXVII. & καὶ τροφῆς ἔνδειαν cap. XXXIX. Noſter iterum Eumen. vs. 689. ἦλθον Θησέως καὶ φθόνον. Et ſic paſſim alii. Quod junctim legis ἄναξ βασιλεὺς non videtur de nihilo, ſed ἄναξ ſpectare ad providam Xerxis curam vid. Euſtath. ad Il. A. p. 16. med. & Spanh. ad Callim. H Jov. vs. 2. Tum quia dubium poteſt eſſe ſitne χώρας caſus ſecundus, an quartus numeri pluralis, videndum quid uſus ferat; noſter Suppl. vs. 684. Ἄρτεμις Ἑκάτη γυναικῶν λόχους ἐφορεύει. vs. 634. Ζεὺς ἐφορεύει στόματος τιμάς. Et Eum. vs. 534. ἄλλα ἄλλᾳ ἐφορεύει. Eadem rectio eſt τοῦ ἐποπτεύειν ejuſdem fabulæ vs. 224. Mox notabis ſtructuram variatam νόσῳ τῷ βασιλείῳ καὶ στρατιᾶς, pro βασιλέως, quomodo vs. 76. πεζόνομοι ἔκ τε θαλάσσης ἐφέτῳ.

Vs. 24. Βασιλῆς βασιλέως ὕποχοι μεγάλου.

Idem fere ὕποχος, qui κάτοχος, ut ὑπήκοος qui κατήκοος. Xenoph. II. K. Π. p. 36. init. ὁ Ἀρμένιος πρόσθεν ἦν ὑπήκοος Κυαξάρει. Herodot. Lib. III. c. 88. καὶ οἱ ἦσαν πάντες κατήκοοι. Alibi additur caſus ſecundus vid. Lex. De peculiari regis Perſarum titulo *Regis magni*, *Regis* & *Regis Regum* vid. Briſſon. de Regno

X Perſ.

Perſ. Lib. I. §. 2. & 3. Ortus is eſt ut ex hoc loco colligitur, & attigit Stanl. ex eo, quia præfecti urbium regionumque itidem *regis* nomine vocabantur; ut adeo non tam ſuperbiae, quam neceſſitati ſuos debuerit natales, quo diſtinguerentur à regibus ſubditis.

Vs. 39. Καὶ ἑλειοβάται ναῶν ἐρέται. Per ἑλειοβάτας intelligit incolas ἑλέων Ægypti, vid. poſt Schol. Spanhem. ad Julian. p. 255. Hemſterh. ad Ariſtoph. Plut. vs. 178. & Weſſeling. ad Hierocl. Synecd. p. 726. Thucydide teſte Ελειοι iſti Ægyptii erant omnium bellicoſiſſimi vid. Lib. I. c. 110. De Lydis ἁβροδιαίτοις Caſaub. Animad. in Athen. Lib. XV. c. 12.

Vs. 46. Επόχους ἅρμασιν ἐξορμῶσι. Tranſitive quam abſolute frequentius verbum inveneris apud auctores paulo antiquiores. Soph. Trachin. vs 1105. θάλλουσα (ἡ νόσος) ἤνθηκεν, ἐξώρμηκεν. Eurip Iphig. Taur vs. 1437. παῦσαι διώκων, ῥεῦμά τε ἐξορμῶν στρατοῦ. Idem Rheſ. vs. 788. ἔννυχος ἐξώρμα φόβος. & Longus Paſtor. Lib. III. p. 79. καὶ γέροντας ἐξώρμησε τὰ — Hinc in voce paſſiva Soph. Trachin. vs. 946. ἐν ᾧ τὸ κεῖσε δεῦρό τε ἐξορμώμεθα. ut ἐισορμᾶσθαι ibid. vs. 930. Add. Eurip. in Electr. vs. 642. & Longum Lib. II. p. 68. Neque tamen pro uſu abſoluto exempla deſunt probatorum ſcriptorum; ut oſtendunt præter producta

ducta à Bud. in Comm. & Græv. ad Luciani Soloeciſt. p. 741. Eurip. Troad. vs. 1131. ἐξώρμα χθονός. Longus Lib. II. p. 71. ἐπὶ στεφάνοις θήρας ἐξώρμησεν ὁ Δάφνις. Ariſtid. Tom. II. p. 351. ξυναυλία, ἐφ' ᾗ Ῥόδος ἐξωρμήκει. Vertit Canterus *concentus ad quem Rhodus expirarat.* quem ſenſum quod ex Græcis haud elicerem, nec præterea ſatis intelligerem locum, tentabam ὑφ' ᾗ. Pollux Lib. I. Segm. 195. ὑπὸ σάλπιγγι ἐξορμῶν ἵππος. ut Soph. in Electr. vs. 714. ὑπαὶ σάλπιγγος ᾖξαν. Heſych. Ἐξορμᾷ, ἐκπηδᾷ, ἔξεισιν, ἐκτρέχει. Mox ut legimus Τμώλου πελάται, ſic λέκτρων πελάταν dixit Soph. in Philoct. vs. 696. & vs. 1179. ξένον πελάταν. Tum qua ratione Tmolum dicat ἱερὸν docet Spanhem. ad Callim. H. Del. vs. 70.

Vs. 58. Δειναῖς βασιλέως ὑποπομπαῖς. Dum expecto qui doceat ὑπὸ illam induere compoſitis virtutem, quam hic agnoſcunt veteres critici, mihi dubium non erit legendum quin ſit ὑπὸ πομπαῖς ſeparatis, quæ male in unam vocem coaluere. Simplex πομπὴ pro *inſtinctu* habes in Ariſtid. Tom. I. p. 181. πέμπουσι θείᾳ πομπῇ γῆν ἐπὶ πᾶσαν ἀφορμὰς τοῦ βίου & Ζεφύρου πομπαῖς dixit Pind. Nem. Od. VII. vs. 43. Vid. Lex. nec ὑπὸ pro *per* ſine exemplo eſt. Ariſtid. Tom. II. p. 395. ἡλίου φῶς ὑφ' ᾧ σωζόμεθα. & paſſim. Hinc ſenſu valde commodo ὑπὸ πομπαῖς βασιλέως accipi poterit pro *ducente rege*, vel *regis ductu.*

quomodo in Agam. vs. 127. legimus ἀρχοὺς πομπούς. Nec obſtabit, opinor, huic expoſitioni adjunctum δεινοῖς, ut cujus eæ ſunt ſignificationes, quæ hinc minime alienæ.

Vs. 66. Ἀντίπορον γείτονα χώραν. Ut in Suppl vs. 553. ἀντίπορος γαῖα. & Eurip. in Med. vs. 210. Ἑλλὰς ἀντίπορος. Add. Oppian. II Cyneg. vs. 139. His autem in locis uti ſine caſu ponitur, ita in aliis modo cum ſecundo, modo cum tertio. Arrian. Hiſtor. Ind. c. III. ταύτῃσι (τῆς θαλάσσης) ἀντίπερον θαλάσσην ποιέει ἡ — Idem Expedit. Alex. Lib. I. c. XXVIII. ἀντίπορον αὐτῷ ὄρος ἄλλο ἐςὶν ἐν μεῖον ὑποτεμον. Ubi quæ notat Jac. Gronov. Vir Cl. vix intelligo; ait ſcil. vicinum eſſe ἀντίπορον τῷ ἀντίῤῥοπον, ſed conſtructione diverſum; niſi fortean pro *conſtructione* ſcripſerat *ſignificatione*, quamquam nec ſic procedet, quia ἀντίῤῥοπος in loco quem adfert probum ſi ſit, idem utique quod ἀντίπορος, de cujus ſtructura duplici vid. quæ obſervavi ad Heſych. V. Ἀντίπρωροι. Neque aliter ſolet conſtrui ἀντίῤῥοπος, Ariſtid. Tom. I. p. 374. γένους ὄνομα ἀντίῤῥοπον πᾶσιν. & p. 277. ςόλος ἀντίῤῥοπος τῷ προτέρῳ. quod noto præcipue ob Schol. Demoſth. ad Olynth. I. p. 5. cujus ex præcepto tantum genitivum regit, ἰσόῤῥοπον dativum. Conf. Suid. & H. Steph. Theſ. Secundum caſum ex mente Schol. addit Soph. in Electr. vs. 119. λύπης ἀντίῤῥοπον ἄχθος. Verum dimittere nequeo illud

illud Arriani in Lib. IV. Exp. Alex. c. XXVII. γήλοφος ἐστὶν ἀντίῤῥοπος τοῦ τῶν Μακεδόνων στρατοπέδου. quomodo ſi ſcriptum reliquit auctor, manifeſto, ut dixi, adhibuit pro ἀντίπορος, quod cum haud videatur pati verbi notio, quæ proprie eſt *pondere æqualiter vergens*, & hinc *æque pollens*, de *colle* quo pacto uſurpare potuerit *caſtrorum* reſpectu non video, niſi adſumas in verbis τοῦ τῶν Μακεδόνων στρατοπέδου itidem γηλόφου, hoc ut dicat, Macedonum caſtra in colle æque edito fuiſſe locata, quomodo πέτρα ἀντίπυργος in Eurip. Bacch. vs. 1095. Verum ita quis loquitur poëta, nedum hiſtoricus? ut vehemens mihi ſit ſuſpicio, & hic ſcriptum ab Arriano fuiſſe ἀντίπορος, quo ad exemplum Xenophontis, jam bis fuerat uſus. Ceterum ἀντήρη χώραν ſenſu eodem poſuit Eurip. Troad. vs. 220. & ἀντίπορθμος, quod ex Strabone obſervat Gronovius, idem habet Jon. vs. 1585. Lucian. in Lapith. p. 860. Lycophr. vs. 1071. & 1368. nec non Ælian. de Anim. Lib. V. c. 56. extr. cujus quoque eſt Lib. II. c. 46. ἀντίπρωροι (οἱ γῦπες) τῷ νότῳ πέτονται, quæ totidem verbis leguntur apud Theophyl. Quæſt. Phyſ. c. VIII. Add. Oppian. II. Cyneg. vs. 54. & Eurip. in Electr. vs. 846. Verbum ἀντιῤῥέπειν pro ἐξισοῦσθαι eſt in Æſch. Agam. vs. 582. νικᾷ τὸ κέρδος, πῆμα δ' οὐκ ἀντιῤῥέπει.

Vs. 76. Πεζονόμοις ἔκ τε θαλάσσης, πεποιθὼς ἐφέτῃς. Lego ſublata diſtinctione π. ἔκ τε θαλάσσης πεποιθὼς ἐφ. Interpunctionem pravam cum Schol. ſecutus interpres interpolat verſionem τῷ *copiis*. Per ποιμανδρίων intelligit copias, per πεζονόμους καὶ θαλασσίους ἐφέτας imperatores, qui terra quique mari utriuſque exercitus ducendi & quaſi paſcendi (nam manet in metaphora) erant periti. Vs. 70. qui Schol. Φρύξος, is aliis Φρίξος vid. Apollod. Lib. I. c. 9. & Schol. Apoll. Rhod. Lib. II. vs. 1146. de Phrixi portu adi Steph. Byz. & ejus interpretes.

Vs. 87. Δόκιμος. Interpres *expectandus* tanquam legeretur προσδόκιμος. Rectius Schol. exponit ἀνδρεῖος. Heſych. τέλειος, χρήσιμος. & ſic frequens. vid. infra vs. 547. ubi δοκίμως valet *jure*, *merito*, *quod nemo improbet*. Herodotus cum alibi, tum Lib. III. c. 75. ἀνὴρ δόκιμος. vs. 84. σύρον ἅρμα ponitur pro Ἀσσύριον, de quo conf. Spanh. ad Julian. Cæſ. p. 187. verſu proximo l. τοξοδάμνον præeunte Tzetze monet ad Lycophr. vs. 1331. Potter. In Schol. ad vs. 89. malim ferme legere Φρίξῳ σι.

CAP.

CAP. XXIV.

In Æſchylo recepta lectio adſeritur & explicatur. Participia cum verbis ſuis juncta, nec non infinitivi. Athenæus vindicatur. Schol. Æſchyli tentatur. Εισοϱᾷν. Αλσος πόντιον & ἁλίρρυθον. Πόλις. *Pollux bis emendatur.* ἄστυ *pro* inſula. Εξαμεῖψαι. *Heſychius aſſeritur.* Εισαμεῖψαι, πλέσαι & ὑπερπλέσαι. Τόξου ῥῦμα. *Æſchyli verſio corrigitur.* Μεθίστημι relinquo, morior. *Philoſtrati interpres correctus. Negatio ſemel poſita repetitur. Petronius vindicatur.* Εἶναι ἑαυτοῦ, ἐντὸς & ἐν ἑαυτοῦ &c. ἐκπλεῦσαι τῶν φρενῶν. Εν γειτόνων. *In Suida edita lectio adſerta.* Ενδον, ἐντὸς & ἔσω *pro* ἐν, εἰς *& contra.* Εαυτοῦ *omnium perſonarum & Lat.* Suus. *Petronius iterum vindicatur atque illuſtratur.* Εἰς ᾅδου & ἐν ᾅδου.

Vs. 100. Τόθεν οὐκ ἔστιν ὑπὲρ θνατὸν ἀλύξαντα φυγεῖν.

Quidam libri legunt ὕπερθεν τὸν ἀλύξαντα. ſtructura non mediocriter faciliori, & vel ideo ſuſpecta. Edita certe non uno modo explicari poteſt; ut τόθεν vel ſit poſitum pro ὅθεν *unde*, vel pro ἃ tanquam ſcriptum eſſet ὑπὲρ ἃ οὐκ ἔστι φυγεῖν τὸν θνητὸν ἀλύξαντα *quos laqueos hominem non licet vitando effugere & ſuperare.* Sic ἀλύξαντα φυγεῖν dictum erit ad inſtar ἰδὼν εἶδον in Luciani Dial. Men. & Protes. Ariſtid. Tom. I. p. 211.

ψή-

ψήφισμα τεοπαίȣ κρεῖτἰον εἰς μνήμην ΕΝΙΚΗΣΕΝ ἅμα λό-γῳ καὶ ἔργῳ ΝΙΚΗΣΑΝ. p. 137. ΤΕΛΕΥΤΩΝ εἰς ταῦ-τα ΕΤΕΛΕΥΤΗΣΕ. Herodot Lib. VII. c. 184. τοῦτο μὲν οὖν τὸ — ναυτικὸν ΗΝ σύμπαν ΕΟΝ. Pind. O-lymp. Od. VI. vs. 63 ὤχετ' ἰών. Ariſtid. Tom. III. p. 91. εἰσῆλθε παρελών. Noſter Agam. vs. 121. βοσκόμενοι ἐφέρβοντο Soph Ajac vs. 1186. πα-χύνας σπεῦσον ubi vid Schol Hor Vitring. A-nimad. in Vorſt. c. VII. & inprimis Stol-berg. ad Soph. Ajac. p. 194. ſeq ubi perite obſervat tunc potius græcos cenſeri poſſe lo-qui more Hebraeorum, quando infinitivum adjungunt verbo finito; ut nec videatur o-pus cum Caſaubono & Vitringa in Athe-næo pro καὶ προσελθών φησι λέγειν reſcribere λέγων. Xenoph. Lib. I. κ. π. p. 6. haud procul ab init. τ̀ Λευάγην σκώψαντα εἰπεῖν, ὀυχ ὁρᾶς φάναι. Sic inquam verba hujus loci poſſunt intelli-gi, vel etiam per hyperbaton hoc ordine, τόθεν φυγεῖν ἐςιν ὑπὲρ θνητ̀ ὀυκ ἀλύξαντα *niſi quis evitare didicerit*. Vel denique ἡ ὑπὲρ conjun-genda cum φυγεῖν, aut ἀλύξαντα, ut ſit *quos la-queos nemini mortali ſuperare licet, etiam-ſi omnibus viribus id conetur.* Nam præceſ-ſit τίς ἀνὴρ θνατὸς ἀλύξει; & τίς ὁ κραιπνῷ ποδὶ πη-δήματος εὐπετέως ἀναΐσσων; Atque ita φυγεῖν ὑπὲρ ἀρκτύων Eurip in Bacch. vs. 868. ὑπερτελέσαι ἀκτύων infra in Agam. vs. 366. & ἀρκύστατον ὕψος κρεῖτἰον ἐκπηδήματος, vs. 1385. Mox in

Schol.

Schol. ad vs. 105. pro χαείζει forſan leg. χαίρουσι.

Vs. 110. Εσορᾶν πόντιον ἄλσος. Recte interpres *adſpicere*, quo utuntur Lat. de intrepido conatu. πόντιον ἄλσος dixit, ut ἁλίρρυτον ἄλσος. in Suppl. vs. 875. infra vs. 893. Ικάρου ἔλος. Vid. & Stanl. notas. De locutione Φρὴν ἀμύσσεται φόβῳ, quæ ſequitur in continenti, vid. Bos Obſ. Crit. c. XXXVI.

Vs. 117. Πόλις. De regione adhibuit uti jam monuit Spanhem. ad Julian. Cæſ. p. 148. & 227. Paſſim occurrit pro *inſula* vid. Eumen. vs. 77. & 866. ſeqq. Eurip Jon. vs. 1583. Κυκλάδας ἐνοικήσουσι νησαίας πόλεις. Add. Pind. Pyth. Od. VIII. ult. & plura apud Cl. Weſſeling. ad Anton. Itiner. p. 523. atque Iſ. Voſſ. ad Scyl. Peripl. p 92. ubi & prioris uſus exemplum invenies. Verba Pollucis Lib. IX, 27. quæ ibidem adferuntur, quæque ut Voſſii ſic aliorum eruditorum torſere ingenium hoc, ni fallor, pacto ſuæ reſtituenda integritati, τοῖς γὰρ ποιηταῖς καὶ τὰς κώμας λέγουσι (νήσους, καὶ τὰς νήσους) πόλεις οὐ προσεκτέον. Uncis incluſa deſiderantur hodie aperta omiſſionis à librario admiſſæ cauſa, ob bis nempe repetitum καὶ τάς. Tum ne dubites νήσων nomine κώμας intelligi ſolitas, en tibi ejus rei teſtem Euſtath. ad Il B. p. 140: 18. ubi monet ſic quoſdam Grammaticos accepiſſe vs. 108.

Πολλῆσι νήσοισι καὶ Ἄργεϊ παντὶ ἀνάσσειν.

quibus tamen haud ſuffragatur Thuc. Lib II. c. 9. Ceterum in abſtergenda Polluci hac labe dum verſor alia in oculos incurrit ei proxima in verbis ἡ δὲ ἰσθμῷ ἢ πορθμῷ περιοικοῦσα πόλις ἀμφίπολις. ubi quæ Kuhnius notat de Amphipoli ex Thuc. Lib. IV. c. 102. vereor eo ut faciant; vid. modo verba hiſtorici, ſimulque Steph. Vera lectio fuiſſe videtur. ἀγχίπολις, ut τόπος ἀγχίαλος & ἀμφίαλος. Vid. Steph. Byz. & ad eum not. Nec prætermittendum, quod licet cum Polluce Caſaub. Animad. in Athen. Lib. II. c. 5 poetis tantum tribuat illum πόλεως uſum, non tamen Lyſiam refugiſſe loco ab Harpocratione citato, atque iterum in Orat. in Andoc. ſub princ. ἔπειτα δὲ καὶ διώχληκε πόλεις πολλὰς ἐν τῇ ἀποδημίᾳ Σικελίαν, Ἰταλίαν, Πελοπόννησον, Θετταλίαν, Ἑλλήσποντον, Ἰωνίαν, Κύπρον. Tandem ut ἄστυ pro *inſula* Anacreontem poſuiſſe nos docet Heſychius, ita ἄστους νησαίους dixit Oppian. V. Hal. vs. 513. Mox vs. 123. ὅμιλος ἀπύων ex Schol. mente ſunt nominativi abſoluti, cujus generis plura vid. in Salmas. de modo Uſur. p. 715.

Vs. 131. Ἐξαμείψας ἄλιον πρῶνα. Bene Schol. explicat περάσας. Heſych. Ἐξαμείψει, ἐκτελέσει. quam expoſitionem cum H. Steph. ſuſpectam non habeam; idem quippe ea poterit intelligi, quod per περᾶσαι, *abſolvere*, *ad finem*

ſinem perducere, puta *curſum*, *iter* aut ſimile. Quomodo εἰσαμεῖψαι pro εἰσπορεύεσθαι ſupra S. C. Theb. vs. 564. τελέσητε τὰς πόλεις Matth. c. X. vs. 23. & apud noſtrum in Agam. vs. 868. ὑπερτελέσαι δικτύον.

Vs 147. τόξου ῥῦμα. Pravum eſt ῥεῦμα quod in libris quibusdam comparet. Xenoph. Lib. III. K. A. p. 182. init. ἐκ τόξου ῥύματος. Add. Suid. De voce χαιρετίζειν, quæ habetur apud Schol. ad vs. 153. vid. Cl. Hemſterh. ad Comici Schol. in Plut. vs. 752.

Vs. 157. Θεοῦ μὲν εὐνάτειρα Περσῶν. Perſas reges ſuos Deos nominaſſe præterquam ex hoc loco patet ex iis, quæ notat Stanl. unde defenditur Gorgias, quem quod Xerxen adpellaverat *Perſarum Jovem*, tumoris accuſat Longinus de Sublim. Sect. III. ubi conf. Pearce not.

Vs. 158. Δαίμων παλαιὸς νῦν μεθέστηκε στρατῷ. Interpres *vetus infelicitas*, quem ſequitur Spanh. ad Ariſtoph. Plut. vs. 386. & Ran. vs 859. Δαίμονα ſcil. accipientes pro *infortunio*, quibus haud queo accedere, quod non videam τὸ εἴ τι μὴ μεθέστηκε ita qui poſſit intelligi, quin permittere præterea non videntur Atoſſæ verba, quæ reſponſi loco ſubdit, οὐδαμῶς οὐδ' ἀδείμαντος &c. Recte haud dubie Schol. ad vs. 153. explicuerat εὐτυχίαν, εὐδαιμονίαν. Μεθέστηκε valet *reliquit*, ἀφέστηκεν & μετέστη, ut illuſtrat Heſych. Eurip. Heracl.

vs. 796. Νέος μεθέστηκ' ἐκ γέροντος αὖθις αὖ. Hinc pro *mori* Philoſtr. V. A. Lib. I. c. 13. ἐφιστὰς δ' αὐτὸν καὶ σοφῶς ἀπαγόμενος εἰς τὸ σωφρονίζοντι πείθεσθαι, ὁ μὲν πατὴρ ἔφη μεθέστηκεν. Male interpres ἐφιστὰς αὐτὸν vertit *inſtans ei*, debebat *ſeorſum in colloquium eum cum adhibuiſſet*, aut ſimili modo.

Vs. 162. Οὐδαμῶς ἐμαυτῆς οὖσ' ἀδείμαντος. Tam obſcure in verſione hæc expreſſa, ut quid poëta velit vix Oedipus inde conjecerit. Bene explicuerat Schol. ad vs. 153. quem ducem ſequi debebat interpres. Negatio ſemel poſita, quod ſæpius fieri ſolet, adſumenda iterum in ἀδείμαντος. Hinc mendæ ſuſpicio perit ni fallor in Petron. c. 101. *Negavit hoc Eumolpus fieri poſſe; quia magna, inquit, navigia portibus ſe curvatis inſinuant; NEC tam cito fratrem defeciſſe veriſimile erit.* Vid. quæ in hanc rem plura noto ad Agam. vs. 650. Geminus ceterum huic Æſchyli locus eſt Herodoti Lib. VII. c. 47. δείματός εἰμι ὑπόπλεως, οὐδ' ἐντὸς ἐμεωϋτοῦ. Hic vides ἐντὸς præponi genitivo, quomodo uſitate hæc phraſis efferri ſolet; ut ſuſpicer adeo & hic ſimilem voculam latere; non quod ignorem ἑαυτοῦ εἶναι ſatis obvium pro ἑαυτοῦ ΚΥΡΙΟΝ εἶναι *ſui juris eſſe*, quod verbi quoque ſupplet Schol. ſed quia pro *mentis compotem eſſe* ubi occurrit, vix, ſi recte memini, nudus genitivus obſervetur:

unde

unde perſuaſio hærebat animo poëtam reliquiſſe ἐν αὐτῆς οὐσ' αδείμαντος. Eurip. Heracl. vs. 710. φρενῶν οὐκ ἔνδον εἶναι. Noſter in Choëph. vs. 231. φρενῶν ἔνδον γενοῦ. Herodot. Lib. I. c. 119. οὔτε ἐξεπλάγη αὐτός τε ἑωυτοῦ γίνεται. quod Heliod. Lib. II p. 68. εἰς ἑαυτὸν γενέσθαι. His contraria ſunt ἔξω καπνίσω in Alciphr. Lib. III. Epiſt. 40. ἐκτὸς ἑαυτῆς γίγνεται apud Heliod Lib. I. p. 18. Conf. ſupra ad S. C. Theb. vs. 271. eodem pertinent locutiones ποῦ ποτ' εἶ φρενῶν in Soph. Electr. vs. 393. & ποῖ ποτ' εἶ γνώμης in Antig. vs. 42. Proverbialia ſunt ἔξω πυλῶν καὶ ἐπὶ Θρᾳκης οἰκεῖν, & ἔξω γῆς καὶ θεῶν εἶναι apud Ariſtid. Tom. I. p. 449. & Tom. II. p. 227. & de quo jam egi ad Heſych. V. Ζόφος. Ἔξω στηλῶν Ἡρακλέους ἢ τῆς ὑπὲρ τὸν Καύκασον, & ἔξω στηλῶν καὶ Γαδείρων ἐστὶ τοῦ καὶ τοῦ νοῦ. Ex quo poſtremo prognatum exiſtimo modum loquendi in Herodot. Lib. III. c. 155. ἐκπλῶσαι τῶν φρενῶν, & ἐκ τοῦ νόου Lib. VI. c. 12. auctoreque anonymo apud Suid. in V. Ἐκπλεύσαντες, Ἐκπλεῦσαι, Ἐξέπλευσεν & Κατεχόρδησεν. Vid. quoque Pind. Olymp. Od. III. ult. & Pyth. Od. X. vs. 46. Ex Latinis ſimilia dabunt notæ V. D. ad Petron. c. 90. Ut autem, hactenus quæ diſputavimus ſatis belle procedere videbuntur; ſic vereor ne ſint, qui in Æſchylo ἐν ἑαυτοῦ emendantem φρενῶν κεκρυμμένον judicent, quia τῷ ἐν comitem dederim genitivum. Sed diſcant hi in phraſi

qua de agimus, ſimilibusque caſum iſtum rectiſſime jungi. Ariſtid. Orat. Eleus extr. οὐκ ὦ θαυμάσιοι νῦν γ᾽ ἔτι ἐν ὑμῶν αὐτῶν ἔσεσθε Idem Tom. II. p. 402. γένεσθε ἐν ὑμῶν αὐτῶν. & p. 347. ὑμεῖς οἱ λοιποὶ μένετε ἐν ὑμῶν αὐτῶν Hippocrati παρ᾽ ἑωϋτῷ εἶναι. vid. Foeſ. Oecon. Alibi ἐφ᾽ ἑαυτοῦ εἶναι, ut in Liban Tom. I. p. 869. B. τοσαύτη συνειδῶ κακῶν ἐκβέβλημαι τῶν λογισμῶν — οὐ πάνυ σωφρονῶ — καὶ λίαν τις σὺκ ἐπ᾽ ἐμαυτοῦ με εἶναι νομίζει. & μένειν ἐφ᾽ ἑαυτοῦ, quanquam in re alia Ariſtid. Tom. I. p. 386. & II. p. 184. Eadem ſtructuræ eſt ratio in τῷ ἐν γειτόνων. Lucian. Icarom. p. 276. ἐν γειτόνων ἐστὶ τὰ δόγματα, καὶ μὴ πάνυ πολὺ διεστηκότα. p. 286. ἐν γειτόνων πενθῶν ἄλλος ἐφαίνετο. Add. Bis accus. p. 337. Suidas Ἐν γειτόνων, τῶν πλησιαζόντων. ubi qua ratione inductus Cl. Kuſterus corrigi voluerit Ἐγγειτόνων (quod compoſitum vereor in tota Græcitate ne fruſtra quæratur) me quidem fugit; qui non videam quid habeat gloſſa, quod ſuſpectam faciat; hoc minus quoniam idem Suidas Ἐκ γειτόνων, de quo alibi, exponit γειτνιῶσαν. Plura utriuſque exempla vid. apud Kuſter. ad Ariſtoph. Plut. vs. 435. Ratio ſtructuræ, ut videtur, tam inſolentis hæc eſt ni fallor, quod præpoſitio in iſta rectione naturam induit adverbiorum adfinium ἔνδον, ἐντὸς & ἔσω, ut haec contra præpoſitionum εἰς & ἐν. de quo ne dubites, aut, quod & mihi venit aliquando in mentem, exiſtimes pendere

ge-

genitivum ab ellipſi ἐξουσίᾳ, τόπῳ, οἰκίᾳ &c. en, quæ iſtam opinationem radicitus evellere poterunt, Soph. in Aiac. vs. 1294 ἑρκέων ἐγκεκλεισμένοι. Eurip. Phoen. vs. 454. εἰσεδέξω τειχέων. vid. utrobique Schol. Pind. Nem. Od. III vs 86. ἔνδον λιθίνῳ τέγει. & Od. VII. vs. 65. ἔνδον ἄλσει παλαιτάτῳ. Callim. H. Jov. vs. 34. κομίσσαι κευθμὸν ἔσω Κρηταῖον. & H. Dian. vs. 71. δύνει ἔσω κόλπους. Unde fortaſſe nec ellipſi locus in τῷ εἰς ᾅδου, ἐν ᾅδου, quod & Euſtathio jam viſum ad Il. A. p. 39. init. licet is ſibi non conſtet, & alibi δόμον dicat intelligi, quod & additur nonnunquam. Vid. Bos in Ellipſi. αὐτοῦ de prima & ſecunda perſona nec Æſchylo inuſitatum; vid. Agam. vs. 1150. 1306. & 1552. Choëph. vs. 108 & Suppl. vs. 813. Eodemque modo ὅς pro ἐμός & σός ex Lexicis abunde notum; ut *ſuus* pro *meus* in Petron. c. 57. *Homo inter homines SUOS capite, aperto ambulo* quem locum perperam ſollicitant Viri docti. Idem c. 102. *Quomodo poſſumus egredi nave ut non conſpiciamur à cunctis — & quid erit aliud quam SEIPSOS prodere? ſeipſos* i. e. nos ipſos ἑαυτούς, add. quæ nuper ex Jure obſervavit Doctiſſimus G. O. Reizius Miſc. Obſ. Vol. X. Tom. III. p. 367.

Cap.

CAP. XXV.

Ἐν κόνει quid? αἴρειν. Ὡς ὧδ' ἐχόντων. Εὖ πὲδ' ἴσθι. Aoriſtus pro futuro. Ἀεὶ *&* ſemper *pro* ſæpe. Εὐείμων. δυσείματος. δοκεῖν. ἀσκεῖν. *Euripidis verſio corrigitur.* πυργοῦσθαι. ἔντεα ἀλίφεα *&* αὐλοῦ. *Æſchyli Schol. emendatur. In eodem edita lectio aſſeritur. Suidas tentatur.* Τέλη. *Schol. Euripidis emendatur.*

Vs. 163. Μὴ μέγας πλοῦτος κονίσας οὖδας ἀντρέψῃ ποδὶ
Ὄλβον, ὃν Δαρεῖος ἦρεν οὐκ ἄνευ θεῶν τινος.

Hinc perſpicere eſt diſcrimen πλούτου inter & ὄλβον, quod tangunt Ammon. Thom. Mag. Euſtath. ad Il. Ω. p. 1502, 15. & ad Il. Γ. 304, 38. Conf. Etymologum, Heſych. Suid. & Spanhem. ad Callim. H. Jov. vs. 84. adde infra vs. 250. Verba πλοῦτος κονίσας οὖδας perite exponit Schol. perinde fere eſt ceu legeres μέγας πλοῦτος ἐν κόνει. Eurip. Androm. vs. 111.

Πολλὰ δὲ δάκρυά μοι κατέβα χροὸς, ἁνίκ' ἔλειπον
Ἄστυ τε καὶ θαλάμους καὶ πόσιν ΕΝ ΚΟΝΙΑΙΣ.

Ariſtid. Tom. I. p. 138. κεφαλὴ ἡ πρότερον χαριεστάτη νῦν ΕΝ ΚΟΝΕΙ. Idem Tom. II. p. 290. de Smyrna urbe, νῦν πάντα ΕΝ ΚΟΝΕΙ. & de Rhodo p. 350. ἡ πόλις ἐν κόνει. p. 368. σκόπελοι

καὶ

καὶ ΚΟΝΙΣ τὰ ΡΟΔΩ πράγματα. Pro ἧρεν meminit Schol. alterius lectionis ἦρεν; ſed præfero editam, legitima quippe locutio eſt αἴρειν μέγαν. Vid. Demoſth. Orat. Olynth. II. p. 12. Sect. 11. Noſtrum in Choëph. vs. 260. & 789. & ita paſſim auctores alii.

Vs. 170. Ὡς οὕτως ἐχόντων τῶνδε. Uſitata eſt loquendi formula, in Agam. vs. 1402. ὡς ὧδ' ἐχόντων. adde Soph. in Ajac. vs. 282. & 999. in Antig. vs. 1193. Herodot. Lib. I. c. 127. ὡς ὧν ἐχόντων ὧδε. Idem Lib. VIII. c. 144. ὡς οὕτω ἐχόντων. Alibi legas τούτων οὕτως ἐχόντων, & omiſſa poſtrema voce τούτων μὲν οὕτως in Agam. vs. 959.

Vs. 173. Εὖ τόδ' ἴσθι γῆς ἄνασσα τῆσδε μή σε δὶς φράσαι

Μήτ' ἔπος μήτ' ἔργον, ὧν ἂν δύναμις ἡγεῖσθαι θέλει.

Eadem iterum formula utuntur alii Eurip. in Med. vs. 593. εὖ νῦν τόδ' ἴσθι. Add. infra vs. 431. & 435. Soph. Electr. vs. 619. εὖ νῦν ἐπίσω. Heſych. Εὖ νυ, ἀκριβῶς δέ. Interpres Φράσαι convertit per futurum dicturam, nec male; ſæpiſſime enim aoriſti hanc induunt notionem. Soph. in Trachin. vs. 1204. τὸ λεχθὲν ἔργον ἐκτελεῖν. i. e. τὸ λεχθησόμενον. Polyaen. Strat. Lib. IV. c. XIX. ult. Οὐ γὰρ ἐπ' Ἀθηνῶν ὁδὸν ἐτράποντο· ἀλλὰ γὰρ ἐπὶ Θηβῶν, ὡς ἥκιστα ἂν καὶ τού-

την διωχθέντες. Plura dabimus alias, cum ſimul oſtendemus, ſic ipſa præterita perfecta, ut vocant Grammatici, occurrere adhibita. Venuſtate non caret quod addit ὧν ἂν δύναμις ἡγεῖσθαι θέλει *quorumcunque facultas ſe præbuerit ducem*, i. e *quæcunque facere erit facultas*. Ex verſu ſequenti Thom. Mag. citat in V. ευνοια, εὐμενεῖς ἡμᾶς καλεῖς, quo probet, εὐμενὴς nonnunquam de inferiori ad verſus ſuperiorem uſurpari; poſtquam quod miretur quiſpiam jam dixerat εὐμένεια δὲ ἀεὶ ἀπὸ τοῦ μείζονος πρὸς ἐλάττονα. Si ἀεὶ, quomodo in contrarium ipſe adfert exemplum? ſed poſuit ſcil. ἀεὶ pro ὡς τὸ πλεῖστον *plerumque*, *vulgo*, *ut plurimum*; Heſych. Αἰεὶ inter alia illuſtrat πυκνῶς. & ita Lat. *Semper* pro *ſæpe* vid. Vorſt. de Lat. F. S. c. XIIX. Neque dubito quin ſæpius ita obvium reperturi ſint, eo qui inter legendum volent attendere; monere tamen volui, ut ſi alibi apud Thomam aliosve Grammaticos ſimili modo quidpiam improbatum occurrat, quod exemplis quibusdam paucis ſe tuetur, in mitiorem partem accipiamus ejuſmodi præcepta. Vid. eum quoque in V. κατηγορῶ.

Vs. 179. Ἀλλ' οὔπω τοιόνδ' ἐναργὲς εἰδόμην
Ὡς τοῦ πάροιθεν εὐφρόνης, λέξω δέ
σοί.

Somnium narrat ex more quo ἀποτροπιαζόμενοι
id

id facere ſolebant; vid. Schol. Soph. ad Electr. vs. 428 Propert. Lib. II. Eleg. XXIX. vs. 27. & Heraldi Adverſ. Lib. II. c. VI. Schol. errorem, qui Jaonem Athenienſium regem perhibeat, ad Lycophr. vs. 989. refellit Potter. Τὸ εὐείμων, quod illico ſequitur, peperit εὖ εἵμασιν, quo utitur Homerus; illud præter alios habet quoque Themiſt. Orat. XIX. p. 231. c. ex quo Lexica citant præterea εὐείματος. cujus formæ δυσείματος eſt in Eurip. Electr. vs. 1107. quod fuiſſe in uſu ſuſpicabatur H. Steph. ex inde formato δυσειματέω. Δοκεῖν de ſomniantibus nuſquam non obvium: vid. Ariſtid. Tom. I. p. 486. Xenoph. Epheſ. Lib. II. p. 30. Lucian. Tom. I. p. 645. & infra vs. 188.

Vs. 182. Πέπλοις ἠσκημένη. Frequens ἀσκεῖν pro *ornare*, *excolere*. Eurip. Jon. vs. 326. εὖ ἤσκησαι πέπλοις. in Alceſt. vs. 159. ἐξελοῦσα κεδρίνων δόμων ἐσθῆτα κόσμον τε εὐπρεπῶς ἠσκήσατο. in Electr. vs. 1072. ἥτις γυνὴ ἀπόντος ἀνδρὸς ἐκ δόμων εἰς κάλλος ἀσκεῖ. quæ adpono ſuo ſtructuræ ordine, ne cum interprete aliquid ad eam complendam extrinſecus adſumendum exiſtimes. Add. Iphig. Aul. vs. 84. Helen. 1071. Rheſ. 947. Troad. 1022. χλιδαῖς ἤσκηται dixit in Dan. vs. 2. ut Soph. in Electr. vs. 455. κόμην βαφαῖς Philoſtr. V. A. Lib. I. c. 13. & ἐσθῆτι Polyaen. Strateg. Lib. IV. c. III. §. 24. Longus Paſt. Lib. II. p. 41.

Ευλίμενος ἡ παρθαλία καὶ εἰκήσεσιν ἠσκημένη πολυτελῶς. Conf. Parthen. Erotic. c. XVII. & Joſeph. A. I. Lib. III. c. 5. §. 1. Alibi notat *cultu proſequi divino.* Pind. Olymp. Od. VIII. vs. 29. σώτειρα Διὸς ξενίου πάρεδρος ἀσκεῖται Θέμις. & Ariſtid. Tom. I. p. 214. τὸ Θεῖον αὐτῇ ἤσκητο. Heſych. Ησκειν, ἐιργάζετο, quo refer hoc Oppiani Lib. II. Hal. vs. 22.

Φάρεα τ' ἀσκῆσαι μήλων εὐάνθει καρπῷ.

quod ſumtum ex Hom. Il. Γ. vs. 388. Ησκειν εἴρια καλὰ — & Ariſtid. Tom. I. p. 541. ἡ νόσος ἐκ τούτων ἠσκήθη καὶ συνεσκευάσθη. Ad *exercendi docendique* ſignificationem pertinet, quod legimus apud eundem Tom. III. p. 702. ναῦς πόρρωθεν ἤσκηται ἐπιθεῖν τοῖς κύμασιν. Denique eſt ubi valet μηχανᾶσθαι; ut ἀσκεῖν κακὰ in Soph. Trach. vs. 388. quod noſtro alio tamen ſenſu infra vs. 817. κακὰ ἐκπαιδεύειν. & in Electr. vs. 1323. Οὐκ Ὀρέστου σῶμα πλὴν λόγῳ ἠσκημένον. ubi expl. Schol. κατεσκευασμένον. Mox vs. 185. pro ἀμώμου Turneb. edidit ἀμώμῳ, quod ſecutus eſt interpres retenta licet Canter. editionis lectione; nec habet quo ſe alterum alteri magnopere præferri cupiat. Sic in Liv. Lib. I. c. 9. alii libri *formâ excellente*, alii *formâ excellentes* exhibent, dualem tamen hic loci eligam.

Vs. 192. Η μὲν τῆδ' ἐπυργοῦτο στολῇ. Heſych. Πυργοῦται, ὑψοῦται. Eurip. Troad. vs. 608.

Ρεῖ

Ὁρῶ τὰ τῶν θεῶν, ὡς τὰ μὲν πυργοῦσ᾽ ἄνω
Τὰ μηδὲν ὄντα, τὰ δὲ δοκοῦντ᾽ ἀπώλεσαν.

Conf. Pind. Schol. ad Iſthm. Od. V. vs. 57. Suid. Spanh. ad Julian. p. 135. & Stanl. ad Æſchyli vitam p. 705.

Vs. 194. Η δ᾽ ἐσφάδαζε καὶ χεροῖν ἐν τῇ δί-
φρου
Διασπαράττει καὶ ξυναρπάζει βίᾳ.

Vix jungi poſſe videntur ἐν τῇ — βίᾳ, ob intercedens καὶ ξυναρπάζει. ut haud dubie vere conjecerit Stanl. ἔντη δίφρου. cui ſuſpicioni cum miror non multum tribuere. Sic ἔντεα ἱππικὰ Pind. Olymp. Od. XIII. vs. 28. ubi vid. Schol. & Nem. Od. IX. vs. 51. Idem Pyth. Od. IV. vs. 417. σπασάμενος δ᾽ ἄροτρον βοέοις δῆσεν ἀνάγκας ἔντεσιν αὐχένας. & Od. V. vs. 45. κατέκλασε ἐντέων σθένος οὐδέν. ubi iterum vid. Schol. Per ἔντεα δίφρου intelligit lora, quibus adjuncta erat currui, & fræna, ut ipſe auctor mox exponit. Neque aliter legiſſe Schol. crediderim, qui ſi vulgatam, ut facit, exponeret lectionem, commentum foret hominis deliri: ſed ſcripſerat Grammaticus hunc opinor in modum καὶ διὰ τῶν χειρῶν ἔντη τοῦ δίφρου βίᾳ ῥήσσει, ἢ τὸν δίφρον vel τουτέστι τὸν δίφρον, prius quo procliviorem oſtendit aberrandi viam prætulerim. Et ſic ἔντεα αὐλῶν *inſtrumenta tibiarum* περιφραστικῶς pro *ipſis tibiis*

biis dixit Pind. Olymp. Od. VII. vs. 22. De more viſa expiandi nocturna adi præter Stanl. ad vs. 201. Spanh. & Kuſt. ad Comici Ran. vs. 1377. nec non interpretes Petron. c. 104. & Heraldi Adverſ. Lib. II. c. 6.

Vs. 204. — ἀποτροπαίοισι δαίμοσι
θέλουσα θῦσαι πέλανον, ὧν τέλη τάδε.

Schol. πέλανος eſt proprie ὁ πεπηγὼς ῥύπος, & ſic ferme iterum exponit infra vs. 521. Diſplicet hoc Spanh. ad Ariſtoph. Plut. vs. 660. & utroque in loco corrigi vult ῥῶπον, haud cogitans Heſychium quoque in hujus vocis explicatione meminiſſe τοῦ ῥυπαροῦ, & Eurip. Criticos ad Oreſt. vs. 220. gemella ſcribere noſtri Schol. Suidas inter alia Πέλανοι πέμματα ἐκ παιπάλης —— ὡς αὐτὸς φησι, καρποὶ μέλιτι δεδευμένοι. Poſtrema verba ſunt Plat. VI. Leg. p. 626. Et quia præceſſit Didymi ſcitum de hac voce, legi poſſet ὡς ὁ αὐτός φησι καὶ — ut Philoſophi verba in hac expoſitione ſua feciſſe intelligatur Didymus. Subdit Schol. ὅτι πέλανος καὶ ὁ ἀφρὸς ἐν τῇ χύτρᾳ, quo ſenſu Eurip. Iphig. Taur. vs. 300. αἱματηρὸν πέλανον dicit ἐξανθεῖν ἁλός. Verba ultima ὧν τέλη τάδε interpres minus accurate vertit *qui biſce præſident.* τέλη hic ſunt θυσίαι. Heſych. Τέλεα, τέλη, τὰ ἱερά. Soph. Trach vs. 242. τέλη

λη ἔγκαρπα Διός. i. e. Schol. interprete θυσίας. Adde ſis eiuſdem Oed. Colon. vs. 1104. Sequitur abhinc haud procul Ἐσχάρας Φοίβου i. e. βωμός. quem uſum ex Sophocle & Euripide obſervavit quoque Ammonius. Eurip. Schol. ad Phoen. vs. 291. hoc modo commentatur ἐσχάρας ἤ ἡ ἐν τετραγώνῳ περὶ γῆν βάσις βωμοῦ, τάξιν ἔχουσα ἄνευ ἀναβάσεως. lego παρὰ γῆν βάσις, βωμοῦ τάξιν ἔχουσα ἀ. ἀ.

Cap. XXVI.

Τίλλειν & ἀποτίλλειν κόμην &c. Herodoti locus vexatus illuſtratur. ἀποςέλλειν *quid?* Λόγων ἐπιςολαί. *Polyæni lectio expenditur.* Mittere. *Polyænus explicatur.* Πτῆξαι. *Heſych. tentatur. Diverſi numeri nominum juncti.* Ηλίου Φθίνασμα. *Æſchylus aliquoties explicatur.* Εξαρκής. Δρόμημα. Πλούτου, ἐπιμελείας *&c.* λιμήν. *Schol. Sophoclis emaculatur. Suppoſititius Æſchylo verſus ſuo auctori adſignatur.* Διαπράττειν *& reliqua verba* faciendi *notant* occidere. *In Sophocle conjectura proponitur.*

Vs. 208. —— —— χηλαῖς κάρφος
τίλλονθ', ὁ δ' οὐδὲν ἄλλο γ' ἢ
πλήξας δέμας
Παρεῖχε. —— —— ——

Scribenti obverſabatur locus Hom. Odyſſ. O. vs. 525.

Κίρκος Ἀπόλλωνος ταχὺς ἄγγελος· ἐν δὲ πόδεσσι

Τίλλε πέλειαν ἔχων κατὰ δὲ πτερὰ χεῦεν ἔραζε.

Alibi frequenter legas τίλλειν κόμην, & τρίχας. Herodot. Lib III. c. 16 τρίχας ἀποτίλλειν. Idem verbi adhibuiſſe videbatur Æm. Porto in Lib. I. c. 123. λαγὸν μηχανησάμενος καὶ ἀνασχίσας τούτου τὴν γαστέρα, καὶ οὐδὲν ἀποτίλας, ὡς δὲ εἶχε οὕτω ἐσέθηκε βιβλίον, γράψας τά οἱ ἐδόκεε. ἀποῤῥάψας δὲ τοῦ λαγοῦ τὴν γαστέρα, καὶ δίκτυα δοὺς ἅτε θηρευτῇ — ἀπέστειλε ἐς τοὺς Πέρσας, ἐντειλάμενός οἱ ἀπὸ γλώσσης διδόντα τὸν λαγὸν Κύρῳ ἐπειπεῖν — adeoque emendandum ἀποτίλας. quod ut recte quidem explodit Jac. Gronov. ſic ipſe neſcio quæ occulta comminiſcitur de ἀτίλλω, & inde formando ὀτίλλω. Certe nihil adfert vir doctus quidquam, quo lux adfulgeat loco ut viſus adhuc deſperate corrupto & obſcuro; ſed in quo ego quidem nihil detego difficultatum, quas movent viri eruditi: legenti enim relegentique hic ſe ſiſtit ſenſus: *reſciſſo* vel *inciſo leporis ventre, epiſtolam, qua quicquid Cyrum ſcire volebat, comprehenderat, lepori ut erat indidit*, καὶ οὐδὲν ἀποτείλας *nec quidquam ultra quod nunciaretur voce mandans, quum conſuiſſet leporis ventrem, additis retibus ſervorum fidiſſimo ceu venatori in Perſas Cyro perferendum dedit*: ἐντειλάμενός οἱ ἀπὸ γλώσσης διδόντα τὸν λαγὸν Κύρῳ ἐπειπεῖν. *hoc unum præcipiens, Cyro cum traderet leporem, ut diceret.* Sententia ni fallor plana & commoda; & ἀποτείλας ſcri-

ptum

ptum pro ἀποστείλας (niſi ita videatur cuipiam legendum) quomodo ἐπιτέλλειν & ἐπιστολὴ pro ἐπιστέλλειν, ἐπιστολὴ uſitata vidimus ad Prom. vs. 3. idemque hic loci οὐδὲν ἀποστεῖλαι quod οὐδεμίας λόγων ἐπιστολὰς δοῦναι. Soph. Trach. vs. 500. ὡς λόγων ἐπιστολὰς φέρῃς. Nec ἀποστεῖλαι pro ἐπιστεῖλαι ignorant Græci Arſtid. Tom. I. p. 143. ἐπειδὴ δ' οὐκέτ' ἔξεστιν ἐκείνῳ διαλέγεσθαι —— ὑπόλοιπον ἦν ὡς ἡμᾶς ἀποστεῖλαι. Polyæn. Strat. Lib. VIII. c. LVI. ἡ δὲ τὸ μὲν πρῶτον ἀπέστειλεν ἀπέχεσθαι Χερῤῥονήσου. Sic ediderat Caſaubonus & lectionem firmaverant plures opinor codices, uno refragante, ut videtur, quem ſecutus Maaſvicius dedit ἐπέστειλεν. Atque ita *mittere* pro *ſcribere* & *per literas ſignificare* poſuiſſe puto Flor. Lib. III. c. VII. §. 5. Similis Herodoteo locus eſt Polyæni Lib. VIII. c. 36 in quo itidem interpreti aqua hæſit perperam vertenti ἐντειλαμένη φερούσῃ τοῖς ἀδελφοῖς ὅπως αὐτοῦ (τοῦ πλακοῦντα) μόνοι φάγοιεν ἀπὸ στόματος τῆς ἀδελφῆς *mandans ei qui ferebat dicere fratribus ut ipſi ſoli comederent ex ore ſororis profectam.* Jungi debent φερούσῃ τοῖς ἀδελφοῖς ἀπὸ στόματος τῆς ἀδελφῆς reddique *dicere fratribus ſororis nomine* vel *verbis.* Idem quippe ἀπὸ στόματος quod ἀπὸ γλώττης. Suid. vid. in V. Ἀποστοματίζειν. Structurarum exempla perplexarum, qualis in iſto Polyaeni, exempla dabimus plura alibi. De litera σ vel attice vel poëtice ejecta conf. ſupra ad S. C. Theb. vs. 774.

 &

& Spanh. ad Juliani imper. p. 68. & 145. Proprie ceterum utitur τῷ πλήξας. Heſych. Πτήσσων, ὑποπίπτων, κρυβόμενος. Malim fere ὑποκύπτων. Themiſt. Orat. X. p. 140. A. ἔθνος ἐπτηχὸς καὶ ὑποκύπτον.

Vs. 217. Εἴ τι φλαῦρον εἶδες, αἰτοῦ τῶνδ' ἀποτροπὴν λαβεῖν.

Collectivum eſt τὶ, unde pluralis τῶνδε ſubjicitur. Sic Xenoph. VII. K. A. p. 243. ult. σπάνια μὲν ὁρῶντες τὰ ὤνια, ΣΠΑΝΙΑ δὲ ἔχοντες ΟΤΟΥ ὠνήσεσθε. quomodo in Edit. vetuſtioribus exhibetur; H. Steph. ὅτων. Demoſth. Orat. in Leptin. p. 302. οὐκ ἔστιν ΟΤΟΥ ἂν τυχεῖν, ὧν ἐβουλήθησαν. Lucian. Tom. I. p. 343. ἀβέλτερον ΤΟΥΤΟ λέγειν — ἃ ἴσασιν. Eurip. in Suppl. vs. 256. εἴ τι — τούτων. Quin in maſculino Xenoph. III. κ. π. ult. ἱκετεύουσι ΠΑΝΤΑΣ, ΟΤΩι ἐντυγχάνοιεν. Simile vid ex Cicerone apud H. Steph. in Pſeudo Cic. p. m. 130. adde quæ ſcripſi occaſione loci Xenophontei Miſc. Obſ. Vol. III. Tom. III. p. 431.

Vs. 225. Εὖ δὲ πανταχῇ πλεῖν σοι τῶνδε κρίνομεν πέρι.

Geminum horum eſſe ſenſum docet Schol. pro totidem conſilii partibus. Aliter paulo intellexit interpres. Poſſent fortaſſe & hoc

pacto

pacto ſuppleta accipi κρινόμεν (τὸ Δαρεῖον) εὖ πελεῖν σοι περὶ τῶνδε. quomodo εὖ πελεῖ θεὸς ſuperioris fabulæ vs. 35. Mox vs. 231. non male Schol. ἱδρύσθαι exponit κρατεῖσθαι, ex cujus mente rogat Atoſſa ubi terrarum imperii ſedes ſit urbis Athenarum?

Vs. 232. Ἡλίου φθινασμάτων. Euſtath. ad Il. Λ. p. 765. extr. huc reſpiciens, ἡλίου φθίνασμα εἶπέ τις ποιητής. & Heſych. Φθινάσμασι, φθίσεσι. In verbis proximis ὧδέ τις πάρεστιν αὐτοῖς ἀνδροπλήθεια στρατοῦ nil adſumendum cum interprete; ſed jungenda ὧδέ τις ἀνδροπλήθεια σ. π. α. Vs. 236. Δὴ poſuit pro ἤδη, ut in Prom. vs. 13. ubi vid. Stanl. Vs. 234. in his πᾶσα γὰρ γένοιτ' ἂν Ἑλλὰς βασιλέως ὑπήκοος, ſupple καὶ εἰκότως γε, vel καὶ οὐδέν γ' ἀπεικὸς, πᾶσα γὰρ —— τῆσδε πόλεως κρατηθείσης.

Vs. 237. Πλοῦτος ἐξαρκὴς δόμοις. Soph. in Trach. vs. 338. ἐγὼ τ' ἄνδον ἐξαρκῆ τιθῶ. Deinde ut illico αἰχμὴ διὰ χερὸς πρέπει. ſic Eurip. Helen. vs. 217. Ζεὺς πρέπων δι' αἰθέρος. Hinc non longe vs. 244. in ὥστε ſupple οὕτως. Tum quod vs. 247. noſtro δράμημα à δρέμω, id Eurip. in Med. vs. 1180. δρόμημα à δρομέω. Δράμημα vero φωτὸς περσικὸν dixit pro ἄνδρα Πέρσην τρέχοντα.

Vs. 250. Πολὺς πλούτου λιμήν. Ut Eurip. in Oreſt. vs. 1077. μέγας πλούτου λιμήν. & ἑταιρείας λιμὴν Soph. in Ajac. vs. 695. ubi Schol. ex l. ἡ φιλία —— ἤτοι καταφυγὴ (ita leg. pro

καταφλογὴ) καὶ ὑποδοχή. Ejuſdem eſt in Antig. vs. 1013. παντὸς ὀιωνοῦ λιμήν. vs. 1295. ἅδου λιμήν. & Longin. de Sublim. Sect. IX. med. ἡμῖν μὲν δυσδαιμονοῦσιν ἀπόκειται λιμὴν κακῶν ὁ θάνατος.

Vs. 253. Κακὸν μὲν πρῶτον ἀγγέλλειν κακά. Hunc inter & verſum ſequentem tertium in quadam editione legi, notat H. Steph. ſed irreptitium eſſe bene conjecit, & adparet ſatis ex Schol. qui non niſi illuſtrationis ergo adduxit; eſt autem Soph. in Antig. 283. Ad rem refer hoc Senecæ in Hippol. vs. 988.

O fors acerba & dura famulatus gravis!
Cur me ad nefandos nuncium caſus vocas?

Vs. 260. Ὡς πάντα γ᾽ ἐστ᾽ ἐκεῖνα διαπεπραγμένα.

Interpres *quoniam illa omnia peracta ſunt*, vertere malim *omnia perierunt* vel *interierunt*. Infra vs. 517. διαπεπραγμένου στρατοῦ. ubi vid. Schol. in Choëph. vs. 880. ἀρήξαι διαπεπραγμένῳ i. e. σφαγέντι. Add. vs. 1008. Soph. in Trach. vs. 797. & Thom. Mag. V. Διαπεπραγμένον. Eurip. Helen. vs. 864. διαπεπράγμεθα *periimus*, *actum de nobis eſt*. & ſimplex verbum in noſtri Choëph. vs. 130. πεπραγμένοι ἐλώμεθα. itemque Eurip. Alceſt. vs. 88.

88. nam & ibi de *cæde ſermo*, licet nec interpretis verſio *re confecta* ferri nequeat. Hinc ſuſpicor in Soph. Philoct. vs. 992. pro ὤμοι πέπραγμαι κἀπόλωλα itidem reſcribendum πέπλαγμαι; niſi editam tueri exiſtimes vs. 595. in quo dixerat Philoctetes κτ̓ σκότον με διεμπολᾷ λόγοις. pro λάθρᾳ ἀπατᾷ. Eundem uſum præſtant omnia ferme reliqua verba *faciendi*, ut ἐκπρᾶξαι in Eurip. Hec. vs. 515. Soph. Oed. Colon. vs. 1730. & infra Agam. vs. 1284 ἐξεργάσασθαι in Eurip. Helen. vs. 1104. Oreſt. 1224. Hippol. 565. ἐπεξεργάσασθαι Soph. Antig. vs. 1298. ubi Schol. explanat per ἀποσφάξαι. & διεργάσασθαι apud Soph. Oed. Colon. vs. 1481. Platon. IX. Leg. p. 656. G. Eurip. Hec. 369. & Hippol. 613. neque aliter Lat. *interficere* & *conficere* Flor. Lib. III. c. 7. §. 5. *conficere ſe veneno*. Conf. Heſych. V. Ἐξεργάτει. Spanh. ad Ariſtoph. Plut. vs. 486. & Cuperi Obſerv. Lib. III. c. XIX. quæque nos plura ſcripſimus infra.

CAP. XXVII.

Ὁ abundat. Herodoti quædam loca perpenduntur. Euſtathius correctus. Æſchylus ſæpius explicatur. Quid ἴυγξ *&* ἄνανδρος? Μάτην immerito. *Ex Æſchylo levis menda ſublata.* Κτίσαι, τιθέναι *&* φαίνειν *pro* facere. Ἐκπλήττεσθαι *quid?* ἐκπίπλειν τοῦ λόγου. *Plato apud Longinum leviter emaculatur. Euſtathius correctus.* Ἀναστρέψαι *&* ἀναποδίσαι *quid?* βρίθειν *&* βρίθεσθαι. Στρατὸς *pro* λαὸς, *& contra.*

Vs. 262. Ἡ μακρόβιστος ὅδε
γέ τις αἰὼν ἐφάνθη.

Copulata hic notes ὅδε τις. Ut in Eurip. Electr. vs. 107. ἱστορῶ τῶνδε προσπόλων τινά. prorſus nempe ut fieri ſolet in articulo, quem itidem haud raro vocula τις comitari ſolet, abundante tunc ὁ. Noſter ſuperioris dramatis vs. 497. ὁ σηματουργὸς ὅν τις εὐτελὴς ἄρ᾽ ἦν. Soph. Oed. Tyr. vs. 879. τὸν ἐργάτην πέμψον τινά. Ariſtid. Tom. I. p. 527. Οἱ δέ τινες καὶ αὐτοὶ —— ἀντὶ διακόνων ἦσαν. add. p. 544. Longus Paſtor. Lib. III. p. 87. ἠπείγοντο νεαλεῖς ἰχθῦς εἰς τὴν πόλιν διασώσασθαι τῶν τινων πλουσίων. Heliodor. Lib. II. p. 99. ἕξεις τὸν μισθὸν μέγαν τινὰ καὶ οὐχ ὅσον ἄλλον. Herodot. Lib. I. c. 84. ἰδὼν τὸν τινα Λυδῶν. qui tamen in ſimilibus τὸν habet, ut c. 113. τὸν τινα προβόσκων φύλακον. Lib. VII. c. 146. πέμπει τὸν

τι-

τινας δορυφόρων. Cujus modi loca ſintne à ſcribæ manu imperiti correcta necne, pro certo haud dixero; vereor ne ſint, quod libros MSſ. alibi variare videam, ut in loco priori cum prius edebatur τ τινα Λυδῶν Gronov. fidem ſecutus Cod. Med. imprimi juſſit τόν τινα; contra c. 114. ut raro ſibi conſtat vir doctus, eodem duce pro eo, quod antea legebatur τ δίκην τινὰ αὐτῷ reſinxit τῶν: atqui illico ſequitur ibidem τῷ δέ τινι τὰς ἀγγελίας φέρειν ἐδίδου. eccur nec hic diſcrepant libri? dicam ni fallor; quia caſus non adeſt alius, cui articulum accommodare poterant Librarii. Add. quæ congeſſit Cl. Gronov. ad cap. 85. Ceterum hujus generis exempla erant adferenda Euſtath. ad Il. A. p. 112. med. probaturo articulum ſubinde vacare; nam quæ producit prorſus ſunt ἀπροσδιόνυσα; quorum in numerum ſi quis quoque præſentem Æſchyli locum deputare velit, itemque alterum ex præcedenti fabula, & Heliodoro allatum; ut in quibus τὶς more ſolito cum adjectivis non ὁ articulus abundare cenſeri queat, non repugnabimus.

Vs. 281. Δαΐοις. Interpretem, qui verterit *pugnacibus*, corrigit Spanh. ad Ariſtoph. Ran. vs. 925. quem ibi vide pluribus. add. Soph. criticos ad Ajac. vs. 799. Apud Eurip. Androm. vs. 506. veteres critici uti hic

hic explicant κατακεχωσμένον; & vs. 837. δυσκέπλικα, πολέμια, ἐχθρά.

Vs. 288. —— —— πολλὰς Περσίδων μάταν ἔκτισαν
Εὐνίδας ἠδ' ἀνάνδρους.

Minus opinor bene interpres vertit *fruſtra conjuges*, debuiſſet reddere *nihil tale meritas*, *ſine cauſa orbas viduaſque*. *Orbas* nempe liberis parentibusve; quasdam utriſque. Hoc valet εὖνις. ut recte illuſtrarit Schol. per ἐστερημένον, ὀρφανόν, quo & ſolo ſenſu novit Homerus obſervantibus grammaticis. vid. Il. x. vs. 44. & Odyſſ. I. vs. 524. Noſter in Choëph. vs. 245. ἰδοῦ γένναν εὖνιν αἰετοῦ πατρός. & vs. 792. πῶλος εὖνις πατρὸς φίλου. Eurip. Oreſt. vs. 930. ἀνδρῶν dixit εὐνίδας mulieres, quarum mariti abſentes. Alibi adhibuit de conjuge vid. Iphig. Aulid. vs. 397. & 807. Callimachum apud Schol. Pind. ad Nem. Od. X. vs. 3. & Soph. Trach. vs. 572. ſignificationis diſcrimen repetit Euſtathius cum Etymologo ex etymo. Ἄνανδρος notat in univerſum mulierem ſine viro, ſive matrimonio fuerit juncta, ſive non. Eurip. Androm. vs. 348. ἄνανδρον ἐν δόμοις χήραν καθέξεις. & Soph. Trach. vs. 313. τίς ποτ' εἶ ἄνανδρος ἢ τεκοῦσα; Huc refero inprimis Eurip. in Cycl. vs. 305.

Ἄλις

Ἄλις δὲ Περσὰμε γαῖ᾽ ἐχήρωσ᾽ Ἑλλάδα
Πολλῶν νεκρῶν πλῆσα δορυπετῆ φόνον,
Ἀλόχους τ᾽ ἀνάνδρους, γραῦς τ᾽ ἄπαιδας ὤλεσεν,
Πολιούς τε πατέρας —— ——

& Oreſt. vs. 1136.

Ὧν πατέρας ἔκτειν᾽ ὧν τ᾽ ἀπώλεσεν τέκνα
Νύμφας τ᾽ ἔθηκεν ὀρφανὰς ξυναόρων.

Μάτην pro *immerito*, *ſine cauſa* habetur quoque in Agam. vs. 1281. Eurip. Med. vs. 883. Helen. 757. & 1236. Soph. Trach. 1135. & 957. Lucian. Tom. I. p 849. ἀνὴρ μάτην πονηρός. Tum κτίσαι ἀντὶ τοῦ ποιεῖν frequens inprimis Æſchylo; Euripidi & Sophocli τιθέναι & φαίνειν, cujus tamen in Trach. vs. 915. ταῦτ᾽ ἔτλη χεὶρ γυναικεία κτίσαι. Vid. & Heraldi Animad. c. I. In proximis vitandi hiatus ergo, leviſſima unius vocabuli tranſpoſitione legimus

μεμνῆσθαί τοι πάρα πολλάς.
ὡς Περσίδων ——

Vs. 290. Σιγῶ πάλαι δύστηνος ἐκπεπληγμένη
Κακοῖς· ὑπερβάλλει γὰρ ἥδε συμφορά·
τὸ μήτε λέξαι, μήτ᾽ ἐρωτῆσαι πάθη.

Vel abſolute accipi debet ἐκπεπληγμένη κακοῖς pro *obſtupefacta malis*, vel ad plenam phraſin ex σιγῶ adſumendus genitivus λόγου. tanquam ſcriptum eſſet ἐγὼ δ. ἐκπ. λόγου τοῖς κακοῖς

σιγῶ πάλαι. Pari modo loquitur Achill. Tat. Lib. VI. p. 361. ἐξεπλάγη καὶ ἔςη σιωπῇ. & p. 367. ἡ μὲν δὴ τῷ παραλόγῳ τῆς συμφορᾶς ἐκπλαγεῖσα ἐσιώπησεν ut τοῖς εἰρημένοις Longus Paſtor. Lib. IV. p. 131. & τοῖς λόγοις Soph. Trach. vs. 390. Plene noſter in Prom. vs. 360. κεραυνὸς ἐξέπληξε τῶν ὑψηγόρων κομπασμάτων. Eurip. Jon. vs. 635. οὐδέ μ' ἐξέπληξ' ὁδοῦ πονηρὸς οὐδείς. & Xenoph. Ephes. Lib. V. p. 84. Ακούσασα ἡ Ανθία ἐξεπλάγη τοῦ λόγου. Parilis ratio eſt τοῦ ἐκπίπτειν τοῦ λόγου & intellecto caſu nominis abſolute ἐκπίπτειν. Æſchin. de F. L. p. 34. ſub fin. τελευτῶν ἐκπίπτει ἐκ τοῦ λόγου. Lucian. Tom. I. p. 44. φθέγξασθαι βουλόμενος ἐξέπιπτόν τε καὶ ἀνεκοπτόμην, καὶ ἥτε φωνὴ ἐξέλιπε καὶ ἡ γλῶττα διημάρτανε. Noſter infra vs. 608. τοία κακῶν ἔκπληξις ἐκφοβεῖ φρένας. In verbis poſtremis negatio abundat, ut cum verbis ſimilis poteſtatis compluribus, vel ſupplendum ὥστε.

Vs. 293. —— ἀνάγκη πημονὰς βροτοὺς φέρειν,
Θεῶν διδόντων ——

Eurip. in Alceſt. vs. 1071.
Χρὴ δ', ὅςις εἶ, σὺ καρτερεῖν θεοῦ δόσιν.
Vid. quæ ſupra diximus ad Prom. vs. 617.

Vs. 300. Εμοῖς μὲν εἴπας δώμασιν φάος μέγα.

He-

Heſych. Φῶς, ἡ χαρά. Quomodo etiam uſurpavit Eurip. in Oreſt. vs. 243. Phoen. vs. 1287. & Iphig. Aulid. vs. 1502. Add. Eſth. cap. IX. vs. 16. contra ἀχλὺς pro triſtitia in Heſiodi Aſp. vs. 264. ubi vid Græv.

Vs. 310. κύρισσον ἰσχυρὰν χθόνα. Interpres vertit ceu legeretur ἰσχυρῶς *violenter*, nec ut videtur male. Κυρίσσειν quid ſit abunde notum, & obvium: vid. Plat. in Gorg. p. 309. F. & Lib. IX. de Rep. p. 508 c. quem locum citat Longinus Sect. XIII. Sed ubi in Edit. Noviſſ. perperam editum κυρίττοντες quod ut typothetæ oſcitantis ſphalma non tangerem, niſi in indicem relatum inſuper viderem. Apoſtrophi ſigno, quod vir doctus præponendum putat, nihil opus; nam & in Jambis noſter ut alii augmentum negligit, vid. Prom. vs. 245. hac ipſa fabula vs. 313. 416. 421. 458. & 694.

Vs. 316. Ζαπληθῆ δάσκιον γενειάδα. Suidas ex Epigr. citat Ζαπληθὲς σῶμα. Petron. c. 99. *Barbis horrentibus nauta* i. e. *hiſpidus*, *multibarbus* ut loquitur Apul. Flor. Lib. I. ſub princ. Quod ſequitur Λυρναῖος poſitum eſt pro Λυρνήσσιος obſervante Ethnicographo, ad quem jam monuere V. D. Euſtathium exiſtimaſſe prius ex poſteriori per ſyncopen factum; ſed cujus modi ſyncopen ego haud capio. Rectius ni fallor dixiſſet Λύρνης per apocopen eandem, quæ

Αὐέρνιος; inde Αὐρναῖον pro Αὐερνήσιον. Heſychio Αὐέρνιος eadem quæ *Tenedus.*

Vs. 333. Φράσον μοι νῦν ἀναστρέψας πάλιν.

Eurip. ἀνελθεῖν in Phoen. vs. 1213. & Jon. vs. 934. εἰπεῖν ἀπ' ἀρχῆς αὖθις dixit Soph. in Ajac. vs. 1119. quod ſi alterius ſit impulſu hortatuque ἀναποδίζω dicitur Lat. *revocare* Herodot. Lib. V. c. 92. §. 6. ἐπείρωτ' καὶ ἀναποδίζων τὸ κήρυκα. & Liv. Lib. VII. c. 2. adde ad Cic. Pro Arch. c. 8. Paſſerat. Præceſſit χακῶν ὕψιστα; ut Φόβος ὕψιστος in Suppl. vs. 488. & πημάτων ὕψιστον Lycophr. vs. 305.

Vs. 341. —— χιλιὰς μὲν ἦν
ὧν ἦγε πλῆθος ——

Non crediderim ego aliter legiſſe hic Plutarchum, atque nos hodie, quod exiſtimat Stanl. & Spanh. ad Julian. p. 280. ſed pro ὧν ἦγε, πλῆθος ideo citavit νεῶν, τὸ πλῆθος, ut, quod fieri ſolet quam ſæpiſſime, & omnes, qui breviter aliorum verba adducunt, faciunt, verbis abrupte & extra nexum ſuum laudatis ſenſus conſtaret.

Vs. 346. Τάλαντα βρίσας. Tranſitive ut apud Themiſt. Orat. XX. p. 234. B. τὸ μὲν ὕψει ἕλκειν· τὸ δὲ κάτω βρίθειν τὸ ζυγόν. Pro *augere* & *onerare.* Pind. Nem. Od. VIII. vs. 31.

Κι-

Κινύρεν ἄβελοι πλύτῳ. Heſych. Βρίθει — ἀύξει — βρίθεται, βαρύνεται καρπῷ. Quæ dicerem conjungenda, niſi & vox paſſiva ſic occurreret adhibita. Theophyl. Epiſt. 62. αἱ ἄμπελοι τ̃ βότρυσιν ἄχθονται, αἱ αἰγεάδες βρίθουσι, καὶ τ̃ τρυγώντων ὀρέγονται. Eurip. in Electr. vs. 305. βέβριθα πόνῳ. Verſu proximo Schol. legit λαὸν non στρατὸν, quo ſenſu λαὸν cadente Græcitate frequentatum docet du Cangius: ſed uſum antiquiſſimum probat noſter, cujus iterum eſt infra vs 731. πᾶς λαὸς κατέφθαρται δορί: & ut ναυτικὸς στρατὸς vs. 730. ſic λεὼς vs. 383. & Anton. Liber. c. XXXI. λαὸν ἀθροίσαντες ἀφίκοντο τ̃ Ἰταλίας παρὰ τ̃ Ἀδρίαν. Contra στρατ̃ pro λαὸν habes in Eumen. vs. 686. & 892.

CAP. XXVIII.

Καταυχῆσαι. *Edita lectio in Æſchylo defenſa.* Ανάσσειν *&* ἄναξ *quid?* Επιστάτης. *Subſtantiva diverſi generis cum alio ſubſtantivo loco adjectivi.* Εφυμνεῖν. Στόλος. Εμβολος *&* ἔμβολον. *Quid* ἐμβολή*? Thucydidis illuſtratur.* Εμβολὴ *&* προσβολὴ *differunt.* Εμβάλλειν *quid?* ἐκβολὴ *&* ἐκβάλλειν. *Thucydidis Schol. tentatur.* Σκάφη νεῶν.

Vs. 352. πλήθει καταυχήσας νεῶν. Verbum notes cujus nulla in lexicis veſtigia, præterquam ex Jacobi Epiſt. c. II. vs. 13. ubi in quibuſdam libris καταυχᾶται pro κατακαυχᾶται le-

lectum fuiſſe ſcribit Corn. à Lapide, cunctis nihilominus, libris Mſſ. quorum Var. Lect. collegerunt viri docti, in vulgatam conſpirantibus, quam & genuinam eſſe puto; alterius patrocinium qui ſuſcipere vollet, habet nunc, unde vocis ſaltem probitatem adſtruat, quæ adhuc fuit controverſa.

Vs. 371. Πᾶσι στερέσθαι κρατὸς ἦν προκείμενον.

De præfectis forte navium hoc tantum debet intelligi, non tota claſſiariorum multitudine. Κράτος quod coniicit Schol. vitiat verſum, ut bene monuit Stanl. ſed ſcripſerat fortaſſe κάρτος. Porro obſervat Stanlejus Ariſtotelem culpare Euripiden, qui ἀνάσσειν adhibuerit de remigibus; verum expedit rem Euſtath. ad Il. B. p. 261. docens in talibus non regis ſignificationem ſpectandam, ſed quatenus in genere notet *dominum*, *curamque gerentem rei cujuscunque*; ſic mox vs. 383. ναῶν ἄνακτες. Oppian. Hal. I. vs. 17. σκυλάκων ἄνακτες. add. Lib. II. vs. 245. & noſtri Agam. vs. 970. Nec non Spanh. ad Ariſtoph. Ran. vs. 1291. Iterumque Euſtathium ad Odyſſ. A. p. 67: 45. Mox pro ναυάτης vs. 375. Eumen. vs. 459. & ubicunque alibi ita editum comparet adſentior Viris eruditis ad Polluc. I. 95. & VII. 131. refingendum

dum ναυβάτης. Barneſ. ad Eurip. Iphig. Taur. vs. 1380. factum vult per epentheſin literæ α ex ναύτης.

Vs. 379. Οπλων ἐπιςάτης. Schol. Επιςήμονα exponit, ut in Piſide Suidas, ab ἐπίσαμαι ſcio. Heſych. διδάσκαλον, quo ſenſu extat in Ariſtid. Tom. I. p. 76. ἐδίδαξεν αὐτὸς τὴν τέχνην τὴν ἰατρικὴν, οὐ γὰρ ἔτι εἰς Χείρων© ἔδει βαδίζειν ἔχοντας οἴκοι τὸν ἐπιςάτην. Add. Euſtath. ad Odyſſ. P. p. 641: 40. & Etymol. Agatne. Ammonius de eadem verbi ſignificatione, an quatenus *præfectum* notat, originemque ducit ex ἐφίσημι (unde Schol. Soph. ad Electr. vs. 76. exponit ἡγεμόνα) pro certo dicere nequeo. Vid. & Callicrat. Pythagor. apud Grot. ad Lucæ c. V. vs. 5.

Vs. 388. Ηχῆ κέλαδ©. Durior ſi cui videatur ellipſis τῦ σὺν, legat is ἠχὴ vel ἠχῆς i. e. ἠχήεις. vid. Schol. A. ſupra ad Prom. vs. 235. Prius qui præferre volet ἠχὴ κέλαδ© erit dictum, ut ἄτα ἀπάτα in Suppl. vs. 1160. ἀερὰ Ερινὺς S. C. Theb. vs. 70. ἑσπεροι ἀγκῶνες Soph. in Ajac. vs. 82. φθινόπωρος περίστοπή Ariſtid. Tom. I. p. 350. ἄγαλμα ἠχεῖον apud Pauſan. in Attic. c. 42. reſtituente Scaligero. Ωλέναις βολαῖς, quanquam Barneſ. ediderit ὠλέναιν, in Eurip. Phoen. vs. 669. atque plurima hujus modi alia. Vid. Jenſ. Lect. Lucian. Lib. I. c. 8. Miſcell. Obſ. Vol. I. p. 118. ex Lat. Vechner. Hellen. Lib. I. c. 8. Generis ne of-

offendat diſcrepantia vid. quæ ſupra ſcripſimus ad S. C. Theb. vs. 231. ſic *potio*, *vinum* &c. *indigena*. vid. ad Flor. Lib. II. c. XVIII. §. 13. Cl. Duker.

Vs. 393. —— —— φυγῇ
Παιᾶν' ἐφύμνουν ——

Ut ὀλολυγμὸν ἐφυμνεῖν in Choëph. vs. 383. & τῇ χθονὶ Eumen. vs. 905. nec non Ariſtid Tom. I. p. 449. Pro *invocare* poſuit Soph. in Antig. vs. 669. Alibi contrariam habet notionem pro diverſa ſcil. præpoſitionis poteſtate. Vid. Soph. Oed. Tyr. vs. 1299. & Antig. vs. 1313. ut & Heſych. ex ejuſdem Ἀλϖάδαις. Sequitur σάλπιγξ αὐτῇ πάντ' ἐπέφλεγε, quomodo καταιθει γαῖαν Ἄρης apud Lycophr. vs. 249. ubi viſe not. Cant. add. ſupra S. C. Theb. vs. 292. & hic Stanl.

Vs. 408. χαλκήρη στόλον. Pro ἐμβόλῳ *roſtro navis* στόλον hic poſitum à poëta recte monuit Schol. παρὰ τὸ εἰς ὀξὺ συνεστάλθαι &c. quibus parilia ſcribit Heſych. cum Euſtath. ad Odyſſ. M. p. 494: 12. Pollux Lib. I. Segm. 86. diſtinguit inter στόλον & ἔμβολον. Præceſſit οὐκέτ' ἦν μέλλειν ἀκμή. quomodo in Agam. vs. 1362. τὸ μὴ μέλλειν δ' ἀκμή. add. Heraldi adverſ. Lib. II. c. XVII.

Vs. 415. Ἐμβολαῖς χαλκοστόμοις. Recte interpres *concurſibus*. Proprie ἐμβολὴ *impreſſio*, *im-*

impetus, *conflictus*. vid. vs. 279. 409. & infra 562. unde vix addubito etiam vs. 396: legendum quin ſit ῥοθιάδος ξὺν ἐμβολῇ ἔπαισαν ἅλμην pro ξυνεμβολῇ, quod editur. Nec aliter opinor apud alios ſcriptores omnes. Interim adjunctum χαλκοστόμοις requirebat potius ἐμβόλοις *roſtris*. Ariſtid. Tom. II. p. 341. τριήρεις, ὑπῆρχεν ἰδεῖν δικρότους — ἑτέρων ἐμβόλους χαλκοστόμους. Neque enim exiſtimem facile ullo idoneo teſte probari poſſe ἐμβολὴν pro navis roſtro obvium. Scio in Gloſſ. Vet. legi ἐμβολαὶ *roſtra*; Verum alio id pertinet, & de machinæ roſtro intelligi debet, de qua & Suid. ex Thuc. Lib. II. c. 76. extr. qui de navibus ubi ſermo manifeſto diſtinguit; vid. Lib. VII. c. 36. Ariſtid. Tom. II. p. 399. τὰ νεώρια κοσμήσαντες τοῖς ἐμβόλοις: Neque aliter Polyæn. Lib. III. c. X. §. 13. Add. Heſych. Schol. Pind. ad Olymp. Od. VII. vs. 33. Scheffer de Mil. Nav. Lib. III. c. 7. & V. D. ad Petron. c. 30. & 48. χαλκέμβολοι ſeu χαλκέμβολα pro eodem novit Pollux I : 120. & II : 102. nec non Euſtath ad Odyſſ Ω, p 832. med. Unde naves κυανέμβολοι & χαλκεμβολάδες in Eurip. Eectr. vs. 436. & Iphig. Aulid. vs. 1320. Denique hinc ſimul poteſt pateſcere ad ſenſum quidem ſatis commode converſum illud Polyaen. Lib. I. c. XL. extr. τὰς μετώρους τῶν νεῶν ἐμβολαῖς ἀνεῤῥήγνυε *roſtris frangebat*; ad verbum debuiſſe reddi *impreſſione*, ut Lib.

III. c. XI. §. 11. & Lib. IV. c. VI. §. 8. Ceterum quamvis generalius ἐμβολὴ, ut dixi, notet *conflictum*, *impreſſionem*, idemque adeo quod προσβολὴ, & alterum per alterum à Grammaticis ſoleat exponi; vid. Schol. ad vs. 336. proprie tamen loquendo differre inter ſe abunde conſtat ex Thuc. Lib. VII. c. 70. αἱ μὲν ΕΜΒΟΛΑΙ διὰ τὸ μὴ εἶναι τὰς ἀνακρούσεις καὶ διέκπλους ὀλίγαι ἐγίγνοντο· αἱ δὲ ΠΡΟΣΒΟΛΑΙ, ὡς τύχοι ναῦς νηὶ προσπεσοῦσα, ἢ διὰ τὸ φεύγειν, ἢ ἄλλῃ ἐπιπλέουσα πυκνότεραι ἦσαν. Unde coniicio ἐμβολὴν à remigantium gubernatoriſque pependiſſe peritia, & viribus (qui ἐμβάλλειν dicuntur proprie quando ταῖς κώπαις κρούουσιν, ut docet Schol. Ariſtoph. ad Equit. vs. 599. add. ipſum Ariſtoph. Ran. vs. 208) προσβολὴν fuiſſe *caſus* & τὴν ὡς ἔτυχε συμπλοκήν. Mirum autem in verbis Thucydidis omnes Cod. cum Edit. Vet. e quibus lect. var. collegere editores comparere ἐκβολαὶ, quæ itidem diſcrepantia obſervatur apud Suidam, qui eodem modo explicat ἐκβάλλειν & ἐμβάλλειν. Nec ubi ad ſpatium attenderis, quod ad faciendas τὰς ἐμβολὰς requiſitum fuiſſe colligitur, τὸ ἐκβολαὶ prorſus videtur reiiculum; favente interim alteri lectioni, quam V. D. adoptarunt Lib. I. c. 49. (ubi inter verba ἐμβάλλειν & προσβάλλειν iterum obſervabis diſtingui) Lib. II. c. 89. citato jam Lib. VII. c. 36. & Polluce I: 125. Ad Scholiaſtæ verba quod attinet, ſi quid

quid video ſunt illa manifeſta labe inquinata; nam qui cohærent? συνεχῶς ἐγίγνοντο αἱ συμπλοκαὶ τῶν νεῶν, αἱ μὲν γὰρ αὐτῶν φθάγουσαι ἐπεφέροντο ἑτέραις, καὶ οὐ συνεπλέκοντο, αἱ δὲ ἑκοντὶ ἐπιπλέκουσαι προσέβαλλον. laboranti ſenſui opem tuleris, ubi ſcripſeris, καὶ οὕτω συνεπλέκοντο. Sequitur apud Æſchylum σκάφη νεῶν, quam periphraſin mire habuit in deliciis Euripides; e pluribus locis vid. Troad. vs. 539. & 681. Iphig. Taur. 1345. Med. vs. 1. Add. Thuc. Lib. I. c. 50.

CAP. XXIX.

Φόϊος & ναυάγια pro cadaveribus. Βόλος, *&* βόλον ὠνεῖσθαι *quid? Heſychius leviter emendatur.* Ομμα νυκτός. ἐμβατεύειν *&* πατεῖν. *Locus Ariſtidis exponitur.* Ανέχειν. *Æſchylus explicatur.* Φθείρεσθαι *pro* vagari. *Sophocles illuſtratus.* Ιστορεῖν. *Schol. emaculatur, ipſeque Æſchylus. Idem vindicatur atque explicatur.* Εκ *in compoſitus* ſtudium *notat &* laborem. *Sophocles bis illuſtratur, nec non Petrus Apoſtolus.* Υποσανίζειν. Νομίζειν *&* ἡγεῖσθαι θεούς. Εὔχεσθαι λιταῖς. *Dativum cognatum Græci verbis adjungunt. Hebraiſmus in Matthæo exploditur.*

Vs. 419. —— θάλασσα δ' οὐκέτ' ἦν ἰδεῖν
Ναυαγίων πλήθουσα καὶ φόνου βροτῶν.
Ακταὶ δὲ νεκρῶν χοιράδες τ' ἐπλήθυον.

Interpres φόνου vertit *cruore*, poſſet quoque fortaſſe reddi *cadaveribus.* Ita in Soph. Aiac. vs. 548. νεοσφαγὴς φόνος Schol. interprete ſunt recens jugulata pecora. add. vs. 310. verſioni tamen favet Schol. qui per ναυάγια intelligit τὰ πτώματα, ut Sophoclis Critici in illo Electr. vs. 733. πᾶν δ' ἐπίμπλατο ΝΑΥΑΓΙΩΝ Κρισαῖον ΙΠΠΙΚΩΝ πέδον. De quo loquendi modo vid. Meurs. ad Lycophr. Caſſandram vs. 1336. & I. F. Gronov. Obſerv. in Script. Eccles. c. XXII. Pro ἐκπλήθυνον quidam libri legunt ἐπλήθυνον, ut in Agam. vs. 878. ἐπλήθυνον λόγοι.

Vs. 424. — ὥστε θύννους ἤ τιν' ἰχθύων βόλον
Ἀγαῖσι κωπῶν θραύσμασίν τ' ἐρειπίων
Ἔπαιον, — —

Thynnis Perſas comparat, ut noſtri imitatione, quod jam obſervavit Potterus, Græcos Lycophr. vs. 381. βόλον recte Schol. interpretatur ἄγραν. Sic βόλους ὠνεῖσθαι ἰχθύων Plut. in libello de Cap. ex inimic. Util. p. 91. c. add. B. Briſſon. de Verb. Signif. V. *Jactus.* Unde emend. Heſych. in quo male βόλος, θύρα. leg. θήρα. Tropice Eurip. in Rheſ. vs. 730. εἰς βόλον τις ἔρχεται.

Vs 427. ὄμμα νυκτός. Eadem utitur peri-

riphraſi Eurip. Iphig. Taur. vs. 110. ὅταν δὲ νυκτὸς ὄμμα λυγαίας μόλῃ. Alibi luna dicitur νυκτὸς ὄμμα, ut ſupra S. C. Theb. vs. 396. νυκτὸς ὀφθαλμός. Conf. hic not. Stanl. In Schol. vs. 429. lin. 2. lego σοι καὶ — vs. 432. Turneb. edidit τοσοῦτ' ἀριθμὸν, quam lectionis diſcrepantiam, an aliam innuat Schol. neſcio. Vs. 438. lin. 3. ante μείζονα excidiſſe videtur εἰς.

Vs. 448. Ἣν ὁ φιλόχορος Πὰν ἐμβατεύει. i. e. *frequentat, inhabitat*. Verbum eſt τῶν πολυσήμων; quanquam per omnes, quas ſortitur ſignificationes, facile ſe prodat prima & propria ingrediendi notio. Ut hoc loco, ſic Themiſt. Orat. VII. p. 90. C. θεία δύναμις ἐπ' ἀγαθῷ τῶν ἀνθρώπων ἐμβατεύουσα τὴν γῆν. Joſ. cap. XIX. vs. 49. ἐπορεύθησαν ἐμβατεῦσαι τὴν γῆν κατὰ τὸ ὅριον αὐτῶν. Plura vid. apud Arnaudtium, & Weſſeling ad Hierocl. Synecdem. p. 641. Eodem ſenſu lexica quædam citant ἐμβατεῦσαι ex Nicandro, prout Lycophr. vs. 642. ἐμβατεύσονται, ἀκτάς. ſed ubi variant Codd. Eadem pollet virtute πατεῖν in Soph. Philoct. vs. 1074. χαῖρε τὸ Λήμνου πατῶν i. e. illuſtrante Schol. τῇ διατριβῇ τῆς Λήμνου. & Suid. Πατῆσαι, ἐνδιατρίψαι. Hinc mens pateſcit loci Ariſtidei H. in Min. p. 19. τῶν ἀνθρώπων ὅσοι θεοφιλεῖς οὐκ ΑΤΗ ΠΑΤΕΙ τὰς κεφαλὰς, Ἀθηνᾶ δὲ ἀνέχει καὶ ΕΜΒΑΤΕΥΕΙ. Præterea ἀνέχει notes poſitum ferme ut in Soph. Ajac. vs. 212. Ἐπεί σε λέχος δορυάλωτον στέρξας ἀνέχει θούριος Αἴας, pro

πημᾶ, ut explicat Schol. & Suid. adde Eurip. in Hec. vs. 124. & ibi Vet. Grammaticos. Homerum ſic jam uſum docent lexica. In Pauli Epiſt. ad Coloſſ. c. II. vs. 18. ἐμβατεύειν eſt *inveſtigare* , *quærere* ; vid. Raphel. Præpoſitio ſi accedit valet *invadere* Ariſtid. Tom. I. p. 615. ἐνεβάτευον εἰς τὴν οἰκίαν, καὶ τοῖς ἔνδον ἐχρῶντο ὡς ὄντων ἑαυτοῦ Conf. Tom. II. p. 24. Joſeph. A. J. Lib. II. c. 12. §. 1. & Bud. Comm. p. 98. Præter ſtructuras quas adnotavit H. Steph. in Theſ. cum caſu ſecundo invenio apud Soph. Oed. Tyr. vs. 845. ubi ἐμβατεύειν πατρίδος Schol. exponit ἐπιβαίνειν. At ἐμβατεύσειν πατρίδα dixit Eurip. Hec. vs. 913. & πόλιν in Electr. vs. 1251.

Vs. 450. — — ὅπως ὅταν νεῶν
φθαρέντες ἐχθροὶ νῆσον ἐκσωζοίατο
κτείνοιεν εὐχείρωτον Ἑλλήνων στρατόν.

Iterpretem vertendo τὸ φθαρέντες νεῶν *navibus privati* non percepiſſe loci ſenſum palam eſt; qui, ſi ſuo ſtructuræ ordine ponantur verba, ſponte ſe ſiſtet; is vero hic eſt, ὅπως κτείνοιεν εὐχείρωτον στρατὸν Ἑλλήνων, ὅταν οἱ ἐχθροὶ φθαρέντες ἐκσώζοιντο τῶν νεῶν εἰς τὴν νῆσον. Itaque convertendum fuerat, *ut ſi è navibus evaderent in inſulam hoſtes palati*, ſic quippe *appreſſu atque ſuperatu facilem Græcorum exercitum tru-*

trucidarent. Minus verba obſcuritatis habitura fuiſſent, ubi φθαρέντας ſcripſiſſet ἐχθρούς: nunc mutata conſtructio non paulo difficiliorem eo non attendenti parit ſententiam. Simile quid obtinet in illo Thucydidis Lib. VII. c. 70. de quo paulo ante egimus, αἱ δὲ προσβολαὶ — ἢ ΔΙΑ ΤΟ ΦΕΥΓΕΙΝ, ἢ ἄλλῃ ΕΠΙΠΛΕΟΥΣΑ πυκνότεραι ἦσαν. *Palatos* reddidi φθαρέντας ut oportebat. Proprie, quod notum, φθείρεσθαι eſt *perdi*, *perire*, hinc venuſte *vagari*, *palari*, διὰ τὸ τοὺς τοιούτους εὐχειρώτους εἶναι φθαρῆναί τε opportunos. Heſych. Φθείρεται, πλανᾶται. Dio Chryſ. Serm. VII. p. 117. μετὰ ταῦτα ὁ Μενέλεως χρόνον πολὺν ἐφθείρετο πανταχόσε τῆς Ἑλλάδος. Ariſtid. Tom. I. p. 208. μόνη ἐδέξατο τοὺς Ἴωνας φθειρομένους κατὰ πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα. Nec aliter accipi fas eſt apud Soph. in Oed. Tyr. vs. 1515. χέρσους φθαρῆναι κἀγάμους ὑμᾶς χρεών. ipſe quippe illico vs. 1520. ſe explicat per τὸ, μή σφε παρίδῃς πτωχὰς ἀνάνδρους ἐγγενεῖς ΑΛΩΜΕΝΑΣ. Huc adde Euripidis loca, quæ alium paulo in ſenſum collegit vir doctus in Miſc. Obſ. Vol. IV. Tom. III. p. 452. Mox Schol. notandum monet ἱστορῶν poſitum ἀντὶ τοῦ νοῶν & προβλέπων, quo referri poterit Eumen. vs. 457. πατέρα ἱστορεῖς καλῶς. Add. Stanl. ad S. C. Theb. vs. 512. & ſic ἱστορία pro *notitia* & *cognitione* paſſim obvium. Pro *videre* habes in Baſil. Tom. I. p. 39. A. & alibi. *Narrare* & *exponere* notat apud Lucian. Ma-

crob,

crob. in princ. πάλαι τὸ ὄναρ ἰδὼν καὶ ἱστορήσας τοῖς φίλοις. Unde firmatur Suidæ expoſitio ἐξιστορήσαντες, διηγησάμενοι. In Schol. ad vs. 459. lin. 4. l. ὤλεσαν, vel potius ὤλλυσαν, ut eſt in τῷ κειμένῳ.

Vs. 460. Ηράσαντο. Sic editiones reliquæ, quibus utor; nec tamen video qua poſſit ratione ſubſiſtere. Leg. vel ἠράξαντο vel Schol. ſequendo ἠράσαντο.

Vs. 484. Στρατὸς δὲ ὁ λοιπὸς ἔν τε Βοιωτῶν χθονὶ
Διώλλυτ' οἱ μὲν ἀμφὶ κρηναῖον γάνος
Δίψει πονοῦντες, οἱ δ' ὑπ' ἄσθματος κενοὶ
Διεκπερῶμεν ἔς τε Φωκέων χθόνα.

Rurſus hic Viri docti ἀκίνητα κινοῦσιν, & locum, ſi quis eſt alius, ex ſe perſpicuum corrigendo obſcurant. Jungenda eſt præpoſitio ὑπὸ τῷ κενοὶ, & ὑπόκενοι ἄσθματος erunt illi ipſi, quos pulcre explanat Schol. per μικρὸν ἀσθμαίνοντες i. e. *ægre & vix ſpiritum trahentes.* Si quod vult Cl. d'Arnaudt ἄσθματος κενοὶ legeretur foret *nullum ſpiritum trahentes*, *vacui ſpiritus*, adeoque *mortui.* Λοιπὸς hic notat *maxima pars*, *plerique reliqui*, vid. notas ad Xenoph. Epheſium. Lib. II. p. 36. Κρηναῖον γάνος dixit quoque Lycophr. vs. 247.

Δει-

Διεκπερῶμεν valet *magna cum difficultate pervenimus*, quod vs. 509. περάσαι μόγις πολλῷ πόνῳ. quem *moleſtiæ*, *ſtudii* & *laboris* ſignificatum compoſitis addit ſæpe præpoſitio ἐκ. Sic ἐξαντλεῖν in Prom. vs. 502. & Ariſtid. Tom. I. p. 456. ἐξαντλεῖν καὶ τεχνήσασθαι. Idem Tom. II. p. 20. ἐξαντλεῖν στρατόν. & Soph. in Philoct. vs. 293 τόξον τόδ' ἐξαντλοῦσα τὰ σύμφορα γαστρί. Ubi notes verba indidem compoſita ſtudioſe conquiſiviſſe poëtam, quo ſummam vitæ ſuſtentandæ ingrediendique difficultatem ſiſteret: paucos quippe intra verſus coacervata videbis ἐξέλκειν, ἐξέρπειν, ἐκτρίβειν & ἐκπορίζειν. Idem ſtatuo de vs. 865. λάθρ' ἐξιδοῦ τι πράξεις, (quod verbi ignorat Theſ. Steph.) non adſentiens Schol. qui putat vacare præpoſitionem. Sic denique, ne nimius ſim, ἐκκομισθεὶς accipio in Eurip. Phoen. vs. 860. ἐκκυνηγετεῖν apud Lycophr. vs. 1025. & unde pendet emphaſis, verba Apoſtoli Petri I. Epiſt. c. 1. vs. 10. περὶ ἧς σωτηρίας ἐξεζήτησαν καὶ ἐξηρεύνησαν προφῆται.

Vs. 489. Ὑπεσπανισμένους βορᾶς ἐδέξαντο. Vacat in hoc verbo paucisque aliis præpoſitio ὑπὸ, non imminuit; quod monemus, ne quis eam connectendam exiſtimet cum ἐδέξαντο. Noſter iterum in Choëph. vs. 575. Ἐριννὺς φόνου οὐχ ὑπεσπανισμένη. & Soph. in Ajac. vs. 755. τί δ' ἐστὶ χρείας τοῦδ' ὑπεσπανισμένον. Conf. Suid. in V. Ὑποσπανίζων. Verſu proximo puto

Dd leg.

leg. Ἀχαιΐδος. ut in Eurip. Hel. vs. 1560. Troad. 236. 863. & 1017. Heracl. 194. De τῷ πόλισμα vid. Spanh. ad Julian. p. 227. & de Bolbe palude, de qua mox vs. 494. ad Callim H. Del. vs. 134.

Vs. 497. ——— ——— θεοὺς δέ τις
τὸ πρὶν νομίζων οὐδαμοῦ, τότ' ηὔ-
χετο
Λιταῖσι, γαῖαν οὐρανόν τε προσκυ-
νῶν.

Τις hic ut alibi ponitur pro ὅστις; tum θεοὺς νομίζειν est *Deos agnoſcere*. Sic Lys. Orat. V. p. 104. ſub princ. ἐπεδείξατε καὶ τοῖς Ἕλλησιν, ὅτι θεοὺς οὐ νομίζει. Xenoph. Memor. Lib. I. init. ἀδικεῖ (ὁ Σωκράτης) οὓς ἡ πόλις νομίζει θεοὺς οὐ νομίζων. Add. Herodot. Lib. IV. c. 59. Joſeph. A. I. Lib. IV. c. 8. §. 10. Lib. XII. c. 5. §. 4. & alibi. Idem eſt νόμῳ ἡγεῖσθαι θεοὺς in Eurip. Hec. vs. 800. & non addito caſu νόμῳ, ſimplex ἡγεῖσθαι in Electr. vs. 583. Joſeph. contra Appion. §. 28. θεοὶ νενομοθετημένοι. Porro ηὔχετο λιταῖς dixit pro λιτάς: verbis enim accuſativi cognati adponi ſolent, & ſi Euſtath. ad Il. A. p. 45. med. aliiſque credimus grammaticis, Atticum eſt. Neque tamen inuſitatus prorſus dativus; inprimis apud ſcriptores ſacros, quod nonnulli in hebraiſmis cenſent. Sic quod Matth. c. XV. vs. 4. legimus

mus θανάτῳ τελευτᾷν, idem habet Apollod. Lib. II. cap. ult. & Anton Liber. c. XIV. plena locutio foret τελευτᾷν τὸ βίον θανάτῳ. Add. Hor. Vitring. Animad ad Vorſt. c. VII.

CAP. XXX.

Quid σκεδάζειν? Ἐγκατασκήπτειν. Ἐπ' ἐξειργασμένοισι ἀγὴν *&* ἀνάγην θυσίαν *&c.* Σπεῖν, ἔπος *&* ἐπισπεῖν *quid? Heſychii locus vindicatur. Idem ſemel iterumque illuſtratur. In Suida vulgata lectio aſſeritur.* Μὲν γάρ. *Thucydidis Schol. defenditur.* Οὐράνιον ἄχος *quid?* οὐράνιος, δαιμόνιος *&* θεῖος *pro* magno *&* valido. *Æſchyli Schol. aſſeritur. Ipſe Æſchylus aliquoties leviter tentatur. Thom. Mag. & Phrynichus refelluntur.* Οὐρίζειν, ἐπουρίζειν *&* κατουρίζειν. *alia quædam.*

Vs. 502. —— πρὶν σκεδασθῆναι θεοῦ Ἀκτῖνας. —— ——

Verbi notio, quam Schol. propriam eſſe vult, per accidens eſt, nec unquam notat σκεδασθῆναι, ἀφανισθῆναι & παυθῆναι, niſi ita res fuerit comparata quæ σκεδάζεται. Ut in Soph. Trachin. vs. 1006. σκεδάσαι ἀπὸ κρατὸς βλεφάρων τε ὕπνον. & ἥλιος σκεδᾷ πάχνην in noſtri Prom. vs. 25. in quibus aliud ſignificare nequit, quam παῦσαι & ἀφανίσαι, proprio interim manente *ſpargendi* ſenſu. Sic in loco quem habemus præ manibus nihil cum accedat, quo ſolis

radii diſſipentur; ſed ipſi, quorum hoc proprium eſt, dicantur σκεδασθῆναι, i. e. *ſpargi*; nemo de evaneſcendi ſignificatu velſomniet: At ſi pro σκεδασθῆναι ἀκτῖνας legeremus vel σκεδάσαι ἀκτῖνας, aut σκεδασθῆναι ἀκτῖσι adſumendum foret ex proximo χρυσαλλοπῆγα, τὸ κρύσταλλον. & rurſus foret ἀφανίσαι & παῦσαι. Vs. 501. τὴν διὰ jungere malim cum πορῷ, quam cum Cantero legere διάπορον.

Vs. 514. ὦ Πέρσαις ἐγκατέσκηψεν θεός. Tranſitive ἐγκατέσκηψεν, ut vs. 742. ἐπέσκηψεν. Add. Pind. Pyth. Od. III. vs. 104. In Schol. ad vs. 515. lin. 3. l. ἐπεπήδησας.

Vs. 525. — γῆ τε καὶ φθιτοῖς δωρήματα
Ἥξω λαβοῦσα πέλανον ἐξ οἴκων ἐμῶν
Ἐπίσταμαι μὲν ὡς ἐπ' ἐξειργασμένοις.

Reſpectu præcedentium ſcriptum oportebat ἥξω οἴσουσα, vel φέρουσα ut vs. 612. vel pro ἥξω, ἄξω. Sic ἄγειν θυσίαν Conon Narrat. XIX. θεῷ ξένια Ariſtid. Tom. II. p. 290. & pro quo inprimis frequens ἀνάγειν; ita δῶρα ἀνάγειν Homer. Il. Θ. vs. 203. Interim vulgatam etiam defendere poſſumus; imo debemus. Ἐπ' ἐξειργασμένοις legitima eſt locutio noſter in Agam. vs. 1388. ἔστηκ' ἔνθ' ἔπαισεν ἐπ' ἐξειργασμένοις. Soph. in Ajac vs. 378. τί δῆτ' ἂν ἀλγοίης ἐπ' ἐξειργασμένοις.

γασμένοις. Herodot. Lib. VIII. c. 94. ἐπ' ἐξεργασμένοις ἐλθεῖν. Add. Lib. IX. c. 76. & Ariſtid. Tom. I. p. 240. ἐπὶ τοῖσδε τοῖς πεπραγμένοις. Plene Æſch. in Choëph. vs. 737. ἐπ' ἔργοις διαπεπραγμένοις.

Vs. 552. Ξέρξης δ' πάντ' ἐπέσπε δυσφρόνως. Bene Schol. ad ſenſum ἐπέσπε exponit ἐπεσπάσατο. quomodo & Heſych. Ἐπέσπη, ἐπεσπάσηται. Ejuſdem nimirum ſunt originis ἕπειν, σπεῖν (unde σπεῖμα *funis* apud eundem Grammaticum nequaquam ſollicitandum cum V. D.) σπεύδειν, σπουδάζειν, σπᾶν, & ſi quæ alia. Proprie ἐφέπω *poſt me traho*, *ſequi facio*, non modo alium; ſed & memet, unde *conſectandi* notio, idemque quod μεταδιώκω, & μετέρχομαι, *impellor*, *trahorve* ad ſequendum, & hinc reliqui uſus, quos perſequuntur lexica; veluti cum notat *frequentare*, & *colere*. Pind. Pyth. Od. I. vs. 57. Ζεὺς ὃς τοῦτο ἐφέπεις ὄρος. Ubi valet *inſectari* eandem quam dixi ſervat poteſtatem, nec aliunde ſignificationis diſcrimen oritur, quam ex præpoſitione vim tunc exercente τῆ κατὰ *adverſus*, ut in locutionibus Homero tritis ἔγχει ἐφέπειν, & ἵππους μάστιγι, vel citra quoque iſtius modi dativos, ut in Il. Φ. vs. 188.

Ἕκτορα δ' ἀσπερχὲς κονέων ἔφεπ' ὠκὺς Ἀχιλλεύς.

itemque *immitto* κατεπείγω Idem. Il. Π. vs. 724.

— Πατρόκλῳ ἔφεπε κρατερώνυχας ἵππους.

Quod & ἐπιδιώκειν dici poſſet, ut διώκειν ἵππους. Il. ο. vs. 681. conf. ſupra ad Thebas vs. 90. Pari modo Pind. Pyth. Od. VI. vs. 33. ἔφεπε καρτερὸν ἔγχος, nempe τῷ Νέστορι, quo de eſt ſermo. Atque eadem nunc opera ſimul vera pateſcit virtus reliquorum compoſitorum, ἀμφέπειν puta διέπειν, μεθέπειν & περιέπειν. nec non quomodo intelligi debeant Heſychii gloſſæ Επισπεῖν, ἐπακολουθοῦντα ἔχειν, quæ legitur poſt V. Επισκεπτόμενον. Item Επουσιν, ἐνεργοῦσιν. Tum in quibus Εἵποντα & Επουσιν illuſtrat per ἀκολουθοῦντα, ἀκολουθοῦσιν. & Σπείσωμεν, ἀκολουθήσωμεν. Nempe invenerat alicubi loca in quibus vox activa occurrebat, pro media, quod licet agnoſcere non videatur Etymol. tamen, ſi quæ diſputavimus, ut nobis videntur, vera eſſe concedantur, dubitandum non erit, quin ex linguæ genio ἕπειν pro ἕπεσθαι uſurpari poſſit. Fuiſſe uſitatum probare videntur hæc Pindari Olymp. Od. II. vs. 18. αἰὼν ἔφεπε μόρσιμος πλοῦτόν τε καὶ χάριν ἄγων. & Pyth. Od. I. vs. 97. τὰν Φιλοκτήταο δίκαν ἐφέπων ἐστρατεύθη. quæ licet argutari ſi velim aliter paulo poſſem exponere, tamen re ipſa eodem recidet ſenſus. Pindaro ſubjungo Eurip. in Phoen. vs. 151. ἀμφέπει νιν ὄχλος ὑστέρῳ ποδί. i. e. *comitatur.* Denique omnem nunc extra mendæ ſuſpicionem conſtitutam puto Suidæ gloſſam Επίσπῃ, ἕψηται. cujus vindicias ante hac ad Heſychium quoque ſuſcepimus. Vo-

cu-

culam γὰρ vs. 550. cum viro docto haud auſim proſcribere; nam quot non forent paſſim delenda atque addenda, ſi ubique ſtropharum metrum accommodare velles antiſtrophis, & contra: ubi tranſpoſitione unius alteriuſve vocabuli, aliave leviore mutatione ei rei medelam adhibere licet, nec nos remedia ejuſmodi ſpreviſſe paſſim conſtabit. Etenim ſolent particulæ μὲν γὰρ fere ſeſe comitari. Thuc. Lib. V. c. 59. ἐν μὲν γὰρ τῷ πεδίῳ οἱ Λακεδαιμόνιοι εἶργον — καθυπέρθε δὲ — & Lib. VII. c. 55. πότερον μὲν γὰρ ἐφαβοῦντο τοὺς — ubi miratur H. Steph. Thes. L. Gr. Tom. II. p. I. 1617. c. Schol. tanti viſum, ut moneret, μὲν abundare; qui videtur excuſari poſſe, quod ſciret ubi δὲ ſequeretur, quin non nunquam ſine δὲ (ſubaudiendo tamen) non otioſum, ut in Demoſth. Phil. I. p. 32. vs. 15. ἐγὼ μὲν γὰρ οἶμαι. ubi vid. Schol. & infra ad Agam. vs. 569.

Vs. 573. Οὐράνια ἄχη. Heſychius Οὐράνιον ἄχος· τὸ κονιορτὸν, δηλοῖ δὲ καὶ τὸ μέγα, καὶ τὸ ὑψηλόν. Priori ſenſu intelligunt quidam grammatici veteres in Soph. Antig. vs. 424. & reſpicit eodem Euſtath. ad Il. A. p. 114. med. & B. p. 261: 40. Οὐράνια μέλη habetur in noſtri Suppl. vs. 815. & Ἄτην οὐρανίαν dixit Soph. in Ajac. vs. 196. pro *magna altove* fortaſſe videatur quibuſdam poſuiſſe Pind. Pyth. Od. I. vs. 37. Eundem præſtant uſum δαιμόνιος & θεῖος. ita,

quæ

quæ hic ὀυρεσίνα ἄχη, mox vs. 583. dicuntur δαιμόνια. & vs. 748. μέγα θεῦ pro *magno*, *validove*. Cujus generis locutiones in ſacris præſertim literis frequentantur. Conf. Spanh. ad Comici Plut. vs. 674. Scholium proximum ad vs. 570. immerito H. Steph. viſum labe inquinatum ἐπὶ *ſuper*; *de*, æque quartum, ac tertium caſum admittere oſtendemus infra.

Vs. 582. Ἐῤῥάνται ἐν δάκρυσι. Metro conſuletur ubi legeris ῥάνται, ut illico vs. 589. δυρόμενοι ἀντὶ τοῦ ὀδυρόμενοι. Pro δεσποσύνοισι Spanh. ad Juliani Cæſ. p. 81. & Orb. Rom. c. IX. p. m. 195. laudat δεσποσύναισι. Tuſneb. edidit δεσποσύνῃσι. Sed vulgatam egregie tuetur H. Steph. quem vide.

Vs. 591. —— —— βασίλειά
γὰρ διόλωλεν ἰσχύς.

Notari meretur locus, quia exemplum ſuppeditat feminini βασίλεια extra vocem γυνὴ cum alio verbo; ſecus ac fieri dictitat Thom. Mag. citans eum in finem βασίλειαι γύναι ex vs. 625. quomodo & ſupra legitur vs. 152. & in Agam. vs. 84. aliis cum vocabulis genus femininum comprehendi tradit ſub terminatione maſculini; quod uti innumeris pene aliis, & fere omnibus in adjectivis fieri largimur Magiſtro; ſic dicimus vix da-

ti unicum, ne exceptis quidem compoſitis, quæ tamen cenſentur vulgo in femininum prorſus ἄκλιτα, cujus non item terminatio à maſculina diverſa alicubi occurrat, apud poëtas inprimis: Ut ἀμφιῤῥύτη, ἀθανάτη, περιῤῥύτη, μητροφόνη, εὐθυδίκη, περισέπτη, ἐγγαία, πανταρκέτη, apud noſtrum obvia, primum apud Ariſtid. Tom. I. p. 85. Idem Thomas ibidem non probat, cum Phrynicho βασίλισσα, quo nihilominus uſi præter ſcriptores ſacros Palæph. c. XXXII. Arrian. Exped. Alex. Lib. IV. c. 15. aliique; vid. Spanh. ad Ariſtoph. Ran. vs. 386. & Hoeſchel. ad Phryn. Τὸ βασιλὶς, quod præferendum ducunt, habet præter alios Joſeph. contra Apion. Lib. I. §. 15. B. J. Lib. V. c. 4. §. 3. & c. 9. §. 4. In Schol. vid. an legi placeat μικρὸν ἔχει τὸ α.

Vs. 604. Ὅταν δ᾽ ὁ δαίμων εὐροῇ πεποιθέναι
τὸν αὐτὸν αἰεὶ δαίμον᾽ οὐριεῖν τύχης.

Noſter iterum in Choëph. vs. 315. τύχοιμ᾽ ἕκαθεν ἐνορίσας. in Eumen. vs. 137. αἱματηρὸν πνεῦμα ἐπουρίσαι. Plat. Alcib. II. p. 42. ὅσῳπερ ἂν μὴ πρῶτον ἐπουρίσῃ (ἐπουριάσῃ aliæ Editt.) τὸ τῆς ψυχῆς — ἢ περὶ κτημάτων κτῆσιν, ἢ — Propria ſignificatione utitur Lucian. Tom. II. p. 618. κοῦφως ἐπουριάζουσα τὴν ὀθόνην αὔρα. Soph. in Trach. vs. 840. τάδε ὀρθῶς ἔμπεδα κατουρίζει. ubi vid. Schol. Locum hunc Sophoclis re-

ſpexit Euſtath. ad Odyſſ. B. p. 105 : 48. ubi docet tragicam eſſe vocem. Idem ad Il. x. p. 1388, 28. iterum hoc compoſito uſum docet in Oed. Tyr. (nempe vs. 715.) ſed ubi male hodie editur κατ' ὀρθὸν οὐρήσας, & attigit labem Stephanus in Theſ. L. Gr. Tom. II. p. 1497. G. Quibus auctoribus reſcribendum quin ſit οὐρίσας, nemini fuerit dubium. Κατουρῶσαι eodem ſenſu utuntur oratores Lucian. Tom. I. p. 960. ναῦς πρυμνῆθεν κατουρουμένη ἀπὸ τοῦ ἀνέμου. Conf. quæ ex Polybio citant Lexica. Præceſſit κακῶν ὅςις συνέμπορος κυρεῖ dictum fere quomodo in noſtra lingua utimur τῷ *opgeſcheept*. In Choëph. vs. 731. λύπην legimus συνέμπορον.

Cap.

Cap. XXXI.

Vitis mater vini. *Matthæus ab hebraiſmi ſuſpicione liberatus. Quid* γέννημα. *Duplex in Heſychio proponitur emendatio.* Γάνος *quid? In Æſchylo aliquot menda ſublata. Pluto* ἀναπομπὸς *&* ἀγεσίλαος *dictus. Vocativi & nominativi copulati. Apollonius Sophiſta emaculatus. Inquiritur an Ariſtophanes diverſam ab recepta in Æſchylo invenerit lectionem.* Ἄλλως τε πάντως· *quid? In Heſychio prava diſtinctio correcta.* Ἄντια *&* ἄντα λέγειν, ἰδεῖν *&* εἰσιδεῖν. Μακιστήρ. *Schol. lectio defenditur.* Ἂν *bis poſitum. Helleſpontus Boſporus dictus. Kuſteri lapſus. Tzetzes tentatur, nec non Ariſtidis Schol. bis.*

Vs. 615. Ἀκήρατόν τε μητρὸς ἀγρίας ἄπο.
Ποτὸν παλαιᾶς, ἀμπέλου γάνος τόδε.

Manifeſto hæc ſibi imitanda propoſuit Eurip. Alceſt. vs. 757.

Πίνει μελαίνης μητρὸς εὔζωρον μέθυ,

ubi video poſt Nic. Loenſem & Barneſ. attuliſſe Plauti verba in Amphit. 1 : 1, 274.

Eam ego (hirneam) *ut MATRE fuerat natum eduxi MERI.*

Parili modo Achill. Tat. Lib. I. p. 67. *vitis* οἴνου μήτηρ. Hinc cui amplius Hebraismi ſuſpicio reſtet in Matth. Cap. XXVI. vs. 29. legenti vinum dictum γέννημα τῆς ἀμπέλου? inprimis

mis cum idem γάνος ἀμπέλου vocaverit Anacreon, ipſo agnoſcente Vorſtio de Hebraismis N. T. Parte II. c. XXIII. ult. & γεννήματα de quibus vis fructibus adhiberi ex Polybio oſtenderit Doctiſſ. Raphel. Adde quæ de eadem hac voce diſſerit Baſil. Lib. II. adverſus Eunom. §. 8. Ceterum ex Æſchylo ſi cui videbitur emendandus Heſychius, pro Μητρὸς, μέθυσις. legendum erit Μητρὸς ἀγρίας, τῆς μεθυστικῆς. Sin ex Euripide leviori mutatione Μητρὸς μέθυ, τῆς ἀμπέλου. Γάνος de vino alii quoque uſurpant vid. Spanh. ad Ariſtoph. Ran. vs. 1355. & Miſc. Obſ. Vol. IX. Tom. I. p. 144. Ceterum id verbi recte reſtituiſſe Scal. Euripidi in Bacch. vs. 261. fidem facit Etymologus integrum verſum laudans in V. Γανυμήδης. In univerſum notat πᾶν ἐφ' ᾧ τις γάνυται; ut ἄγαλμα ἐφ' ᾧ ἀγάλλεται. Hinc de *aqua* ſupra vs. 483. & ſæpius apud Lycophronem. De *melle* in Eurip. Iphig. Taur. vs. 633. λάφυρα Ἀρχαῖον γάνος vocat noſter in Agam. vs. 588. & γάνος ἐμὸν σὺ de *amata* Ariſtaen. Lib. II. Epiſt. 21, prope finem. Subſequitur ſtatim τῆς ἀιὲν ἐν φύλλοισι θαλλούσης βίον. i. e. τῆς ἀιὲν ἐμφύλλου, ſive ἀειφύλλου οὔσης. Soph. in Electr. vs. 956. alia in re dixit θάλλειν βίῳ. Deinde ἀνακαλεῖσθε vertendum puto *evocate*. vs. 626. pro ὑπαὶ retracto accentu leg. ὕπαι.

Vs. 635. Ἦ ῥ' ἀΐει μου μακαρεὶ —

τας ἰσοδαίμων βασιλεύς.

Diſcrimen quod ſtatuit Schol. μακάρειν inter & μακαρείτην reiicit Herald. Adverſ. Lib. II. c. IV. neque tamen pro uſu promiſcuo adfert exempla. In Lexicis item nil præter unicum Platonis locum produci video. Vs. 644. ubi gemelli ſui in ſtrophe metro reſpondere cupis ſcribas oportet μεγαυχῆ. Tum qui vs. 651. dicitur Αἰδωνεὺς ἀναπομπὸς is obſervante Spanh. ad Callim. H. Pallad. vs. 130. ex Athenaeo ab Æſchylo alibi fuerat dictus Ἀγεσίλαος. Denique vs. 654. habita legis pediæ in ſtrophe ratione corrigi poterit πώποτ' quod utique malim, quam cum Viro docto alterum ἤ, quod & emphaticum eſt, & à Schol. agnoſcitur expungere.

Vs. 659. βαλὴν ἀρχαῖος βάσκε πάτερ. Vocativos junxit nominativis, ut in Agam. vs. 1090. Ἄπολλον ἀγυιεῦ τ' Ἀπόλλων ἐμός. Heſiod. Θεογ. vs. 548. Ζεὺς κύδιστε. Soph. Oed. Colon. vs. 1775. ὦ πάτερ ὦ φίλος, ὦ τὸ σκότον ἐμὸν. Ariſtid. Tom. I. p. 440. ὦ φίλε σωτήρ. Add. quæ ſcripſi ad ejuſdem H. in Jovem Miſc. Obſ. Vol. V. p. 225. nempe ejuſdem eſt terminationis apud Atticos uterque caſus; vid. Soph. Schol. ad Ajac. vs. 957. & Servium ad Virgil. I. Æn. vs. 734. & x. 327. Mox vs. 665. leg. forſitan πιφαύσκων vel ἐπιφαύσκων. Tum

ut Schol. ſic Heſych. βάσκε, πορεύε, quomodo corrigendum itidem in Apollonii Soph. lexico apud Montfauconium Bibl. Coiſlin. p. 458. pro pravo πόρευον. Tandem quomodo noſter ὦ πολύκλαυτε φίλοισι θανών, eodem prope Horat. Lib. I. Od. XXIV. vs. 9. *Multis ille bonis flebilis accidit.*

Vs. 683. Ω πιστὲ πιστῶν. Tres difficultates movent Ariſtoph Grammatici ad Ran. vs. 1061. loco hujus fabulæ, quas hic ad examen revocare lubet, quod videam idem agere Stanl. Prima ineptiſſima eſt; reliquæ quandam habent ſpeciem; neque enim vox ἰαυοῖ comparet, neque αὐτολεξεὶ manibus comploſis chorum quidquam verborum protuliſſe legimus. Spanhemius putat pertinere hoc ad ἒἒ, ἰὴ, ἰὴ & αἲ αἲ. quæ in hac fabula occurrant. Meminiſſe ni fallor debebant critici, apud Comicum Bacchum loqui, qui vocem ſubſtituat, qua ipſum vocari mos eſt χαρᾶς ἐπελθούσης, adeoque non magis Ariſtophanem hic ἰαυοῖ inveniſſe, quam nos hodie. De comploſis manibus quod addit, reſpici puto ad verba vs. 854. ὦ πόποι ἢ μεγάλας ἀγαθᾶς περιώπας ἐπεκύρσαμεν, quæ eo geſtu à choro prolata poſſunt intelligi; adeoque pro ὦ πόποι ſubſtitutum apud Comicum ἰαυοῖ.

Vs. 690. —— ἐστι δ᾽ οὐκ ἐνέζεδον,

Αλ-

Ἄλλως τε πάντως χ' οἱ κατὰ χθονὸς θεοὶ
Λαβεῖν ἀμείνους εἰσὶν ἢ μεθιέναι.

Recte vidit Cl. d'Arnaud pro οἱ leg. ὅτι. Supra in Prom. vs. 637.

Σὺν ἔργον Ἰνοῖ τοῖσδ' ὑπουργῆσαι χάριν
Ἄλλως τε πάντως, καὶ κασιγνήταις πατρός.

ubi ſimul pro participio, quod ſubauditur, verbum finitum εἰσὶ poſueris, ſtructuræ ratio itidem requiret, ut ſcribatur καὶ ὅτι κασίγνηται. Et ſic conſtruitur ἄλλως τε, καὶ quo utuntur auctores alii. Heſych. Ἄλλως τε, μάλιστα, ἢ κατ' ἄλλον τρόπον. Sic locus diſtingui debet, qui in editionibus male interpungitur. Utrumque valet *cum ob alia*, *tum inprimis*. vid. Devarium.

Vs. 697. Ἄντια λέξαι. i. e. *coram alloqui*. ut mox vs. 703. ἄντια φάσθαι. & apud Hom. Odyſſ. ο. vs. 376. ἄντια δεσποίνης φάσθαι. Sic ἄντην & ἄντα ἰδεῖν apud eundem plus uno in loco, & Callim. H. Dian. vs. 63. Pro eo ἄντα εἰσιδεῖν Eurip. in Alceſt. vs. 876. quomodo & Lat. *contra tueri*, & *intueri*. Liv. Lib. I. c. 16. *petens precibus*, *ut CONTRA INTUERI fas eſſet*. Eodem pertinet *adſpicere contra* Græcis ἀντιβλέπειν, nec non *contra attollere oculos* ἀντοφθαλμεῖν, de quibus Herald. Adverſ. Lib. II. c. IV. & Bentl. ad Horat. Lib. I. Od. 3. vs. 18. In illo quod

quod ſequitur περὶ τάρβει *præ timore, ob metum*, eſt antiptoſis pro τάρβους.

Vs. 700. Μήτι μακιστῆρα μῦθον, ἀλλὰ σύντομον εἰπέ.

In Suppl. vs. 475. ἤκουσα μακιστῆρα καρδίας λόγον. ubi expl. Schol. δηκτικόν. Heſych Μακιστὴρ, βίαιος, τάσσεται δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ μεγάλου. Alii libri hic legunt μηκιστῆρα teſte H. Steph. in Theſ. Sequitur continuo δείομαι pro δέομαι i. c. δείδω Ariſtid. Tom. II. p. 125. περὶ τοῦ μέλλοντος δέοντα. Heſych. Δειομένη, δεισομένη.

Vs. 708. Verba Schol. ὁ Δαρεῖος παραμυθούμενος τῇ αὐτοῦ γυναικὶ, φησὶν ὅτι — jam vidit H. Steph. non procedere emendans ideo τὴν — γυναῖκα. Fortaſſe ſublata virgula ante φησὶν hinc pendet dativus. Idem Schol. pro ἐντύχοι videri poſſet legiſſe ἂν τύχοι, de quo iterum Steph. Neque enim eodem obſervante ἂν duplicatum refugiunt Græci. Vid. Choëph. vs. 346. Agam. 348. hujus fabulæ vs. 429. add. not. ad Thuc. Lib. II. c. 41. & Eurip. Hec. vs. 251. cui inprimis frequens hujus voculæ repetitio.

Vs. 725. Βόσπορον. Hoc nomine etſi omne fretum dictum perhibeant, quod bos tranare valet; vid. Long. Paſtor. Lib. I. p. 25. & Apollon. Rhod. Schol. ad. Lib. II. vs. 168. & hinc variarum regionum legantur

βόσ-

βόσπορι; tamen apud Geographos duo præcipue ſunt inclyti Cimmerius ſive Scythicus, & Thracius. Hic loci iterumque inferius vs. 748. Helleſpontum eodem inſignitum videmus; nec non apud Soph. in Ajac. vs. 907. ex mente Grammaticorum veterum, qui ad verba βοσπορίων ποταμῶν hunc in modum commentantur: ἴσως τῶν Ἑλλησποντίων τῶν εἰς τὸν βόσπορον ῥεόντων Τρωϊκῶν ποταμῶν· δύο δέ εἰσι βόσποροι, ὁ μὲν κατὰ τὴν Προποντίδα, ὁ δὲ Θρᾳκικὸς, ὥς φησι Φιλέας. Poſtrema tranſcripſiſſe Suidam non animadverſum à Kuſtero variis eum, implicuit erroribus, in quos acerbius invehitur Gronov. Emend. in Suid. p. 93. Verum effugit cenſoris aciem vel præcipua Kuſteri allucinatio in eo ſita, quod emendatio, quam proponit ὁ μὲν κατὰ τὴν Προποντίδα ὁ Θρᾳκικὸς καλούμενος· ὁ δὲ Κιμμέριος. contra linguæ indolem peccet, neque enim in Græcia qui Thracii Boſpori deſcribit ſitum, ei κατὰ τὴν Προποντίδα dici poteſt; ſed Pontum verſus Euxinum; ut Cimmerius κατὰ τὴν Μαιῶτιν. At ſi Phileas in regione ſcripſiſſet a Thracio Bosporo ad ſeptentrionem magis remota, tunc demum prout Kuſterus emendat ei loqui licuiſſet, ut Herod. Lib. IV. c. 85. ubi Darium narrans ponte junxiſſe Thracium Bosporum, ſubdit τείνει δὲ οὗτος ὁ βόσπορος εἰς τὴν Προποντίδα. Cæterum quæri hic poteſt utrum Helleſpontus per ſe Boſpori nomine intelligatur, an totus ille aquarum tra-

ctus Pontum inter & Helleſpontum? poſterius viſum Tzetzæ Chil. I. vs. 833. apertum eſt

> Δύο, ait, δ' εἰσὶν οἱ βόσποροι, καὶ μάθε τίνες οὗτοι·
> Ὁ Σκύθης ὁ Κιμμέριος —— ——
> Ὁ παρ' ἡμῖν τε Θρᾴκιος, ὁ καὶ Ἑλλησποντίας,
> Ὃς συνηθείᾳ τῇ κοινῇ Προσφόρειον καλεῖται.

ubi ex Steph. Byzant. leg. fortaſſe Φωσφόρειον, ad quem tamen Holſten. ſubſcribit Tzetzæ ſententiæ; in qua quoque Ariſtidis Schol. ineditus ad Panath. p. 314. Δύο γὰρ, inquit, εἰσὶ βόσποροι Κιμμέριος καὶ Σκυθικὸς (f. ἢ vel ὁ καὶ Σκυθικὸς) δι' οὗ μίγνυται ἡ Μαιῶτις λίμνη τῷ Πόντῳ. Καὶ Θρᾴκιος ὁ ἐν Ἑλλησπόντῳ, ἔνθα ὁ Λεύκων. Poſtrema hujus ſcholii verba ne non ſint à mendo libera vereor, quia de iſtius regionis ſive urbe, ſive fluvio, aliove quô loco inſigni nihil legere memini; at quidem de Leucone Cimmerii Boſpori rege, de quo vid. Strabo & Perizon. ad Æliani V. H. Lib. IV. c. 13. hinc loco ſua mota ſuſpicans illa ἔνθα ὁ Λεύκων tentabam, donec quid rectius docerent alii, —— Πόντῳ, ἔνθα ὁ Λεύκων ἐβασίλευσε, vel ἐτυράννευσε. Καὶ Θ. ὁ. ἐν Ε. De eadem quæſtione an Helleſpontus & Propontis comprehendi debeant, nec ne, conf. Euſtath. ad Dion. Orbis Deſcript. vs. 142. In Schol. ad vs. 717. l. παρεχὴ ἢ ἐμφύλιος. & vs. 724. vide num malis legere ὑπέχειν pro ἐπέχειν.

CAP.

CAP. XXXII.

Æſchylus aliquoties expl. Quid πανώλης? *Schol. Euripidis corrigitur. Recepta in Æſchylo lectio vindicatur.* πρᾶξις. *Æſchylus emendatur.* Πρὸς τάδε. Επὶ ταῦτα. *Paulo Apoſtolo lux. Dio Chryſ. aſſeritur. Æſchylus exponitur.* Τὸ πέπλον & εὔπεπλον. *Schol. emendatur.* Ελλάδος, γῆς & c τόπος. Τόπος *pro* prædio, fundo. Στόλον αἴρειν. Εκπαιδεύειν & παιδεύειν *pro* alere.

Vs. 726. Ωδ' ἔχει, γνώμης δέ πυ τις δαιμόνων συνήψατο.

Dubito præſtiteritne poſita poſt ὧδ' ἔχει, τελεία ςιγμῇ, τῷ γνώμης præfigere Darii nomen, ſequenti verſui Atoſſæ, tertio quartoque iterum Darii. Deinde niſi συνήψατο hic valeat καθήψατο vel ἥψατο (frequenti inprimis Hippocrati locutione ἅπτεσθαι τῶν φρενῶν & τῆς γνώμης. vid. Fœſii Oecon. Hippocrat. Eurip. Med. vs. 54. ἀνθάπτεσθαι) legendum fortaſſe fuerit γνώμης i. e. γνώμαις. Mox vs. 744. ὅταν σπεύδῃ τις αὐτὸς χ'ὠ θεὸς συνάπτεται. ubi vid. Schol. & eundem ad hunc locum. Sed prius ut præferamus ſuadet verſus, qui excipit verba de quibus nunc agimus. Conf. omnino vs. 752. qui pene perſuadet, ea quæ diximus à Dario eſſe prolata. Vs. 722. non caret veneribus phraſis πόρον μαργαίνειν

 pro-

pro *ſtulte ſuſcipere expeditionem*, & *tentare.*

Vs. 734. Βακτρίων δ᾽ ἔῤῥει πανώλης δῆμος. Non bene interpres *perditiſſimus populus*; neque enim hic πανώλης notat τὸ ἄξιον ὀλέσθαι, ut in Suppl. vs. 101. Verum πανώλης ἔῤῥει valet hic *funditus periit*, *occidione occiſus eſt.* Ariſtid. Tom. II. p. 322. πανωλεθρίᾳ πράγματα ἀπολλύμενα. & noſter fabulæ præcedentis vs. 558. πανώλεις παγκάκως τ᾽ ὀλοίατο.

Vs. 736. Μονάδα δὲ Ξέρξην ἐρημόν φασιν οὐ πολλῶν μέτα.

Dario interloquente, Atoſſa abruptum ſermonem continuat verſu abhinc altero, unde hujus pendet ſtructura. Μονάδα Ξέρξην dixit eadem licentia, qua Eurip. in Oreſt. vs. 270. μανιάσι λυσσήμασι, quam conſtruendi rationem perperam ibi reprobat Schol. Similia aliquoties jam vidimus in præcedentibus. At quomodo Μονὰς Ξέρξης fugit, cui ipſe poëta paucos quosdam dat fugæ comites? Nempe perinde hoc accipiendum, tanquam legeres φυγόντα Ξέρξην ἔρημον ὀλιγοστὸν, prout loquitur Joſeph. contra Appion. Lib. I. §. 20. Ἡττηθεὶς τῇ μάχῃ καὶ φυγὼν ὀλιγοστὸς — vel ut Herodot. Lib. VI. c. 15. μετ᾽ ὀλίγων ξυμμάχων μεμουνωμένοι. atque iterum Joſeph. in Vita ſua §. 18. μεμονωμένος μετὰ τῶν οἰκείων.

Vs.

Vs. 740. τοῦτο δ' οὐκ ἔνι σπάσις. ἔνι hic valet ἐστὶ ut in locis innumeris; & τοῦτο caſus eſt quartus pendens ab ellipſi τὸ κατὰ, ut mirer Spanh. ad Ariſtoph. Plut. vs. 348. legere τούτῳ, Arnaudtium σπάσει. Sequitur ταχεῖά γ' ἦλθε χρησμῶν πρᾶξις i. e. ὡς ταχέως γ' ἐπράχθη, ἃ οἱ χρησμοὶ προεμαντεύσαντο, ut ipſe exponit ſubdens πάλαι τῶν θεσφάτων. Sic πρᾶξις pro *eventu* & *fine* Pind. Olymp. Od. I vs. 136. ἐμοὶ μὲν οὗτος ἄεθλος γ' ὑποκείσεται, τὺ δὲ πρᾶξιν φίλαν δίδου. Vs. 743. ηὔχουν ἐκτελευτήσειν non ſatis vertit accurate interpres; αὐχεῖν nunquam quod ſciam notat εὔχεσθαι *orare*, reddere debebat *ſperabam, opinabar.*

Vs. 752. — πῶς τάδ' οὐ νόσος φρενῶν
Εἶχε παῖδ' ἐμόν; — —

Nulla hic tetigit interpretem mendi ſuſpicio, quin nec Spanh. ad Juliani Imp. p. 195. licet præeunte Stephano in notis id facile erat detegere. Legendum arbitror πρὸς τάδ' i. e. *nonne proinde* (quod dixi jam antea. vid. vs. 726.) *inſania invaſit filium meum?* Sic πρὸς τάδε & πρὸς ταῦτα noſter ſæpiſſime aliique Attici. Vid. Prom. vs. 1042. S. C. Theb. 318. hujus dramatis vs. 170. Eumen. 548. Quibus in locis, aliisque pluribus haud bene vertitur *porro*. Soph. Philoct. vs. 588. πῶς οὖν Ὀδυσσεὺς πρὸς τάδ' οὐκ αὐτάγγελος; neque

 ali-

aliter intelligo in Epiſt. Pauli ad Rom. c. VIII. vs. 31. τί οὖν ἐροῦμεν πρὸς ταῦτα. Adde ſi lubet Soph. in Ajac. vs. 1088. & 1333. Lucian. Tom. II. p. 840. Achill. Tat. Lib V. p. 301. Eandem exſerit præpoſitio virtutem aliis nominibus addita. Matth. c. XIX. vs. 8. πρὸς τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν ἐπέτρεψεν. ubi vid. Philol. Non paulo rarius ἐπὶ ταῦτα. Ariſtid. Tom. II. p. 102. αὐτὴν ἐκείνην ἐπὶ ταῦτα δεῖ δοκεῖν πεποιῆσθαι. & Dio Chryſ. Serm. XXXII. p. 391. A. τοὺς Ἀθηναίους τὰ περὶ τοὺς λόγους μᾶλλον ἐπιτηδεύοντας — ἐπὶ τοῦτο ἐποίησε θαυμάζεσθαι. Quod ſuſpectum eſſe non oportebat Viro ſummo corrigenti ἐπὶ τούτῳ. Sive enim ἐπὶ acceperis pro *propter*, ſive ut videtur accipere Caſaubonus, pro *ſuper*, rectum erit ἐπὶ τοῦτο. Ceterum habet πρὸς τάδε alios inſuper uſus; eſt enim ubi notat *uſque eo*, *adeo*, ſequente tunc ὡς vel ὥστε. Supra vs. 732. interroganti Dario totuſne funditus occiderit exercitus? reſpondet Atoſſa πρὸς τάδ' ὡς Σούσων ἄστυ πᾶν κενανδρίαν στένει. Deinde idem dicit quod πρὸς τούτοις *præterea*, *ad hæc*. Gloſſæ Vet. πρὸς ταῦτα *ad ea*. Eurip. in Electr. vs. 685. σοὶ προσφωνῶ πρὸς τάδε Αἴγισθον θανεῖν.

Vs. 754. — δέδοικα μὴ πολὺς πλούτου πό-
ρος
Οὑμὸς ἀνθρώποις γένηται τοῦ φθάσαν-
τος ἁρπαγή.

Ob-

Obſervanda hic venit ſtructura ἀνθρώποις τοῦ φθάσαντος, pro ἀνθρώπων dandi caſu poſito ἀντὶ τῆς γεννητικῆς colophonio ſchemate. Supra vs. 208. δρόμῳ πτεροῖς ἐφορμαίνει ἱέραξ. & in Agam. vs. 587. θεοῖς λάφυρα ἐπασσάλευσαν δόμοις. Vid. Lesbon. Libellum περὶ σχημ. noviſſimæ Ammonii editioni ſubjunctum p. 181. Ἔνδον αἰχμάζειν, quod ſuccedit, proverbii habet ſpeciem; nec quidquam videtur mutandum cum Stanl. Vs. 756. λέγουσι δ' ὡς vel poteſt accipi ut intelligit Schol. nam ᾗ pro τῷ tritum obviumque; vel eſt caſus participii, & δ' pro δή.

Vs. 761. τοὶ γάρ σφιν ἔργον ἐστὶν ἐξειργασμένον

Μέγιστον, ἀείμνηστον, οἷον οὐδέπω,
τόδ' ἄστυ Σούσων ἐξεκείνωσεν πεσὸν
Ἐξ οὗ τε — —

Stanleio adſentior adverſus Scaligeri criſin hæc tuenti, jungentique ſublata hypoſtigme poſt οὐδέπω, cum ſequentibus, quomodo & manifeſto locum legit Schol. qui ſenſum adſecutus eſt, quem verba poſtulabant, & quem ſequi debebat interpres. Ordo eſt οἷον (ἔργον) οὐδέπω πεσὸν ἐξεκένωσε τόδε (ſic leg. cum Schol.) τὸ ἄστυ Σούσων. Πεσὸν ἔργον ſeu πρᾶγμα dictum, ut in Agam. vs. 32. εὖ πεσόντα τὰ τῶν δεσποτῶν. Eurip. in Electr. vs. 639. πρὸς τὸ πίπτον αὐτὸς ἐννέπει. in Alceſt. vs. 1100. εἰς δέον πέσοι χάρις. &

Med.

Med. vs. 54. τὰ δεσποτῶν κακῶς πιτνοῦντα. nec non Pind. Olymp. Od. XII. vs. 15. πολλὰ ἀνθρώποις παρὰ γνώμαν ἔπεσεν. ubi conſule Schol. Deinde uti hic loci κενῶσαι, ſic in S. C. Theb. vs. 336. ἐκκενουμένη πόλις. Supra vs. 550. γῆ. & in Suppl. vs. 666. λοιμὸς κενοῖ πόλιν. In Schol. ad vs. 776. lin. 19. male repetuntur verba a V. Ἀρταφέρνης ad idem uſque nomen. lin. 30. l. θηλείας. lin. 33. Φορβάδα. Heſych. Φορβάδες αἱ θήλειαι ἵπποι. Vid. H. Steph. in Theſ. & Scalig. in notis Heſychio ſubjectis citatum. In Schol. non eſt quod moneam leg. γινώσκετε & lin. 2. τάδε.

Vs. 792. Ἐς τὸν Ἑλλήνων τόπον. Ut vs 245. Ἑλλάδος τόποι. & illico hic vs. 798. Πέλοπος τόπος in Eum. vs. 706. Σαλαμῖνος τόποι ſupra vs. 446. Αὐλίδος in Agam. vs. 199. τὸν περὶ τὴν γῆν τόπον dixit Baſil. Tom. I. p. 29. E. &. p. 30. c. adde p. 36. c. & 57. c. τὸν πρὸς ἕω τόπον γῆς Ariſtid. Tom. I. p. 54. in quibus plerisque notat *regionem*; alibi *urbem* Ariſtid. Tom. II. p. 240. τοσούτων χρημάτων καὶ σωμάτων καὶ τόπων ἀπολωλότων. Pro *prædio* vel *fundo* & χωρίον poſuit Æſchin. Contra Timarch. p. 18. med. τὴν ἐσχατιὰν ἐπρίατο παρ' αὐτοῦ Μνησίθεος ὁ Μυρρινούσιος τόπον μὲν πολὺν, δεινῶς δ' ἐξηγριωμένον ὑπὸ τούτου. Nec aliter nos uſurpamus τὸ *plaats*, & Lat. *locus*, unde *locuples* vid. Lexica. Sequitur abhinc non longe πῶς τοῦτ' ἔλεξας; quomodo & Sophocles loquitur in Ajac. vs. 271. πῶς τοῦτ'

ἔλε-

ἔλεξας; οὐ κάτοιδ' ὅπως λέγεις. add. Philoct. vs. 1189. Eurip. in Bacch. vs. 1031. τί τοῦτ' ἔλεξας; Aliud paulo eſt πῶς φῄς; πῶς εἶπας; ut mox vs. 800. in Agam. 276. & apud alios. Deinde ἀρθεὶς στόλον eodem modo videtur dictum, quo Galli utuntur ſuo *Lever* in phraſi *lever des ſoldats*. Ubi additur ἐκ, ἀπὸ ſubauditur accuſativus ναῦν, qui exprimitur quoque nonnunquam, notatque *ſolvere*, ut in Agam. vs. 45. στόλον Ἀργείων χιλιοναύταν τῆσδ' ἀπὸ χώρας, ἦραν. Πόδα αἴρειν dixit Eurip. in Helen. vs. 1643. ποῖ σὺν πόδ' αἴρεις, εἰς ποῖον φόνον;

Vs. 818. Τόσος γὰρ ἔσται πέλανος αἱματοσφαγὴς
Πρὸς γῇ Πλαταιῶν Δωρίδος λόγχης ὕπο.

Dubium non eſt hinc quin hauſerit Eurip. in Rheſi vs. 430.

Ἔνθ' αἱματηρὸς πέλανος εἰς γαῖαν Σκύθης
Ἠντλεῖτο λόγχῃ, Θρῄξ τε συμμιγὴς φόνῳ.

Idem Alceſt. vs. 851.

Πρὸς αἱματηρὸν πέλανον εἶμι τῶν κάτω.

Add. Iphig. Taur. vs. 300. Præceſſit ἔπ ἐκπαιδεύεται κακὰ, quod Schol. illuſtrat per αὔξεται, & recte; notat quippe ἐκπαιδεύειν, ut ſimplex παιδεύειν, non tantum *inſtituo*, *doceo*, quod & ipſum incrementum ſubindicat; verum etiam *educo*, *alo*. Heſych. Παιδεύειν, τρέφειν, —

quo ſenſu extat apud Callim. H. Jov. vs. 34.

— Νέδη δέ σε δῶκε κομίσσαι
Κευθμὸν ἔσω Κρηταῖον, ἵνα κρύφα παιδεύοιο.

& Eurip. in Cycl. vs. 275. τίς ὑμᾶς ἐξεπαίδευσε πόλις;

Cap. XXXIII.

Ὑπέρφευ. *Heſychius emendatus.* Κεχρημένος indigus, præditus. Πινύσκειν. Γῆς ζόφος. Ὠφελεῖν. *Verſio in Apollodoro correcta.* Πρῶται, ὅμοιαι &c. *pro maſculinis. Euripides aſſeritur. Schol. Æſchyli ſæpius emaculatur.* Ἐπὶ γόνυ κλίνεσθαι, & ἐς γόνυ βάλλειν. Νυχία πλάξ, ἄντρα, χθών. Βυθία πλάξ. Ὁ πάντα πιστὸς, ἄριστος &c. Τόλμος. Τί δ' οὔ; πῶς δ' οὔ; Ἐπιρρῆξαι & ἐπιρρήξασθαι. *Polyptoti ſpecies elegans.* Βάρος συμφορᾶς, πλοῦτος. *In Sophocle recepta lectio confirmatur.* Μέλειν & μέλλειν. *Videri Etymol. Magnum ex Euripide emendandum.* Ὀρθιάζειν, ἐπορθιάζειν.

Vs. 822. Ὑπέρφευ φρονεῖν. Noſter iterum in Agam. vs. 385. φλεόντων δωμάτων ὑπέρφευ. & Eurip. Phoen. vs. 553. τιμᾷς ὑπέρφευ, ubi Schol. expl. ὑπεράγαν, uti Heſychius, cujus verba capite trunca hinc reſtituimus. Conf. ad Eurip. Barnes.

Vs. 831. — ἐκεῖνον σωφρονεῖν κεχρημένον
Πινύσκετ' εὐλόγοισι νουθετήμασι.

Videtur Schol. duplicem agnoviſſe lectionem, ut editur κεχρημένοι, & κεχρημένον. Utraque

que tam apta ad loci ſenſum, ut digitum non verterim, utri primæ deferantur. Vulgatæ mens erit, ὑμεῖς κεχρημένοι τῷ σωφ. πιν. αὐτ — *Vos præditi prudentia* — κεχρημένον ſi leges hoc dicet; *vos indigentem doceri corrigique inſtituite*. Heſych. Επινύσκειν, διδάσκειν. & Επίνυσεν, ἐσωφρόνισεν. Conf. Spanh. ad Call. H. Dian. vs. 152. De κεχρημένος. vid. ad Heſychium.

Vs. 841. Γῆς ὑπὸ ζόφον κάτω. Pariliter loquitur Eurip. in Hippol. vs. 1416. & Hec. 208. Verſum abhinc tertium citat Thom. Mag. ut oſtendat Poëtas ὠφελεῖν conſtruere cum tertio, Oratores cum accuſandi caſu. Quod quidem verum eſt, ſed linguæ ubi conſulas rationem differunt, ut noſtra *voordeelig ſyn*, & *bevoordeelen* Dandi caſum præter Thucydiden ſæpius adhibuit Ariſtoteles: vid. Lexica. Mox εἰσέρχεσθαι violentiæ occurrit ſignificatione pro *invadere*; ut accepit quoque interpres in Apollod. Lib. II. c. 4. §. 3 ſed male; neque enim εἰσελθὼν εἰς βασιλέα verti debebat *impetu facto aggreſſus regem*, ſed *ingreſſus in regiam*. Actor. c. XVI. vs. 40. Εισῆλθον εἰς τὴν Λυδίαν. Ubi ſimilium largam copiam contulerunt V. D.

Vs. 857. Ακάκης. Eadem vox apud Ariſtid. Tom. III. p. 179. κοινῇ μὲν ἅπαντας (θεοὺς) δωτῆρας ἐάων ὀνομάζουσιν. (οἱ ποιηταὶ) ἰδίᾳ δ᾽ οὕτω μόνον τοῦτον (Mercurium) καὶ ἀκάκητά γε καὶ ἐριούνιον. alibi ἀκακήτης pro eodem.

vs. 1549. τίς οἴκων θεοδότων ὑπερτελὴς ἀνθήλιον πρόσωπον ἐκφαίνει θεῶν; & tropice Soph. Trach. vs. 36. ἄθλων τῶνδ' ὑπερτελὴς ἔφυ. i. e. ὑπὲρ τὸ τέλος —— ἐστὶν, ἐγκρατὴς καὶ ὑπερέχων, ut inter alia explanant ibi Grammatici veteres, quorum adeo, ut Heſychii quoque ex mente etymon fuerit repetendum ex ὑπερτελέσαι, quod ſenſu cognato occurrit infra vs. 367. alioqui non minus recte deduceretur ab ὑπερτέλλειν. Νωτίσαι, quod Schol. exponit ὑπερβῆναι, proprie valet τὰ νῶτα περισκεπάσαι, Heſyhio interprete, ad cujus V. Ἐνώτισε vid. quæ ſcripta ſunt. Hanc autem ſequendo ſignificationem fuerit τὰ νῶτα τῆς θαλάσσης σκεπάσαι, quod faciebat nempe refulgens ignis ſplendor. Niſi tamen quis maluerit ea ſumere poteſtate, qua habetur in Soph. Oed. Tyr. vs. 202. ubi Schol. illuſtrant per ἀπελάσαι, & facere παλινόρμητον γενέσθαι τὰ νῶτα. itemque Eurip. in Androm. vs. 1141. πρὸς φυγὴν ἐνώτισαν. Conf. iterum Heſychius in V. Νωτίζειν & Νωτίσαι. Ad verborum ſtructuram quod attinet; ſequendo lectionem Cant. edit. & Stanl. ὥστε νωτίσαι ἰσχὺς πεύκης, dictum erit, ut in Ariſtid. Tom. I. p. 537. Ἔβρος μὲν ἄρτι κεκρυμμένος, ὥστε εἶναι πλοίοις διαβατὸς, quartus pro primo caſu. Vid. Indic. in Æliani V. H. Voce. *Infinitivus.* At alteram qui prætulerit cum Turnebo diſtinguet ante πόντον & ἰσχύς. Vox πεύκη poſita adjective pro πευκίνη. Schol. ἰσχὺν exponit μεγίστην

i. e. *magnam multamque* & ſic Lat. *Vis*; vid. Stanl. ad Perſ. vs. 12. eundem præſtat uſum δύναμις infra vs. 788. Ultimo loco verbum venit notandum πορευτοῦ (attice pro πορευτὸς, ut στυγητὸς in Prom. vs. 594. πλαγκτὸς infra vs. 291. θνητὸς in Eurip. Iph. Aulid. vs. 901. ἀμβατὸς Heſiod. Εργ. vs. 681. φορητὸς in Luc. Tom. I. p. 929. ἀναχετὸς apud Alciphr. Lib. III. Ep. 70) quod hic præter naturam ſuam activam ſortitur notionem, ut πορεύσιμος apud Themiſt. Orat. X. p. 137. A. κόλπος οὔτε ναυσὶν ὢν πλωτὸς, οὔτε βατὸς πορεύσιμοις. Paſſive, quæ propria & nativa ejus eſt virtus, poſuit Eurip. in Electr. vs. 1046. ἐστρέφθην ἥνπερ ἦν πορεύσιμον. & ſic Xenoph. VII. κ. π. p. 113. bis; iterumque Themiſt. Orat. VI. p. 83. c. Hinc ſi conjectura fieri debeat, idem videtur obtinere in πτώσιμος, quod notare poterit & eum, qui alteri cadendi eſt cauſa, & *cadivum*: quibus veſtigiis progreſſi eccur non ſuſpicabimur potius Horat. Lib. III. Od. IV. vs. 44. Græcorum imitatione ſcripſiſſe *caducum fulmen* non pro *debili*, ſed *cadere faciente*, vel *ruente*. (Sic *fulmine ruere* Juv. Sat. VIII. vs. 93 licet intranſitive) quam cum Viro eximio audaciſſimam conjecturam omnium Codicum fide ſtabilitæ lectioni ſurrogemus. Nequis obvertat τὸ *cadere* & πεσεῖν indolem; cum & θανάσιμος notet non modo abſolute, ſed & acti-

active, vid. infra ad vs. 1285. & ſic alia forte plura, quæ nunc non ſuggerit memoria. De voce λέπας. vid. Spanh. ad Comici Plut. vs. 1097. Mox Turn. pro ἀφεςσμένως habet ἀφεςίσμων ὡς,. & vs. 305. ἀέρωπε. De lectionis varietate πανὸν & φανὸν præter Stanl. notas adi Valckenarium ad Ammonium.

CAP. V.

Μαυρȣ̃σθαι. *Vocula* οὕτω — ὥστε *in Oratione ſupplenda.* Ἀσυγείτων. *Quid* πέτην. *Ellipſis comparandi vocum* ὡς — οὕτως *&* ὁμοίως. Οὐ φίλως, ἀφίλως. Διχοστατεῖν. Ἀλεῖφα. Κύτος. *Formulæ* λέγοις πάλιν, ἐκεῖσε ἐπάνελθε. *&c. Recepta in Æſchylo lectio vindicatur.* Φυτάλμιος, φυτȣργός. *Lectio edita in Æſchylo iterum defenditur.* Εὐσεβεῖν *tranſitive, ut &* ἀσεβεῖν. *Parthenii verſio corrigitur. Æſchylus tentatur bis.* Ἐγρήγορος. *Etymologi lapſus. Schol. Æſch. refellitur. Quid* πέσσω. Εἰ *&* ſi *pro* etſi. *Prava diſtinctio ex Æſch. ſublata.* Διχορρόπως. *Interpres corrigitur. Diſquiritur an* εὔφρων *idem ſit quod* ἔμφρων. *Homeri verſio correcta.*

Vs. 304. Σθένȣσα λαμπάς. Simile quid adfert Schol. Soph. ad Oed. Colon. vs. 1102. nempe λαμπȣσῶν ἀστραπῶν λαμπάδων σθένει. Deinde ut heic loci μαυρȣμένη pro ἀμαυρȣμένη. Sic eadem aphæreſi, ne præcedente quidem vocali in Eum. vs. 360. Add. ex Heſiodo Stanl.

Vs.

Vs. 313. Φλογὸς μέγαν πώγωνα, καὶ Σαρωνικοῦ
Πορθμοῦ κάτοπτον πρῶν' ὑπερβάλλειν πρόσω
Φλέγουσαν —— ——

Μέγαν i. e. οὕτω μέγαν, ὥστε καὶ — Turneb. excudit Κάτοπτρον, quæ & aliorum Codd. lectio; deinde eadem præbet οὐχ ὑπερβ. pro πρῶν' ὑπερβάλλειν, quam ſequendo ſcripturam ſententia foret, μέγαν μὲν πώγωνα, ἀλλ' ὡς μὴ ὑπερβ. — Tum ut hic habemus ἀστυγείτονας σκοπὰς, ſic πόλεις in Eurip. Hippol. vs. 1161.

Vs. 330. Οἶμαι βοὴν ἄμικτον ἐν πόλει πρέπειν.
Ὄξος ἄλειφά τ' ἐγχέας ταυτῷ κύτει
Διχοστατοῦντ' ἂν οὐ φίλως προσεννέποις.
Καὶ τῶν ἁλόντων καὶ κρατησάντων δίχα
Φθογγὰς ἀκούειν ἐστὶ συμφορᾶς διπλῆς.

Τῶν μέσων eſt πρέπειν, & varia ſignificat, *eſſe*, *exiſtere*, *conſpici*. Noſter in Suppl. vs. 727. πρέπουσι μελαγχίμοις γυίοισι. In Choëph. vs. 22. πρέπει παρῇς ἀμυγμοῖς. vs. 16. πένθει. Add. ad vs. 30. Stanl. Infra vs. 441. πένθεια. vs. 1320. ἀτιμός.

μῶς. Conf. S. C. Theb. 396. in Perſ. 239. & ſupra vs. 30. Heſychio πέλαν inter alia notat ὅμοιον, quomodo verbum adhibuit Eurip. in Alceſt. vs. 1121. ubi Hercules Admeto βλέψον δ' ἐς αὐτήν εἴ τι σοι δοκεῖ πέλας γυναικί. Per Σοὶν ἄμικτον quid intelligat aperit ipſe vs. 332. ſeq. In verbis vs. 331. extrinſecus adſumenda vocula παραβολικὴ ὡς; & vs. 333. ... valet οὕτω καὶ τ. ... Sic ὁμοίως deficit in Soph. Electr. vs. 679. θανόντ' Ορέστην νῦν τε καὶ τότ' ἐννέπω. addit vs. 913. Καὶ νῦν θ' ὁμοίως καὶ τότ' ἐξεπίσταμαι, quanquam citra ejus additamentum ſententia ibi conſtat, nec quidquam obſcuritatis habet ſermo; aliter ſe res habet heic loci, ubi ſententiæ in eo cardo veritur, & omnis inde pendet intellectus, ut alibi; quod paſſim non animadverſum viris etiam doctiſſimis fraudi fuit. Οὐ φίλως idem quod ἀφίλως *parum amice*, quod occurrit infra vs. 814. Neque tamen quidquam detractum velim Stanl. conjecturæ φίλως divinantis, eleganti & ad mentem loci aptiſſima correctione: ne tamen editam vel ſic non præferendam ducam, facit ἀχορίστως, quod meliorem etiam in ſenſum accipi videtur poſſe; vid. Eumen. vs. 389. ubi Schol. ſimpliciter expl. ἀφωρισμένα. De voce ἄλφα pro ἄλφαρ & ἄλφας vid. Euſtath. ad Odyſſ. Z. p. 259: 40. Κύτος pro *vaſe* extat iterum infra vs. 824. in Eurip. Cycl. 398. & Soph.

Electr. vs. 1247. *Scuti.* κύτος habuimus ſupra S. C. Theb. vs. 501. κεφαλῆς in Plat. Tim. p. 532. E. Add. p. 541. G. 544. G. & 546. F. nec non Lexica. Denique ut vs. 328. dixerat ὡς λέγοις πάλιν, ita ferme Soph. Oed. Tyr. vs. 367. λέγ' αὖθις ὡς μᾶλλον μάθω. Eurip. Iph. Taur. vs. 256. ἐκεῖσ' ἐπάνελθε — τοῦτο γὰρ μαθεῖν θέλω. & Hel. vs. 478. αὖθίς μοι φράσον. Vid. quæ ſupra ad Perſ. 333. Contrarium ἄπελθε οὐ λέγω τοῦτο in Eurip. Iph. Taur. vs. 546.

Vs. 335. — — Φυταλμίων
Παῖδες γερόντων, οὐκέτ' ἐξ ἐλευθέρου
Δέρης ἀποιμώζουσι φιλτάτων μόρον.

Sic hæc diſtinguuntur. Stanl. poſt παῖδες iterum interpungit, legitque γέροντες. Putem nulla opus mutatione, ſed jungenda Φυταλμίων γερόντων i. e. γονέων. Ut φύτορες apud Heſychium & noſtri Schol. ad Prom. vs. 233. itemque φυτουργὸς in Soph. Oed. Tyr. vs. 1496. ἐλευθέρου δέρης attice pro ἐλευθέρας.

Vs. 344. Δρόσων τ' ἀπαλλαγέντες, ὡς δυσδαίμονες
Ἀφύλακτον εὑδήσουσι πᾶσαν εὐφρόνην.

Ευ

Ευδαίμονες malit Stanl. mutari ſi quid foret opus legerem οἱ δυσδαίμονες. Sed omni correctione abſtinendum duco: ὡς valet ὥστε, & ſenſus, *ita ut miſeri dormituri nunc ſint totam noctem liberati rore, nec ut prius cuſtodias obeuntes. Miſeros* vocat reſpectu miſeriarum, quas in longa obſidione pertulerant. Succedit εὐσεβοῦσι τοὺς θεούς, de quo uſu & regimine tranſitivo jam quædam notavi occaſione loci Paulini in Miſc. Obſ. Vol. IX. Tom. III. p. 438. addo nunc Joſeph. A. J. Lib. IX. c. 3. §. 2. & cap. 4. §. 5. Heliod. Lib. X. p. 513. διὸ καὶ ὑμᾶς ἀσεβεῖν δικαίως ἂν νομισθείη. & in voce paſſiva iterum Joſeph. Αρχαιολ. Lib. XVI. c. 10. §. 8. ἠσεβημένον τὸ σὸν ὄνομα μετὰ τῶν ἄλλων θεῶν. & Parthen. Erotic. c. 18. δόξας ἀσεβεῖσθαι ὁ Τψίκερων παῖδα Μελησίας πολεμεῖν. quod nullo ſenſu interpres convertit *impium quoddam admittere timens.* Debuiſſet *ratus nefarie ſecum actum*, aut ſimili modo. Monui ibidem pro ἀσεβεῖν ſeparativis vocibus legi εὖ σέβειν, & ſic Eurip. Fragm. ex Erechtheo vs. 8. & Incert. Trag. vs. 366. δυσσεβεῖν εἰς ἀδελφὰς dixit Themiſt. Orat. VI. p. 72. D. plura, ne celocem nimis onerem, prætermitto.

Vs. 348. Οὐκ ἂν γ' ἑλόντες αὖθις ἀνθαλοῖεν ἄν.

Vitium, quo locus laborat, perite ſuſtulit

Stanl. ſcribens ἀνθαλοῖεν. Verbi novitas forte non alibi obvii ſi quem offendat, & magis diſpendium voculæ αὖ, quæ τὸ πάλιν & αὖθις apud Atticos fida ſolet eſſe comes, legat is litera tantum unica addita, ſalvis reliquis, φθάνοιεν, nempe ἁλῶναι, vel αἱρεῖσθαι: nam præceſſit ἑλόντες. Reſpicitur ſcil. ad proverbium αἱροῦντες ᾑρήμεθα, de quo vid. Paroemiographos, & Eraſmum in Adagio *Captantes capti ſumus.*

Vs. 354. Θεοῖς δ' ἀναμπλάκητος εἰ μόλοι στρατὸς,
Ἐγρήγορον τὸ πῆμα τῶν ὀλωλότων.

Quid ſi ſcriptum fuiſſet Θεοῖς δ' ἂν ἀμπ. εἰ μόλοι? i. e. ἀναμόλοι, quod πάλιν μολεῖν infra vs. 610. ἐγρήγορος non admodum obvium legitur quoque apud Græcos bibliorum interpretes Thren. c. IV. vs. 14. Lucian. Tom. I. p. 530. ἐγρηγόρως ἀτενὲς ἀεὶ καὶ γοργὸν ἀποβλέπει εἰς αὐτήν. & Baſil. Tom. I. p. 524. E. in Lucæ verbis cap. XI. vs. 21. pro καθωπλισμένος; non quod ita ibi ſcriptum repererit; ſed quoniam ſcopo id magis conveniebat. Ejuſdem formæ eſt γεγωνὸς ὁ, cujus comparativum auctor Etymologici perperam deducit à participio γεγωνὼς, id propter recte caſtigatus ab Euſtath. ad Odyſſ. E. p. 230: 24. & Il. M. p. 870. extr. ſuppreſſo tamen nomine.

Vs. 355. Εἰ πρόσπαια μὴ τύχοι κακά. Nihil

hil nos cogit novam τῷ πρέποντι cum Schol. adfingere ſignificationem, quod uſitata notione poſitum ſenſum loco tribuit, quem poſtulat; modo εἰ, ut fieri convenit, ſumatur pro εἰ καὶ *etſi*. Noſter in Prom. vs. 345. ἐγὼ γὰρ οὐκ ΕΙ δυστυχῶ &c. Ariſtid. Tom. III. p. 270. ναύτας γε οὐκ ἂν ἐξαίφνης οὕτως αὐτοὺς ἐποίησεν, οὐδ' ΕΙ σφόδρα ἔδει ναυτῶν ἐκείνην τὴν ἡμέραν. & ſic Lat. *ſi* idem quod *etſi* Plaut. Amph. 4: 3, 17. *Neque me Jupiter, neque Di omnes id prohibeant, ſi volent.* Add. Liv. Lib. III. c. 9. & Lexica. Ad etymon quod attinet idem eſſe puto, quod alibi dixi τοῦ ἔμπαιος. Mox vs. 357. ſublata virgula l. τὸ δ' εὖ κρατοίη μὴ διχορρόπως ἰδεῖν, puta ἐμὲ, vel potius ἡμᾶς. Vox διχορρόπως Æſchylo frequens, vid. infra vs. 824. & 1281. nec non Suppl. vs. 613. & 989. apud alios reperiſſe non memini, nec habet Steph. Theſ.

Vs. 358. Πολλῶν γὰρ ἐσθλῶν τὴν ὄνησιν εἰλόμην.

Valde dubito an ſenſum adſecuta ſit verſio; accipio tanquam ſcriptum eſſet οὕτω γὰρ π. ε. τὴν ὀ. εἰλόμην ἄν. *Ita quippe multorum bonarum fructum perceperim.* αἱρεῖσθαι ὄνησιν dixit eadem ſententia, qua ὕπνον, σῖτον, τροφὴν &c. αἱρεῖσθαι. *eligendi* notio huc non quadrat.

Vs. 359. Κατ' ἄνδρα σώφρονα εὐφρόνως λέγεις.

Bene interpres ad mentem loci *ſapienter loqueris*, exigente, ut videtur, iſtum ſenſum τῷ σώφρονα. Qua tamen poteſtate cum ignorem εὔφρων, quod valet εὐφραντικὸς, εὔνους, ſuſpicari non deſinam ſcribendum ἐμφρόνως, & male converſum in Perſ. vs. 838. εὐφρόνως πραΰνειν per *prudenter*, pro *benevole* εὐνοικῶς, vel ut Schol. expl. πρᾴως; idem ſtatuo de ſæpius repetito illo apud Homerum ὅς σφιν εὐφρονέων ἀγορήσατο, quod non fuerat reddendum, *qui ipſis prudens concionatus dixit*, ſed *favens*, *benevolus ipſis*. Diverſa eſt ratio quando diviſe ſcribitur εὖ φρονῶ, quod utramque admittit ſignificationem. Soph. in Ajac. vs. 493. εὖ φρονοῦντα σοί. ubi vid. Schol. quem ex parte deſcripſit Suidas in V. Εὖ φρονῶ. & pro *ſapere*, *prudentem eſſe* Eurip. in Electr. vs. 568. aliique. Quod dixi de εὔφρων firmat vs. 858. τεμεῖν εὐφρόνως φάρμακα. in Choëph. vs. 86. πῶς εὔφρονα εἴπω. & in Suppl. vs. 649. εὔφρονα ψῆφον τίθεσθαι. neque aliter Euripides, Pindarus aliique tam poëtæ, quam oratores; adſtipulante inſuper noſtræ ſententiæ Schol. Soph. ad Ajac. vs. 422. Ἔμφρων ait ὁ φρόνιμος, εὔφρων ἢ ὁ ἡδὺς καὶ εὐφραντικός. Habes rationes, quibus motus ſic judico, quas ſi in contrarium adlatis auctorum teſtimoniis minus eſſe validas evinceris, & hoc errore me liberatum gaudebo.

CAP.

CAP. VI.

Μέγας & magnus de ætate. Corrigitur Sophoclis interpres. Γάγγαμον. Πανάλωτος activo ſenſu. χάρις συμποσίου &c. Quid φλέειν in Æſchylo? Πνέειν Αρη, μέγα &c. Πλοῦτος πρὸς κόρον quid? ἀφάνεια. Alia nonnulla.

Vs. 366. —— ὡς μήτε μέγαν
Μήτ' οὖν νεαρῶν τιν' ὑπερτελέσαι.

Μέγας opponitur hic νεαρῷ, ut in Xenoph. Cyneg. p. 578. 15. οἱ μὲν ΝΕΟΙ τῶν νεβρῶν οὕτως ἁλίσκονται· οἱ δὲ ἤδη ΜΕΓΑΛΟΙ χαλεπῶς. quomodo & μέγας de ætate occurrit in Epiſt. ad Hebr. cap. XI. vs. 24. ubi vid. Bos, & ſic magnus Lat. vid. V. D. ad Flor. Lib. II. c. 15. §. 12. Soph. Oed. Tyr. vs. 1102.

Τῆς γὰρ πέφυκα μητρός· οἱ δὲ συγγενεῖς
Μῆνές με μικρὸν καὶ μέγαν διώρισαν.
Τοιόσδ' ἐκφὺς, οὐκ ἂν ἐξέλθοιμ' ἔτι
Πότ' ἄλλος, ὥστε μὴ 'κμαθεῖν τοὐμὸν γένος.

Totum adſcribo locum, non quo contendere velim μέγαν & ibi ſic capiendum, (poterit quidem, ſed melius ad fortunæ ſtatum referetur) verum ut ſenſum indicemus, quem interpres in verſione minus videtur adſecutus. Vertimus, *hac quidem matre natus ſum: cognati autem menſes* i. e. vitæ autem tempus, *& parvum & magnum me* *eſſe*

eſſe voluerunt; itaque qualiſcunque natus ſum, non amplius alius unquam evadam, (niſi malis, *edar à matre*) *ut cauſæ nihil ſit, cur refugiam genus meum cognoſcere.* συγγενεῖς μῆνας dictum, ut ſupra σύμφυτος αἰών. & infra vs. 903. ξυνεύδων χρόνος.

Vs. 369. Γάγγαμον ἄτης παναλώτου. Stanl. ad Prom. vs. 1077. coniicit ſcribendum πανάλωτον. Γάγγαμα inter retium genera memorat quoque Oppian. III. Hal. vs. 81. Add. Polluc. X: 132. ibique not. Tum notes πανάλωτον active poſitum, ἀντὶ τοῦ πᾶν ἁλίσκον. De locutionibus figuratis à retibus petitis vid. hic not. Stanl. & ad Lycoph. vs. 1099. Potter.

Vs. 380. Αθίκτων χάρις. Sic συμποσίου χάρις noſtro σύγχρονος Pind. in Olymp. Od. VII. vs. 8. & infra vs. 426. κολοσσῶν χάρις. In proximis ἀξιοῦσθαι vox media ponitur pro activa, ut iterum in Eumen. vs. 428.

Vs. 385. Ατολμήτων Αρη πνεόντων
μεῖζον ἢ δικαίως,
φλεόντων δωμάτων ὑπέρφευ
Υπὲρ τὸ βέλτιστον. ——

Recte verterat interpres *plenis ædibus*; in notis corrigit *ædibus jactabundis*, motus credo H. Steph. auctoritate, qui φλυόντων corrigi vult, & Heſychii φλέοντας expl. φλυαροῦντας. Verum i-

idem cum Etymol etiam φλέειν exponit γέμειν & ὑπερκαρπεῖν, quæ notio unice hujus eſt loci; quod attendenti ad ſequentia apertum erit; & ſic iterum infra vs. 1425. μήλων φλεόντων ἀπόνοις νομεύμασιν, hoc eſt πληθυνόντων ut expl. Schol. Conf. & Ælian V. H. Lib. III. c. 41. & ad eum not. Cæterum bene vidit idem ὑπέρφευ non convertendum fuiſſe *heu*, ſed *ſupra modum* vid. ad Perſ. vs. 823. Verum ἀτολμήτων dum reponit, in eo iterum me quidem non habet adſtipulatorem. Ordo totius loci, & ſenſus non is eſt, quem Schol. verbis tribuit, ſed, niſi me fallunt omnia, hicce, πέφανται δὲ (οἱ Θεοὶ) τοὺς ἐγγόνους, τῶν ἀτολμήτων, i. e. τῶν κακὰ τολμώντων, καὶ πνεόντων Ἄρη μείζω ἢ δικαίως, τῶν δωμάτων ὑπεράγαν φλεόντων καὶ πληθυνόντων ὑπὲρ τὸ βέλτιστον. *quum nimia felicitate & ubertate gaudent*. Μεῖζον' i. e. μείζονα legit quoque Schol. Illud non invitus largiar Stanl. πέφανται æque commode hic poſſe ſumi pro *interficiunt*, atque pro φανεροὺς ποιοῦσιν cum Schol. Denique hic ut habemus πνέειν Ἄρη, ſic μεγάλα in Eurip. Androm. vs. 188. & Bacch. 640. μέγα ἀμπνέει Troad. vs. 1277. μένος in Oppian. IV. Cyneg. 190. πορνείας apud Baſil. Tom. I. p. 464. D. quæque alia ſimilia paſſim ſeſe legenti obferent. Heſych. Πνεύσας, ὀργισθεὶς — quomodo iterum Eurip. in Androm. vs. 327. τόσον δ' ἔπνευσας. i. e. ἐθρασύνθης, ἐπήρθης, ἐθυμώθης inquit Schol. Add. V. D. ad Actor. cap. IX: 1.

Vs. 389. Οὐ γάρ ἐστιν ἔπαλξις
Πλούτου πρὸς κόρον ἀνδρὶ
Λακτίσαντι μεγάλα δίκας
Βωμὸν εἰς ἀφάνειαν

Horum perpendenti mentem videor mihi dedetexiſſe veram; nempe hoc vult ſub his verborum involucris *injuſto nil quidquam proſunt opes, quantas etiam cunque eum poſſidere vel fingere poſſis, adverſus interitum.* Πλοῦτος πρὸς κόρον hic plane, quod dixerat modo ὑπέρφαλα φλέγειν ὑπὲρ τὸ βέλτιστον. i. e. opes immenſæ & tantæ, quæ vel avari votis reſpondeant. Tum εἰς ut alibi hic valet κατὰ, πρὸς *adverſus*. ἀφάνειαν cum interprete reddidi *interitum*; præſtiterit tamen fortaſſe accipere de ſplendoris occaſu & obſcuritate vitæ infra vs. 472.

Κελαιναὶ δ' οὖν ἐριννύες χρόνῳ
Τυχηρὸν ὄντ' ἄνευ δίκας
Παλιντυχῆ τριβᾷ βίου
Τιθεῖσ' ἀμαυρὸν, ἐν δ' ἀΐστοις
Τελέθοντος οὔτις ἀλκά.
Τὸ δ' ὑπερκότως κλύειν εὖ
Βαρύ· βάλλεται γὰρ ὄσσοις
Διόθεν κεραυνός.
Κρίνω δ' ἄφθονον ὄλβον.

Quæ egregie illuſtrant locum præſentem. Sic ferme ἀφάνεια apud Thuc. Lib. II. c. 37. ἀγαθὸν δρᾶσαι τὴν πόλιν ἀξιώματος ἀφανείᾳ κεκώλυται. Et τύχης ἀφάνειαν dixit Pind. Iſthm. Od. IV. vs. 53. Interpres πρὸς κόρον accepit, ut πρὸς φθόνον,

ἐρ-

ὀργὴν, ὕϐριν &c. Pro μεγάλα poſt Canter. idem præfert μέγα, vertit tamen, quaſi legendum exiſtimet λάξαντι μεγάλας δίκας. Lycophr. vs. 137.

> Ετλης θεῶν ἀλοιτὸς ἐκϐῆναι δίκην
> Λάξας τραπέζας κ᾽ ἀνακυπώσας θέμιν.

Quæ hinc & ex vs. 509. ἤχυνε ξενίαν τραπέζαν κλοπαῖσι γυναικὸς hauſta eſſe adparet. Vs. 387. haud inconcinne legeretur κ᾽ ἀπαρκεῖν. Nihil tamen temere mutandum edicam.

CAP. VII.

Δεκαιοῦσθαι. Επίςροφος *quid? In Æſchylo variæ conjecturæ propoſitæ.* Κολοσσός. Υπερπόντιος. *Superlativi & comparativi ſub terminatione maſculina atticis quoque ſunt femini generis.* Μεθύστερον. *Propria uſurpantur pro appellativis.* Διὰ ob *cum Genitivo.* Τελϐὴ ϐίȣ. Τυχηρός. Υπὸ ſub *cum caſu ſecundo.* Αλλαγῇ λόγȣς κάμνειν. Λόγων ξυναλλαγαί. Πυρȣ͂σθαι καρδίαν *quid? Lucæ lux.* Θερμαίνεσθαι πόθῳ *&c.* Θῆλυς ὄρος.

Vs. 394. Προϐȣλόπαις ἄφερτος Inſidiandi ſenſum unde arripuerit Stanl. tam ſcio, quam qui neſcit: à Schol. qui recte cepit, non erat diſcendum. Mox ſublata diſtinctione jungo μελαμπαγὴς πέλει δικαιωθεὶς, i. e. *probatus, exploratus* vid. Stolberg. in Exercitat. p. 359. *puniri* notat in Ælian. de Anim. Lib. VII. cap. 12. extr. ςρεϐλώσαντες τὸ πᾶν κατέ-

τέγγωσιν, καὶ ὁ μὲν ἐδικαιώθη τὰ ἐκ τοῦ νόμου — alio ſpectat Heſychii gloſſa Ἐδικαιώθη, ἴσως ἐμερίσθη, ut videtur, ad Matth. cap. XI. vs. 19.

Vs. 405. Ἐπίστροφον τῶνδε. *Auctorem* vertit interpres, bene. Heſych. Ἐπίστροφος — φροντίζων — ἐπιμελητής. Qua poteſtate verbum extat in Soph. Philoct. vs. 616. vid. ibi Schol.

Vs. 421. Πάρεστι σιγᾶς ἄτιμος, ἀλοίδορος
ἄλιστος, ἀφεμένων, ἰδεῖν,
Πόθῳ δ' ὑπὲρ ποντίας
Φάσμα δόξει δόμων ἀνάσσειν.
Εὐμόρφων γὰρ κολοσσῶν
Ἔχθεται χάρις τ' ἀνδρί,
Ὀμμάτων δ' ἐν ἀχηνίαις
Ἔρρει πᾶσ' Ἀφροδίτα.

Multis hæc impedita ſunt difficultatibus Schol. legit σιγᾶς i. e. σιγῆς, atque hanc inſtituit ſtructuræ ſeriem ἀφ. ἡμῶν τῆς σιγῆς. παρ. ἡμῖν ἰδεῖν ἥδιστη, interpretaturque eundem in ſenſum, quo ſupra in Perſis legimus vs. 593. οὐκ ἔτι γλῶσσα βροτοῖς ἐν φυλακαῖς. λέλυται γὰρ λαὸς ἐλεύθερα βάζειν. Et quamvis commoda ſic ſatis, ut in loco obſcuro, emergat ſententia, tamen ne acquieſcerem in ejus interpretatione, obſtabat ἄτιμος, quod nuſquam non, & ſæpiſſime quidem in Æſchylo occurrit, notione privante inveni, non pro πολύτιμος. Idem ἀλοίδορος accipere videtur paſ-

ſive

ſive contra ſimplicis naturam, quam ſequendo, (nam alibi vocem nondum reperi, & ignorat Steph. Theſ.) rectius interpres active intelligit; His motus difficultatibus conſtruebam verba hoc modo, ἀφεμένων ἡμῶν ἰδεῖν αὐτὴν πάρεστι σιγῶσα κἂν ἄτιμος, ὅμως ἀλοίδορος καὶ ἄδιστος. *ex quo eam coram intueri deſiimus adeſt & obverſatur oculis; & quamvis nullo honoris cultu proſequamur, fert illud tacita, ſine convicio, æque ſuavis atque jucunda.* Hoc autem ſenſu foret legendum σιγῶσ' ἄτιμος. Schol. cui præplacuerit expoſitio, coniicere is poſſet ſcriptum fuiſſe σιγᾶς τίμιος. Nec ubi attenderis ad verba vs. 439, ſeqq. incommodum foret σιγᾶς i. e. σιγαῖς *per ſilentia noctis*, hoc eſt *in quiete, per ſomnum*, modo ita σιγαὶ Græcis ſit uſitatum; ſic foret, *ex quo oculis non amplius adſpicimus, adparet nobis per ſomnia* — Obſcuriora ſunt reliqua, nec enim liquet in τῷ ὑπερποντίας an Ελένης intelligatur, an γῆς: deinde per illud τ' ἀνδρὶ Menelauſne, an Paris? De illo ubi voles accipere hoc dicet, *at non qualis nobis videtur, talis quoque marito Menelao, cui potius ceu ſpectrum obverſatur, nulla enim gratia aut venuſtas eſt* εὐμόρφων κολοσσῶν ἐν ἀχηνίαις ὀμμάτων. Verum, ad Paridem ubi referas, ſenſus fuerit, *at qualis nobis licet abſens adparet, talem præſentem non adſpicit Paris; ſed deſiderio patriæ terræ*

tranſmarinæ multum mutata ab illa Helena, (ὥστε δοκεῖν τῷ ἀνδρὶ φάσμα ἀνάσσειν τῶν δόμων) *quæ erat nobiſcum, non jam chara & dilecta, ſed inviſa erit viro; nam formam mulieris ubi vir faſtidire coepit, nec, quam prius, intuentur oculi formam, averſatur connubium.* vel *quod enim oculis adſequi nequis, in eo omnis perit venuſtas.* Etymologus Κολοσσὸς σημαίνει καὶ τὸ εἴδωλον, κυρίως δὲ κολοσσοὶ λέγονται οἱ ὑπερμεγέθεις ἀνδριάντες παρὰ τὸ κολούειν, ὅ ἐστιν ἐλαττοῦν τὰ ὄσσα, τουτέστι τοὺς ὀφθαλμοὺς διὰ τὸ μέγεθος, ὡς μὴ ἐφικνουμένων τῶν ὀφθαλμῶν ὁρᾷν. quod etymon, quaſi noſter quoque doceret probaretque, addit ὀμμάτων ἐν ἀχηνίαις. Tum nec illud diſſimulare queo, incidiſſe me in eam ſuſpicionem, vel Æſchylum ſub iſtis verborum involucris comprehendere voluiſſe opinionem de ſimulacro Helenes, non ipſa Helena, Trojam abducto, vel occaſionem ſaltem præbuiſſe illi opinationi, quam Euripides & Herodotus ornant commendantque; atque ita ex noſtri κολοσσοὶ & φάσμα Euripides in Helen. vs. 33. fecerit εἴδωλον ἔμπνουν: nam dicit ibi Helena

Δίδωσι (Juno) δ' οὐκ ἔμ', ἀλλ' ὁμοιώσασ' ἐμοὶ
Εἴδωλον ἔμπνουν ——— ———

Interim non me latet, quo minus commode ad Paridem referantur, obſtare videri vs. 437. τὰ μὲν κατ' οἴκους ἐφ' ἑστίας ἄχη τάδ' ἐστὶ, καὶ τῶνδ' ὑπερβατώτερα: ſed nonne Paridis ædes Troiæ cum ageret Helenæ æque fuere ἐφέστιοι, atque an-

antea Menelai domus? quin utraſque intelligi quid prohibebit? cum mala, quæ Menelao inſtabant, narrentur vs. 419. ſeq. quæ Paridi in loco præſenti, præterea quæ utrique vs. 429. ſeqq. Meliora excogitent alii & vincant. Pro ὑπὲρ ποντίας bene vidit Stanl. leg. una voce ὑπερποντίας, qua voce prætermiſſa in Steph. Theſ. uſus quoque Pind. Pyth. Od. V. vs. 79. ἄδιςος pro ἀδίςη, ut ὀλοώτατος ὀδμή in Hom. Odyſſ. Δ. vs. 422. ἀρετὰς ἐπιπονωτάτους Xenoph. VIII. Cyrop. p. 121. ſub fin. prout nempe habetur in Edit. Iſingr. in Steph. & noviſſ. ἐπιπονωτάτας. Dio Chryſ. Serm. XXXV. p. 433. πηγὰς ἀφθωνοτάτους. Baſil. Tom. I. p. 10. D. πραγματεῖαι πολυφωνόταται. Et ſic in Comparativis. Plato Lib. VII. de Rep. p. 481. H. ὑπὸ λαμπροτέρου μαρμαρυγῆς. Eurip. in Fragm. Erechth. vs. 21. ὁμιλίαι χερείτεροι. Thuc. illud Lib. II. c. 89. βιαιότερον ἐπίκλυσιν ultimæ videtur edit. σφάλμα, cum in aliis ſit βιαιοτέραν. Add. quæ ſcripſi in Miſc. Obſ. Vol. III. Tom. II. p. 303. Vs. 420. σίβοι vertendum potius *via*, & quaſi ἴχνους ζήτησις, ut expl. Heſychius. Φιλάνωρ habuimus & in Perſ. vs. 136. eoque augmentum poterit accipere Steph. Theſ.

Vs. 435. οὐ μεθύστερον. i. e. οὐ πολλῷ ὕστερον. Nec hujus vocabuli veſtigia comparent in Steph. Theſ. S. C. Theb. vs. 588. οἱ μεθύστεροι. Add. Perſ. vs. 207. Choëph. 514. &

Soph.

Soph. in Philoct. vs. 1130. De τληστικάρδιος conf. Euſtath. ad. Il. Δ. p. 374 : 40. & E. 451 : 17. Tum quod hic πολλὰ θιγγάνει πρὸς ἧπαρ id infra vs. 801. λύπη ἐφ᾽ ἧπαρ προσικνεῖται. Pro ἐφ᾽ ἑςίας Stanl. malit ἐφεςίους vid. ſupra ad Theb. vs. 73. ſed nil temere mutem.

Vs. 452. Αντήνορος παροδοῦ. Canterum nihil tale hic meritum reprehendit Stanl. qui ad Lycophr. vs. 335. tantum docet, propria apud Poëtas uſurpari pro adpellativis, idque pluribus oſtendit Caſaub. ad Athen. Lib. III. c. XXI. Conf. Salmas. ad Inſcript. Reg. p. m. 108.

Vs. 456. Διὰ γυναικός. *Ob uxorem*, notanda antiptoſi; ut adeo alternet ſtructura tam cum notat *per*, quam *propter*. Vid. ad S. C. Theb. vs. 239.

Vs. 473. Τριβᾷ βίου. i. e. *procedente tempore*. Soph. Electr. vs. 605. δυστυχῆ τρίβει βίον, & ſic paſſim. Præcedit τυχηρὸν abſolute pro *felice*, *fortunato*. vid. Etymol. & Suid. Alias notat *fortuitum*. Βάλλεται valet ἐπιβάλλεται, ut κρίνω, προκρίνω.

Vs. 487. τίς ὧδε παιδνὸς ἢ φρενῶν κεκομμένος;

Spanh. ad Callim. H. Jov. vs. 24. verti mavult *infans*, quam *ſtolidus* cum interprete. Atqui Heſychio non modo per παῖς, νέος, ſed

&

& ἄφρων exponitur. Illa ἀλλὺς ὑπ' ἄλλων βίον κατ-ίδυμι vertuntur *ſub aliis vitam degam*; ad ſenſum ſatis bene, vivit enim captus victori obnoxius; ſed jungi debent ἀλλὺς ὑπ' ἄλλων. Non quod damnem prorſus regimen τ̃ ὑπὸ *ſub* cum caſu altero: nam & apud noſtrum in Choëph. vs. 79. habetur δακρύω ὑφ' εἱμάτων, & ὑπὸ γῆς legitur non minus, quam ὑπὸ γῆν. Longe tamen parcius Græcos frequentaſſe iſtam ſtructuram conſtat; ut verear an ullum omnium, quæ ei confirmandæ attulerunt Viri doctiſſimi in Actis Lipſ. Anni CIƆIƆCCXXXII. p. 8. ſe probatura ſint, qui auctores ipſos inſpexerint, unde producuntur exempla.

Vs. 489. Φλογὸς παραγγέλμασι
Νέοις πυρωθέντα καρδίαν
Ἐπεῖτ' ἀλλαγᾷ λόγυς
Καμεῖν;

Sic hæc debent intelligi, tanquam ſcriptum eſſet ὥστε πυρ. καρδίαν παρ. φλ. ἐπι. ἀλ. καμεῖν λόγυς. verſionem non intelligo *ad triumphum orationem meditari*. Chorus ſemet hic reprehendit, quod vacillet in fide adhibenda nunciatis per φρυκτωρίαν, & ob quæ vs. 363. & ſeqq. ingens jam teſtatus erat gaudium: hæc ſummatim loci mens eſt; ἀλλαγᾷ λόγυς καμεῖν valere videtur *non conſtare ſibi in ſermone, mutare ſermones*. Λόγων ξυναλλαγὰς habes

in Eurip. Suppl. vs. 602. ubi cum dixiſſet Ætra στρατεύματα Παλλάδος κελεύσεται, rogat Chorus Διὰ δορὸς εἶπας, ἢ λόγων ξυναλλαγαῖς; & Soph. in Ajac. vs. 747.

> Λῆξιν δ' ἔρις δραμοῦσα τοῦ προσωτάτου
> Ἀνδρῶν γερόντων ἐν ξυναλλαγῇ λόγου.

i. e. Schol. illuſtrante ἐν συναντήσει, ἐκ τῆς ὁμιλίας, τῇ ἀμοιβῇ καὶ συμβιβάσει τοῦ λόγου. Fuerit itaque λόγους καμεῖν ἀλλαγᾷ ſive ἐν ἀλλαγᾷ *ſermones comminiſci in contrarium.* Heſych. Καμεῖν, ἐπιμελῶς κατασκευάσαι, hinc & interpres credo convertit *meditari.* Alio pertinet paulo hoc Eurip. Iphig. Aul. vs. 1143. μὴ κάμῃς λέγων. Legi ceteroqui poſſet ἀλλαχᾶ, ſic foret *ſermones conquirere alio ſpectantes*, & contrarii effectus, nec quibus jam, ut ante, πυρωθῇ ἡ καρδία, ſed doleat; nam πυρωθῆναι τὴν καρδίαν ad gaudium pertinet, & cordis motum vehementem, quem quis percipit ex dictis factiſque, ut in Luc. cap. XXIV. comm. 32. οὐχὶ ἡ καρδία ἡμῶν καιομένη ἦν ἐν ἡμῖν, ὡς ἐλάλει ἡμῖν —— Ubi vid. Pric. & Grotius. Sic ἐνθερμαίνεσθαι πόθῳ Soph. Trag. vs. 372. quod compoſitum non habet Steph. Theſ. ἐλπίσιν in Ajac. vs. 480. Vid. ibi Schol. Add. Pſalm. XXXVIII. vs. 3. quem & Grotius contulit. De amoris igne Longus Lib. III. p. 77. τὸ καῖον πῦρ τὴν καρδίαν. Unde ſimulque ex ὥστε, quod ſupplendum eſſe monuimus, quivis perſpicit, nimium adverſari ſententiæ Stanl. emendationem ἐπὶ

τ',

τ', quam quæ admitti poſſit. Sequitur ὁ θῆλυς ὅρος, i. e. πᾶσα γυνὴ, πᾶν τὸ γυναικεῖον φῦλον.

CAP. VIII.

Uſus peculiaris τοῦ ὅδε. Ἀλλ' ἢ *pro* ἀλλά. *In Longo verſio corrigitur.* Ἐρᾶν cupere. *Lucas illuſtratur.* Ἀλλ' ἢ *pro* niſi. *Suidæ interpretis lapſus. Marco lux. Pſochenius defenſus. Videri Plautum Ariſtophanis locum expreſſiſſe.* Ἐρχέσθαι *&* ἥκειν eſſe *&* nunciari *ſeu* adferri. Κόσμῳ *&* τάξει *pro* ἐν κόσμῳ. *Quid* συντελὴς, συντέλεια *&* συντελεῖν? *Suidas emendatur, nec non Heſychius.* Ἀμάρπον.

Vs. 502. Κήρυκ' ἀπ' ἀκτῆς τόνδ' ὁρῶ κατάσκιον
Κλάδοις ἐλαίας ———

Simili modo in Suppl. vs. 359. ὁρῶ κλάδοισι κατάσκιον ὅμιλον. ubi vid. Schol. & Kuſter. ad Ariſtoph. Plut. vs. 765. Ὁδε adhibent Græci in re inexpectata & repentina, quomodo Lat. *ecce*. Eurip. Hippol. vs. 51. ἀλλ' εἰσορῶ γὰρ τόνδε παῖδα Θησέως στείχοντα. Idem Iph. Taur. vs. 236. καὶ μὴν ὅδε — βουφορβὸς ἥκει. Noſter in Choëph. vs. 729. Τροφὸν δ' Ὀρέστου τήνδ' ὁρῶ κεκλαυμένην. Sequitur διψία κόνις ut apud Sophoclem, vid. ad Heſychium.

Vs. 507. Ὡς οὐδ' ἄναυδος οὔτε σοι δαίων φλόγα

Ὕλης ὀρείας σημανεῖ καπνῷ πυρός.
Ἀλλ' ἢ τὸ χαίρειν μᾶλλον ἐκβάζει
λέγων.

Obtinente iſta diſtinctione ἀλλ' ἢ valebit ἀλλὰ ſimpliciter, ut in Longi Paſtor. Lib. III. p. 89. ὁ γὰρ (Πὰν) διώκει μὲν τὸν ὁρῶν, οὐκ ἐρῶν τυχεῖν, ἀλλ' ἢ τοῦ μαθεῖν, τίς ἐστιν ὁ λανθάνων μαθητής. Ubi ſenſum non adſecutus Mollius vertit *non ut illius amore potiatur perſequitur*. οὐκ ἐρῶν τυχεῖν ſcripſit, ut Soph. Philoct. vs. 670. εἴ τι ἄλλο ἐρᾷς λαβεῖν. & Eurip. Iph. Taur. vs. 1041. ἐρᾷ νίψαι. Add. Bud. p. 857. & ſic ἀλλ' ἢ in Ariſtoph. Pace vs. 475. exponit Devarius. Lucas in Euang. cap. XIII. vs. 51. δοκεῖτε ὅτι εἰρήνην παραγενόμην δοῦναι ἐν τῇ γῇ; οὐχὶ λέγω ὑμῖν, ἀλλ' ἢ διαμερισμόν. Interdum ἀλλ' ἢ notat ἤ. Suidas Ἀλλ' ἢ ἀντὶ ἁπλοῦ τοῦ ἤ. Ubi male interpres vertit *vel*. Atque ita ἀλλὰ pro ἀλλ' ἢ *niſi*, *præterquam* Marc. cap. IX. vs. 8. Οὐδένα εἶδον ἀλλὰ τὸν Ἰησοῦν μόνον. Quod ab Hebraiſmi ſuſpicione vindicare conato Pfochenio hoc Herodiani ἄιτιος γὰρ τοῦ τοιούτου θανάτου οὐκ ἔστιν ἄλλος, ἀλλ' αὐτὸς αὐτῷ, non tulit hoc Gatakerus contendens haud magis per *niſi* hic poſſe reddi, quam *ſed*; & verum iſtud quidem; at non attendit V. D. idem ſtatui poſſe de verbis Euangeliſtæ; quum enim οὐδένα εἶδον ἀλλὰ — idem ſit plane, tanquam legeremus οὐδένα εἶδον ἄλλον, vel ἕτερον ἀλλὰ τ. ι. μ. adparet Pfochenium peritiſſime

me iſto exemplo uſum. Ceterum ne quid de hebraismi ſuſpicione relinquatur; en geminum plane Ariſtidis locum Tom. III. p. 99. καὶ τί δεῖ παραδειγμάτων ἑτέρων, ἀλλ' οὗ μικρῷ πρόσθεν ἡμεῖς τε ἐμεμνήμεθα; Ad noſtri locum ut revertar, poſſet, ſublata interpunctione maiore ante ἀλλ' ἢ, hic inſtitui verborum ordo, ὡς οὔτε ἄν. οὔτε ἀλ. φλ. ὑ. ὀ. σημ. σοι ῥ. κ. π. ἀλλ' ἢ λ. ἐκδ. τὸ χ. ſic ἀλλ' ἢ fuerit ſimpliciter ἢ, uti in exemplo quod ex Longo adpoſuimus: modo ſuppleveris ἄλλου, ut ſit οὐκ ἐρῶν τυχεῖν ἄλλου ἀλλ' ἢ — Certe ἀλλὰ ut originem ſic ſignificationem traxit ex ἄλλος, quod & aliis jam ſuboluit; vid. Devar. p. 5. Quo minus mirum ἄλλος & ἕτερος non raro deficere, ubi locus iis eſſe videtur; quæ tamen ſi adſint revera pleonaſmus eſt: ubi ἀλλὰ ſolitarium comparet, ut in Euangeliſtæ loco, ellipſis eſt voculæ ἤ.

Vs. 517. Νῦν χαῖρε μὲν χθὼν — Morem obſervat nuncius, de quo præter Stanl. vid. Meurſ. ad Lycophr. extr. Plauti verba in Bacch. II : 1.

Herilis patria ſalve, quam ego biennio
Poſt, quam hinc Epheſum abii, conſpicio lubens.
Saluto te vicine Apollo, qui ædibus
Propinquus noſtris accolis, veneroque te.

Colorem videntur traxiſſe ex hoc Ariſtoph. in Veſp. vs. 870.

Ὦ δέσποτ' ἄναξ, γεῖτον ἀγυιεῦ τ' οὐμοῦ προθύρου πρὸς πύλαις.

Unde licet ſtabiliri videatur Meurſii ſententia, non προςατήριον ibi Apollinem intelligi, ſed ἀγυιέα, tamen diſcrimen, quod intercedit, non ſatis intelligo, neque id agnoviſſe videtur Stanl. inſra ad vs. 528. aut Spanh. ad Callim. H. Dian. vs. 144. Vid. ad Comicum Schol. & Flor. not. iterumque Stanl. ad vs. 1090. & Barneſ. ad Eurip. Jon. vs. 186.

Vs. 520. ἦλθες ἀνάρσιος. i. e. *Fuiſti*, ut recte interpres, ἔρχεσθαι poſito pro εἶναι, ut ἥκειν in Soph. Oed. Tyr. vs. 1535. θεοῖς ἔχθιςος ἥκω. & Oed. Colon. vs. 1240. ἔχθιςον φθέγμα τοῦτ' ἥκει πατρί. Simile quid obtinet in illo Heſiodi Aſp. vs. 146. ὀδόντες λευκὰ θέουσι, & ποίη χλωρὰ θέουσα in Inſcript. Regill. atque ita Lat. *Venire*, & *incedere*. Alibi notat *adferri*, *nunciari* Thuc. Lib. VIII. c. 96. τοῖς Ἀθηναίοις ὡς ἦλθε τὰ περὶ τῆς Εὐβοίαν γεγενημένα. Ariſtid. Tom. III. p. 347. ἧκεν ὁ χρησμός. & Ælian. V. H. Lib. II. c. 41. p. 156. ὅτε αὐτῷ τὸ ἐκ βούτης μαντεῖον ἀφίκετο. Sequitur σωτὴρ ἴσθι κ' ἀπαγώνιος i. e. καὶ ἀπαγώνιος ex mente Schol. & Stanl. Spanh. ad Ariſtoph. Plut. vs. 1162. καὶ ἐπαγώνιος ſenſu plane contrario, quantum ex ἐπαγωνίζεσθαι datur colligere, quod fortaſſe percipiens malebat ἐναγώνιος.

Vs. 530. Δέξασθε κόσμῳ. Noſter iterum

in

in Perſ. vs. 399. ἡγεῖτο κόσμῳ. & Pind. Pyth. Od. III. vs. 147. οὐ δύναται κόσμῳ φέρειν. Heſych. Κατὰ κόσμον, ἐν τάξει. quo ipſo itidem omiſſa præpoſitione utitur Clem. Rom. I. ad Corinth. §. 40. τάξει, dicens, ποιεῖν τι. Præcedit proxime ἀντήλιοι δαίμονες, de quibus Tertull. de Idol. c. XV. *etiam apud Græcos Apollinem* θυραῖον *& antelios dæmonas oſtiorum præſides legimus.* Vid. ibi not. F. Junii.

Vs. 541. Συντελὴς πόλις. Proprie συντελὴς *qui juxta cum aliis tributum pendit*, vid. Harpocrat. ad eum Valeſ. not. & Suid. deinde in genere, *qui eandem operam præſtat*, unde recte in Ariſtid. Panath. p. 245. τότε μὲν ἡμέρᾳ μιᾷ τῆς μάχης ὑστέρησαν Λακεδαιμόνιοι· ἐκείνῃ δὲ ἡμέρᾳ αὐτῇ ὑστέρησαν τῆς τροπῆς οἱ συντελεῖς. Cant. vertit *ſocii.* & Schol. interpretatur συμπολεμοῦντες. Idem Tom. III. p. 580. πηγὰς Νείλου συντελεῖς dicit, qui aquam miniſtrant fontes. Hinc συντέλεια χρημάτων eidem Tom. I. p. 469. eſt *collatio.* Sed & pro *conſortio* & quaſi *communitate* adhibuit noſter in S. C. Theb. vs. 257. ubi θεῶν συντέλεια, pro ἀθροισμῷ, ut expl. Schol. uterque; metaphora ex mente alterius ſumta à στρατιωτῶν ἀθροίσει. ſecundum alterius ſententiam ἀπὸ τῆς εἰς τὸ κοινὸν εἰσφορᾶς. Pro collatione ad uſum bellicum rurſus Ariſtid. Tom. I. p. 230. 234 & 247. Sed & per χρήσιμος exponit Suidas, & συντέλειαν Vulg. Lex. teſte H. Steph.

ad-

adferunt pro *utilitate*, *maturitate* & *perfectione*, quæ expoſitiones licet ſint ei ſuſpectæ, videntur admitti poſſe: prima certe, quatenus συντέλειά ἐστιν ἡ ἐκ πολλῶν ἀγαθῶν ἕν τι χρήσιμον ἀπεργαζομένη, ut ſcribit Schol. Ariſtidis ineditus ad Orat. pro IVviris p. 370. ubi συντέλειαν poſuit Sophiſta eodem fere ſenſu, quo nos dicimus *door myn toedoen.* Nec συντελεῖν pro *prodeſſe* ignorare Græcos vel ex Lexicis abunde notum. Vid & Bud. p. 624. & 627. Poſteriores interpretationes videntur deſumtæ ex illo συντέλεια τοῦ αἰῶνος; quod aliquoties occurrit in ſacris literis.

Vs. 545. Πανώλεθρον ἔθελσεν δόμον. Locus Euripidis, quem citat Schol. extat in Oreſt. vs. 128. & firmatur hinc ſcripturæ probitas editt. quæ præceſſerunt Barneſ. de qua ad Heſych. V. Ἀπέθελσεν. Suidas Ἀπέθελσεν, ἀπέχλεσεν — καὶ ἀπέθελσε τὸ αὐτό. Poſtrema tacite prætermiſit Kuſterus, quia, ut ſunt, ita ſi legas, ei videbantur ſuperflua; at ſcripſeris ἀπέθελξε vel ἀπεθέλσε. quomodo haud dubie dederat, non inutilis fuerit acceſſio. Tollam eadem opera leve mendum ex Heſychio, in quo Ἐθελσεν, ἔφελξεν l. ἔθελξεν. Neque enim putem hic cogitandum de ἔθρισε pro ἄιθρισε ab αἰθὴρ Suid. Ἐθρισεν ἐκ τοῦ θερίζω. Soph. Ajac. vs. 239. τοῦ μὲν κεφαλὴν καὶ γλῶσσαν ἄκραν ῥίπτει θερίσας. ut Anacr. Od. XII. vs. 7. ἐκθερίσας γλῶσσαν. Apollod. ἀποθερίσας Lib. I. c. IX. §. 22. Conſe-

ſequitur διπλᾶ θ' ἁμάρτια, ut in Perſ. vs. 679. δίδυμα. Vox ignota Steph. Theſ.

CAP. IX.

De regimine verborum imperandi. Æſchylus aliquoties explicatur. Τὸ σὺν δή. *Æſchylus tentatur.* Θαῦμα δέ; τί θαῦμα; ἐπίμομφος. Εὐπετῶς. Χέρσος & θάλασσα. *Quid in navibus* πάροδοι? Πάρηξις. Δυσκυλία *quid?* Παρήκειν. *Heſychius emendatur. Peculiare exemplum* ἐν διὰ δυοῖν. Τί δ' οὐ λέγουσι *&c.* Γὰρ *pro* μὲν *&* δέ. *Libanius reſtituitur. Parodiæ genus.*

Vs. 549. Ἔρως πατρῴας τῆσδε γῆς σ' ἐγύμνασεν;

Senſus eſt *tene tantopere vexatum atque exercitum habuit amor patriæ?* vel *tantone deſiderio videndæ patriæ flagraſti?* & ſupplendum οὕτω πως, aut ſimile; nam reſpondet præco ὥς' ἐνδακρύειν ———

Vs. 552. Πῶς δὴ διδαχθεὶς τοῦδε δεσπόσω λόγου;

Notanda locutio pro *compos fiam*, reſpondens ferme noſtræ *meeſter worden* Sic in Choëph. vs. 186. δεσπόζειν φόβης. De ſtructura moneo, etſi ut plurimum ſecundum regat caſum, unde & Suid. Δεσπόζω γενικῇ; tamen

& quartum reperiri adjunctum, ut in Eurip. Herc. Fur. 28. τὴν ἑπτάπυργον δεσπόζων πόλιν. Idem evenit in aliis imperandi verbis, ut κοιρανεῖν χορῶς apud Pind. Olymp. Od. XIII. vs. 12. ubi conf. Schol. at cum caſu altero uſitatiore regimine noſter in Perſ. vs. 214. κοιρανεῖ χθονός. & ſic κρατεῖν πᾶσαν αἶαν, pro πάσης αἴας in Suppl. vs. 262. nec aliter κρατύνειν in Perſ. vs. 891. & 901. Reſponſionis, quam ſubdit Clytemnæſtra τῆς ἀντερώντων ἱμέρῳ πεπληγμένος, hanc puto eſſe mentem. *Quod dixi ſatis intelliges, ubi eodem deſiderio & amore patriæ terræ ictus es, quo nos adverſus vos reduces.* Reponit Præco ποθεῖν ποθοῦντα τήνδε γῆν στρατὸν λέγεις, i. e. *ſpero utique hoc te dicere, deſiderare te exercitum hujus terræ amore flagrantem*, ſeu *expectatum tibi venire exercitum*; hanc autem ſententiam qui nobiſcum agnoſcet, is, ut reliqua, interrogandi nota & hæc diſtinguenda videbit.

Vs. 557. κλ. Πάλαι τὸ σιγᾶν φάρμακον βλάβης ἔχω.
κή. καὶ πῶς ἀπόντων τυράννων ἔτρεις τινάς;
Κλ. Ὡν νῦν, τὸ σὸν δὴ, καὶ θανεῖν πολλὴ χάρις.

φάρμακον βλάβης i. e. *remedium adverſus noxam.* Paulo occultior mens eſt reſponſi, quod ad

ad Præconis quæſtionem ſubiicit: Si enim hoc rogat Præco *Ecquem metuiſti regibus abſentibus?* vel *atqui nemo fuit, quem metueres regibus abſentibus*, non video quis alius ſenſus eſſe poſſit, quam ὧν νῦν ἀπόντων ἔτι εὐξαίμην ἂν θανεῖν *quibus etiam nunc abſentibus mori cupiam*; quaſi dicat *vel morte redimam, eos nunquam reduces, ſed ſemper abeſſe.* Sic ὧν ſubſiſtere poterit, nec in ὡς mutari cum Stanl. fuerit opus. Commodiorem ſenſum qui extuderit ei victas lubens dabo manus: neque enim putem hoc velle Clytemnæſtram *imo vero ſunt quos timeo, ut dum abſunt, vel morte redimam metu liberari.* In τὸ σὸν δὴ ſupple ἐπὶ vid. not. ad Ælian. V. H. Lib. II. c. 12. & Ariſtid. Tom. I. p. 61. & 384. Nempe vs. 548. dixerat Præco

χαίρω· τεθνάναι δ' οὐκέτ' ἀντερῶ θεοῖς.

Vs. 560. Εὖ γὰρ πέπρακται. ταῦτα δ' ἐν πολλῷ χρόνῳ
τὰ μέν τις εὖ λέξειεν εὐπετῶς ἔχειν,
τὰ δ' αὖτε κἀπίμομφα. ——

Fallor, an Æſchylus dederat? θαῦμα δ'; ἐν π. χρ. τὰ μὲν τις εἰ λ. —— Ταῦτα certe qui poſſit locum tueri ex aliis diſcere cupio; venit quidem in mentem ταῦτα, ut dixerit, *quæ ſiunt factave ſunt laudantur ab his, culpantur*

 ab

ab illis: ſed quem ſenſum non admittere videbantur ſequentia, vid. vs. 582. ſeqq. ſententia ex noſtra emendatione erit *Tu Clytemnæſtra mori optas cum præclarum eventum res ſint ſortitæ: Quod autem ſecus nonnulla ceciderint, & multa nos mala pertulerimus, idne mirum cuipiam accidere & vider debet?* θαῦμα γὰρ nempe ἐστὶ per interrogationem prolatum idem eſt, quod καὶ θαῦμά γ' οὐδὲν in Ariſtoph. Plut. vs. 99. & Ariſtid. Tom. II. p. 218. aut οὔτοι τι θαῦμα in noſtri Suppl. vs. 522. θαῦμα οὔπω μέγα apud Ælian. de Anim. Lib. II. c. 2. καὶ θαυμαστὸν οὐδὲν in Ariſtid. Tom. I. p. 372. & Tom. II. p. 126. τί ἔτι θαῦμα Eurip. Hipp. vs. 439. & οὐδὲν θαῦμα in El. vs. 284. Vocabulum ἀτίμωμος iterum comparet in Choëph. vs. 830. & Eurip. Rheſ. 327. Theſ. Steph. ignorat. Εὐπετῶς alia hic pollet virtute, quam vulgo ſolet, nempe ea, qua res dicitur quæpiam εὖ πίπτειν, vid. ſupra ad vs. 32. De emendatione propoſita hoc addo, ſi cui ταυτὰ placuerit Heſychio interprete pro τὰ ἴσα, τὰ ὅμοια, quod tamen mihi non liquet ad ſenſum qui ſatis ſit commodum, nihil ultra in edita fore requirendum.

Vs. 564. μόχθους γὰρ εἰ λέγοιμι καὶ δυσαυλίας,

Σπαρ-

Σπαρνὰς παρήξεις καὶ κακοστρώτους, τί δ' οὐ
Στένοντες, οὐ λαχόντες ἤματος μέρος;

De moleſtiis hæc intelligenda & incommodis, quæ in navibus perpeſſi fuerant, tantum non evincunt illa, quæ opponuntur, τὰ δ' αὖτε χέρσῳ καὶ προσῆν πλέον στύγος. Sic χέρσος & θάλασσα ad ſe mutuo referuntur in Perſ. vs. 709. Add. vs. 874. Supplic. vs. 186. Apollod. Lib. II. c. 1. §. 3. & Lexica. Ita παρήξεις dixerit, quæ aliis πάροδοι i. e. loca in navibus navigantium inſervientia commoditati, ſeu manſiones, ubi degebant: vid. Scheffer. in Add. ad Mil. Nav. p. 320. ſeq. aliter certe non intellexit Schol. illuſtrans per ἀποδρομὰς ἐπὶ τοῦ καταστρώματος τῶν νεῶν. ſed aliis diiudicandum permitto, an non ſcriptum oportuiſſet ἀπὸ τοῦ καταστρώματος. Favet iſti interpretationi inſuper Thucydides, quo teſte Lib. I. c. 10. navigia tunc non erant κατάφρακτα. quin diu adhuc poſt tempora Trojana; vid. cap. 14. Δυσαυλία à δύσαυλος valebit; quod notavi ad Heſychium. Atque ita ſi quis volet hæc exponere per me licet; ipſe tamen non hoc ſolum intelligi, ſed vel præcipue reſpici exiſtimem ad incommoda, quæ pertulere in Aulide adverſis ventis retenti; de quibus multum queruntur non apud Euripidem modo, ſed & noſtrum ſu-

pra vs. 196. ſeqq. Hoc ut dicat, quam diu in Aulide detenti fuerint, raro ſibi licuiſſe ſub tectis commorari & diverſari, cubationes fuiſſe male ſtratas. Et vel ſic πάρηξις erit πάροδος, παρέλευσις: nam quod πάροδος in navi, idem *ædes* in terra, quodque παρελέναι & παρέρχεσθαι latiſſime ſumta, idem παρήκειν. & quamvis pro ingrediendi ſignificatione in promtu nunc non ſit exemplum, tamen de ea nemo dubitabit. Illud quodammodo peculiare, quod ponitur ἀντὶ τοῦ περήκειν in Soph Ajac. vs. 557.

Τὸν ἄνδρ' αἰπηῦδα Τεῦκρος ἔνδοθεν ϛέγης
Μὴ 'ξω παρήκειν, ——— ———

alii dixiſſent περιιέναι, ut τῶν θυρῶν Longus Lib. II. p. 69. & τῆς αὐλῆς Them. Orat I. p. 6. C. niſi fortaſſe clandeſtinum abitum ſubindicare voluit; quanquam ſic ferme legamus παράγων ἐκεῖθεν Matth. c. IX. com. 9. & 27. add. Joh. IX: 1. Pro *præterire* adhibuit Pind. Pyth. Od. VI. vs. 43. frequentiſſime notat *pertingere*, *deſinere* vid. Ariſtid. Tom. I. p. 195. Herodot. III. c. 114. IV. c. 39. 40. 42. 45. & 168. itemque Foeſ. Oecon. Hippocr. V. Παρήκειν. Maculæ, quæ Heſychio inſedit, eluendæ duplex oſtenditur ratio, vel legendo Παρήκει, παρέρχεται. vel retento Παρείκει, cui literarum patrocinatur ſeries, pro παρέρχεται, παρέχεται. i. e. *licet*, *facultas*, *occaſio eſt*. De illo δυσαυλίας hoc addo, ſi tonus ponatur, ut editur, eſſe caſum à δυσαυλία, ſin le-

legatur δυσαύλιας accentu in tertia ſede, à δύσαυλις. Steph. Byz. Αὐλὴ λέγεται καὶ αὖλις, καὶ σύνθετον δύσαυλις. Utramque vocem ignorat Steph. Theſ. Verſus poſtremi ſenſum non magis percepit interpres, quam reliquorum, tentans ideo pro λαχόντες κλαίοντες. Tu me ſi audias nil requires in edita, ſed intellige tanquam ſcriptum eſſet τί δ' οὐ μέρος ἡμέρας ἐλάχομεν οὐ στένοντες, ſive ἀντὶ στεναγμῶν, & notes ἓν διὰ δυοῖν non in nominibus tantum obtinere, verum etiam verbis & participiis. Nec prætermitte illud τί δ' οὐ ſequente participio. Sic Achill. Tat. Lib. V. p. 337. ἐν Ἀλεξανδρείᾳ δ' αὐτοῦ διέτριψα δεσμένη, λιπαροῦσα, τί γὰρ οὐ λέγουσα; τί δ' οὐ ποιοῦσα τῶν ἀρέσαι δυναμένων; & Philoſtr. Vit. Apoll. Lib. I. c. XII. ἔλεγε δὲ ταῦτα — σὺν τὼ ὀφθαλμοὺς ὑγραίνων, καὶ τί γὰρ οὐ λέγων τῶν — ubi vid. & Olearii not. & Steph. Theſ. in V. τί. In Schol. pro σπανίως malit fortaſſe quispiam legere σπανίας, vel σπανίους, ut expl. Heſych.

Vs. 569. Εὐναὶ γὰρ ἦσαν δηΐων πρὸς τείχεσιν·
Ἐξ οὐρανοῦ γὰρ κἀπὸ γῆς λειμώνιαι
Δρόσοι κατεψέκαζον ——

Prius γὰρ valet μὲν, ſeu potius μὲν γὰρ, vid. ſupra ad Perſ. vs. 552. vocula μὲν deficiente, ut ſæpe; alterum δέ. Soph. Ajac vs. 1150. θεὸς γὰρ ἐκσώζει με, τῶνδε δ' οἴχομαι. & Oed. Tyr. vs. 1102. τὸ γὰρ πέφυκα μητρὸς, οἱ δὲ — μῆνες —

ſu-

ſupra S. C. Theb. vs. 416. ἀισχρῶν γὰρ ἀργὸς, μὴ κακὸς δ' εἶναι φιλεῖ. add. Perſ. vs. 102. & Eurip. in Oreſt. vs. 454. ὄνομα γὰρ, ἔργον δ' οὐκ ἔχουσιν οἱ φίλοι. Quem verſum, ut hoc obiter notem, dubium non eſt, quin Libanius reſpexerit in Epiſt. MCCCLXXXXVIII. ἔστι δέ ἐκ δοκοῦντος φιλεῖν οὐ φιλοῦντος, καὶ κατὰ τὴν τραγῳδίαν ὄνομα ἐν τέρπῃ παρεχομένου, quæ utut vitioſiſſima ſunt, tamen haud difficili opera ſanamus legendo ὄνομα μὲν ἔργον δ' οὐ παρεχομένου. Scil. vel memoriæ fidens ſic putabat legi apud Euripiden, vel quod magis credidero, ſcopo leviter verba immutata accommodavit, de quo parodiarum genere vidimus ad S. C. Theb. vs. 598. ſic Plato VIII. de Rep. p. 494. ex noſtro citat ἄλλον ἄλλῃ πρὸς πόλει τεταγμένον. ut videtur ex eadem Thebarum fabula vs. 457. & 576. ubi tamen πύλαις, non πόλει. ſimilium ubique larga copia. Γὰρ pro δὲ occurrit iterum infra vs. 767. τὸ γὰρ δυσσεβὲς ἔργον μετὰ μὲν πλείονα σφετέρᾳ δ' εἰκότα γέννᾳ, οἴκων γὰρ εὐθυδίκων — adeoque nil ibi exiſtimem corrigendum cum Stanl. δρόσοι ἐξ οὐρανοῦ ſunt δρόσοι ὑπαίθριαι Eurip. Androm. vs. 226.

CAP. X.

Æſchylus ſæpius exponitur & vindicatur. Quid ἔνθηρος*? In Longo recepta lectio defenditur.* Ἐκθηρος, ἐκθηριοῦν *&* efferare Ἐξ *in compoſitis notat ſpeciem apparentem. Syneſius illuſtratur.* Ἐκθαυνεῖν. *Epicharmi verſus tentatur. Schol. Æſchyli emaculatur.* παλίγκοτος. Συμφορά. Ἀναίνομαι *cum participio conſtruitur. Euripides prava diſtinctione liberatur, nec non Homerus; in eodem verſio corrigitur.* Τιμᾶν, *pro* tribuere.

Vs. 569. —— —— —— λειμωνίαι
Δρόσοι κατεψέκαζον, ἔμπεδον σίνος
Ἐσθημάτων τιθέντες ἔνθηρον τρίχα.

Hic primo notes δρόσοι τιθέντες attice pro τιθεῖσαι, de quo plura infra. Adponuntur λειμωνίαι δρόσοι ἔμπεδον σίνος, reliquis hoc ſtructuræ ordine ſeſe excipientibus ἐσθημάτων, τιθέντες τὴν ἡμῶν τρίχα ἔνθηρον. Niſi malis τὴν τῶν ἐσθημάτων τρίχα, ut conſtruxit interpres. Priori modo accepta robur invenient in Soph. Ajac. vs. 1230. Κεῖμαι δ' ἀμέριμνος οὕτως ἀεὶ πυκιναῖς δρόσοις τεγγόμενος κόμας λυγρᾶς μνήματα Τροίας. Liv. Lib. V. c. 2. *militem Romanum* (dictitantes) *in opere ac labore nivibus pruiniſque obrutum, ſub pellibus durare.* Add. Daniel. cap. IV. vs. 30. Translate Petron. c. 83. *pruinoſis horret facundia pannis*, ubi vid. ex Ammi-

 ano

ano Erhard Pro ἔνθηρον Stanl. coniicit ἀνθηρὸν, male haud dubie. Ἔνθηρον θρίχα dixit venuſte, quæ non ſecus ac ferarum pili ſub dio & rore degentium madida facit, ut feritatem præ ſe ferant. Alia notione vocem adhibuit Eurip. in Rheſ. vs. 289 ἔνθηρον δρυμὸν dicens, ubi alii legunt εὔθηρον, ut Mollius apud Long. Lib. II. princ. pro ἔνοινα τῶν βοτρύων, εὔοινα. Verum neutrubi mihi corrigendi cauſa adparet; cum eadem ſit compoſitionis ratio, quæ τοῦ ἔνυλος, ἔνσωμος & ἐνσώματος, atque ἔνδροσος ſupra vs. 12. Præterea alia rurſus virtute pollet in Soph. Philoct. vs. 717. ubi ἔνθηρος πηὸς pro θηλόδηκτος. Quod ſi hic loci quidpiam foret innovandum, probabiliori opinor conjectura legerem ἔκθηρον i. e. *efferam* Liv. Lib. II. c. 23. *Promiſſa barba, & capilli efferaverant ſpeciem oris.* & de Nebucadnezare Tertull. de Poen. extr. *unguium aquilinum in modum efferatione & capilli in curia horrorem leoninum præferente.* Neque aliter ἐκθηλιοῦν in Longi Lib. I. p. 14. Eſtque hæc τοῦ ἐξ propria poteſtas, ut in compoſitis ſimilitudinem, ſpeciem ac formam ita adparentem deſignet. Hinc intelligitur Syneſ. de Regno p. 14. D. ἡ σεμνότης αὕτη καὶ τὸ δεδιέναι μὴ ΕΞΑΝΘΡΩΠΙΣΘΕΙΗΤΕ σύνηθες γενόμενοι θέαμα καταπλήκτους ποιεῖ πολιορκουμένους ὑφ᾽ ἑαυτῶν — ἕως ἂν ἀπαξιοῦτε τὸν ἄνθρωπον, οὐδὲ τοῦ ἀνθρώπου τυγχάνετε τελειότητος. Petavius ad ſenſum ſatis apte (nec enim

nim habent Latini, quo græcæ vocis vim ſiſtant) *nimium ſitis hominibus veſtris familiares.* Sic ἐκθανεῖν Ælian. de Anim. Lib. VII. c. 37. διὰ τὴν ῥύμην τοῦ αἵματος τὴν πολλὴν παρεῖται καὶ ἐκθνήσκει. Idem Lib. VIII. c. 7. de piſce contactu occidente τὸν ἁψάμενον dicit λειποθυμεῖν καὶ ἐκθνήσκειν τὰ πρῶτα, εἶτα μέντοι καὶ ἀποθνήσκειν. Lucian. Tom. II. p. 293. μικροῦ μὲν ἐξέθανον ὑπὸ τοῦ δέους. quod p. 106. προεντεθνήκειν τῷ δέει. an προεκτεθνήκειν? Adde p. 748. Heliod. Lib. V. p. 209. Lib. VI. p. 264. VII. p. 315. & Alciphr. Lib. III. Epiſt. 66. quæque notavi ad Heſych. V. ἐξέθανε, quorum necdum pœniteт; modo in P. Syri verſu, prout ſcribi edive oportuit, una tranſpoſita voce legeris,

Bis eſt mori alterius arbitrio emori.

Nec dubitem ferme, idem quin verbi Cicero invenerit in Epicharmi verſu, cujus nobis ſenſum exhibet 1 Tuſc. c. 8. *emori nolo, ſed me eſſe mortuum nihil æſtumo.* & veſtigiis inſiſtendo correctionis Davis. ſcripſerit poëta ἀπῇ 'κθανεῖν. Ad Æſchylum ut revertar, ſic ille ἐκδρακοντωθῆναι poſuit in Choëph. vs. 547. In Schol. l. τὸ περιβεβλημένον, junxit ille ut interpres ἐσθημάτων τεῖχος, quod exponit κάλλος.

Vs. 574. — εὖτε πόντος ἐν μεσημβριναῖς

Κοίτας αἰχύμων νηνέμοις εὕδοι πισῶν.

Ad morem ſpectat, quo æſtivo tempore à meridie ſomno indulgebant, idque dicebatur *meridiare*, ut Gr. μεσημβριάζειν. Quod ſequitur τί ταῦτα πενθεῖν δεῖ; ſic accipe tanquam legeres ἀλλὰ τί τ. π. δεῖ;

Vs. 580. Τὸν ζῶντα δ᾽ ἀλγεῖν χρὴ τύχης παλιγκότου
Καὶ πολλὰ χαίρειν συμφορᾶς καταξιῶ.

Senſus eſt, quem agnoſcit Schol. Pind. Olymp. Od. II. vs. 34.

Λάθᾳ δ᾽ πότμῳ σὺν εὐδαίμονι γένοιτ᾽ ἄν.
Πῆμα θνάσκει παλίγκοτον δαμασθέν.

& Nem. Od. IV. vs. 155. opponit ἐσλοὺς & παλιγκότους, ut hic noſter τύχην παλίγκοτον τῆς συμφορᾶς. add. Suppl. vs. 381. & κληδόνες παλίγκοτοι infra vs. 872. & 883. Συμφορὰ natura ſua τῶν μέσων eſt, & non minus proſperam ſecundamque notat, quam alteram fortunam. Soph. in Electr. vs. 1344. ἐπὶ συμφοραῖς γεγηθὸς ἕρπει δάκρυον ὀμμάτων ἄπο. quo utitur quoque exemplo Euſtath. ad Il. Z. p. 509. : 33. & Π. 1115 : 19. idem ut probet. Add. Eurip. in Oreſt. 604. ubi iſtius uſus ignoratione factum, ut Schol. diſtortum ſenſum adfingerent loco ex

ſe

ſe perſpicuo. Barnes. quoque ad Jon. vs. 587. *nove* dictum notat. Pro συντυχία ſimpliciter extat in Choëph. vs. 716. 1064. ſupra vs. 24. & utroque ſenſu 333. Conf. Eum. 1034. Hinc pro *calamitate* poſitum adjunctum ferme habet, id quo pateſcat, ut πάθος in Perſ. 436. κακὰ vs. 1035 ἄλλη in Ariſtoph. Ran. vs. 1195. vid. ad Equit. vs. 404. Kuſter. ad Lyſiſt. vs. 1278. Florentem, Suid. Heſych. & Steph. Theſ.

Vs. 588. Θεοῖς λάφυρα ταῦτα τοῖς καθ' Ἑλλάδα
Δόμοις ἐπασσάλευσαν ———

Ad verbum pene deſcripſit Eurip. in Rheſ. vs 180. θεοῖς λάφυρα πασσάλευε πρὸς δόμοις. & δόμοι pro *templis* iterum in Jon. vs. 34 atque alibi. Vid. & Heraldi Adverſ. Lib. II. c 9. ζῶντα πρὸς σανίδα προσδιεπασσάλευσαν dixit Herodot. Lib. VII c. 33 quod ſine auctore in Ind. Theſ. retulit H. Steph. & omiſſa τῇ πρὸς iterum Lib. IX. c. 119. σανίδα προσπασσαλεύσαντες ἀνεκρέμασαν.

Vs. 592. Νικώμενος λόγοισιν οὐκ ἀναίνομαι.

Participium pro infinitivo νικᾶσθαι, ut apud Eurip. Iphig. Aulid. vs. 1502. θανοῦσα δ' οὐκ ἀ-

ἀναίνομαι. Idem Herc. Fur. vs. 1235. εὖ δρᾶσαι δέ σ' οὐκ ἀναίνομαι. quod ut recte adverſus H. Steph. tuetur Barneſ. ſic diſtinctio erat tollenda ante οὐκ, quæ nequit ſubſiſtere Eodem vitio laborant quædam editt. Homeri vs. Il. H. 185. οἱ δ' οὐ γινώσκοντες ἀπηνήναντο ἕκαστος, idemque non optime vertitur, reddo *negabant quisque ſe agnoſcere.* & hic *non nego tuis me ſermonibus vinci.* Præceſſit καὶ χάρις τιμήσεται Διὸς i. e. καὶ οὕτω κ. τ. λ. & τιμήσεται paſſive notat, ut ἄξει vs. 1641. Vid ad S. C. Theb. vs. 204. aliud paulo τιμᾶν χάριν cum dandi caſu, nempe νέμειν *tribuere*, ut apud Ariſtid. Orat. in Achill. p. 25. ὧν μὲν ὁ δαίμων κύριος αὐτῷ καταλείπομεν. ὅσα ἦ εἰς λογισμὸν ἥκει καὶ τὸ βουλεύσασθαι μηδαμοῦ τῶν χειρόνων ἑαυτῷ τιμᾶν ἀνδρός. Add. ſupra p. 112. & ex Jamblicho Herald. Anim. c. 5. ult.

CAP. XI.

Διὰ & per *cum verbis paſſivis pro* ὑπό, ἀ. Πρὸς γυναικὸς, σοῦ *&c.* τὸ καὶ τό. Σῶσαι ἀπό. *Structura mutata exempla.* Τέρψις *quid? Æſchylus ſæpius illuſtratur.* χαλκοῦ, σιδήρου βαφαί. *Baſilius emendatur bis. Euripides notatus.* Ἐκμανθάνειν *&* ἀναμανθάνειν. *Philoſtratus tentatur.* Νόσιμος σωτηρία. *Terentius Æſchyli locum expreſſit.* Τυγχάνειν *cum caſu quarto conſtruitur.*

Vs. 600. — — φρυκτώρων διὰ

Πει-

Πειθεῖσα —— ——

Leg. φρυκτωρῶν tono in ultima. Διὰ hic locum tenet τοῦ ὑπὸ, ut in Baſil. Tom. I. p. 180. C. πᾶσα ἀνθρωπίνη ψυχὴ — αἰχμάλωτος ἤχθη διὰ τῆς ἁμαρτίας ut paſſim in Novo Teſtam. & Lat. *per*, ſic quod Liv. Lib. IV. c. 49. *tentatum ab* — *tribuno, ut* — id Lib. VII. c. 22. *tentatum per dictatorem ut* — & Lib. IV. c. 43. *per tribunos pars major anni certaminibus extracta* Vid. Sanct. Min. Lib. III. c. IV. & ibi Periz. Not. 3. Anteceſſit ἀνωλόλυξα ὑπὸ χαρᾶς, de quo conſul. Spanh. ad Call. H. Del. vs. 258. Succedit κάρτα πρὸς γυναικὸς αἴρεσθαι κέαρ. Ut infra vs. 1645. τὸ γὰρ δολῶσαι πρὸς γυναικός. Plato Alc. I. p. 4. E. οὐ πρὸς σοῦ ποιεῖς. Actor. cap. XXVII. vs. 34 ἔστι πρὸς τῆς ὑμετέρας σωτηρίας ὑπάρχει. junge ſis Ariſtid. Tom II. p. 3. Bos Anim. cap. XVII. & Stolb. ad Soph. Ajac. vs. 321.

Vs. 610. —— —— τί γὰρ
Γυναικὶ τούτου φέγγος ἥδιον δρακεῖν
Ἀπὸ στρατείας ἄνδρα, σώσαντος θεοῦ
Πύλας ἀνοῖξαι; —— ——

Diſtinguo poſt δρακεῖν & θεοῦ, ſublata quæ in editis ponitur ante σώσαντος, ſenſus erit *nam quæ*

quæ lux jucundior viſu conjugi hac, qua virum ab expeditione incolumem atque reducem præſtante Deo, portas ei aperiat? ſin editam ſequamur interpunctionem rectius, opinor, ſcriberetur πύλας τ' ἀνοῖξαι. Structuram σῶσαι ἀπὸ — habes quoque in Ariſtid. Tom. I. p. 312. & ex Platone Tom. III. p. 328.

Vs. 615. Ἥκειν ὅπως τάχιστ' ἐράσμιον πόλει
Γυναῖκα πιστὴν δ' ἐν δόμοις εὕροι μολών.

Conſtructionem obſerves ἥκειν ἐράσμιον πόλει, deinde εὕροι ἂν μολὼν — pro μολόντα ἂν εὑρεῖν. nempe duplex regimen dedit τῷ ἀπάγγελλον. Parile eſt illud Hom. Il. Β. vs. 125.

Τρῶας μὲν λέξασθαι ἐφέστιοι ὅσσοι ἔασιν
Ἡμεῖς δ' ἐς δεκάδας διακοσμηθεῖμεν Ἀχαιοί.

Quod nec inobſervatum reliquit Euſtath. p. 144. : 12.

Vs. 620. Οὐδ' οἶδα τέρψιν οὐδ' ἐπίψογον φάτιν
Ἄλλου πρὸς ἀνδρὸς μᾶλλον, ἢ χαλκοῦ βαφάς.

Honeſto utitur vocabulo in re turpi. Sic Longus. Lib. III. p. 86. πεισθεὶς ἐφίλησεν οἷον ἐν τῇ τέρψει Λυκαίνιον. & ἡσθῆναι γυναικὶ Herodot. Lib. IX. c. 108. Per χαλκὸν intelligi ſi debeat cum Schol.

Schol. & interprete *ferrum*, non video, quo valeat inſtituta comparatio, neque vim, aut acumen ſermonis: *ferri* quippe tinguendi ſcientiam facile erat ex quopiam eius rei perito addiſcere: at ſi propria accipimus ſignificatione, probe teneo, hæc quo tendant; dicet enim, *non magis novi & percepi voluptatem ex alio viro, quam ſtio æris tincturam*; atque eadem ſimilitudinis ratione manente, & fortaſſe efficaciore ſcribere poterat χαλκὸς βαφάς: *ferrum* enim aqua tinctum σόμωσιν, rigorem atque duritiem accipit, non *Æs*. Homer. Odyſſ. I. vs. 392.

— ὅτ' ἀνὴρ χαλκεὺς πέλεκυν μέγαν ἠὲ σκέπαρνον
Εἰν ὕδατι ψυχρῷ βάπτει μεγάλα ἰάχοντα
Φαρμάσσων· τὸ γὰρ αὖτε σιδήρου γε κράτος ἐστίν.

vid. ibi Euſtath. p. 365. init. Baſil. Tom. II. p. 6. A. οὕτως οἱονεὶ βαφὴ σιδήρου τὸ σῶμα τοῦ ἀνδρὸς ἡ νηστεία στομώσασα ἀδάμαντον ἐποίει l. βαφῇ, ſeu potius σίδηρον. Idem p. 88. οἷον βαφῇ σιδήρου στομώσας (ὁ θυμὸς) ἀνυπέρθετον καὶ ἀνδρείαν — ἐποίησε τὴν ψυχήν. ubi Edit. Paris. ſcriptura σίδηρον non adeo malæ fuerit notæ, modo itidem in primo caſu legatur βαφὴ, ut propemodum Baſilium ſcriptum reliquiſſe exiſtimo. Eademne, an quæ fit oleo, intelligenda ſit in Soph. Ajac. vs. 663. τὰ δεινὰ ἐκαρτέρουν, βαφῇ σίδηρος ὣς ἐθηλύνθην στόμα. dubito; vid. ibi Triclin. Illa σημειωτέον οὐδὲν διαφθείρεσθαι ἐν μήκει χρόνου pertinent ad

conſuetudinem, qua ædes, ſcrinia & quæcunque alia claudebantur, obſignari mos erat. Hinc Euripides, haud tamen ſcio an digne ſatis cothurno, & non κωμικώτερον in Iphig. Aulid. vs. 1372. pugnorum ictibus male mulcatos δεινοῖς dicit σημάντροις ἐσφραγισμένους. De more illo vid. Meurſ. ad Lycophr. vs. 508. & Salmaſ. de Modo Uſur. p. 449. ſeqq.

Vs. 624. Αὕτη μὲν οὕτως εἶπε μανθάνοντί σοι
Τοροῖσιν ἑρμηνεῦσιν εὐπρεπῶς λόγον.

Infra vs. 1056. σοί τοι λέγουσα παύεται σαφῆ λόγον. & iterum ἑρμηνεὺς τορὸς vs. 1071. Interpres *tibi ſciſcitanti veris ab interpretibus congruenter ſermonem*, quod non intelligo. Verto *hæc quidem ita locuta eſt, prout didiciſti, convenienter interpretibus claris*. Schol. exponit tanquam junxiſſet τοροῖσιν ἑρμηνεῦσιν λόγοις. Ceterum an, ut eſt in verſione, μανθάνειν valeat *ſciſcitari*, nondum mihi liquet; ut tamen credam, faciunt compoſita. Eurip. Iph. Taur. vs. 667.

——— ἀνηρώτα τ' ἐμέ
Γυναῖκα παῖδάς τ'. ἔστιν ἡ ξένη γένος
Ἐκεῖθεν Ἀργεία τις. οὐ γὰρ ἄν ποτε
Δέλτον τ' ἔπεμπε, καὶ τάδ' ἐξεμάνθανε.

Philoſtr. V. A. Lib. I. c. 10. ult. ἀναμανθάνων, ὃν ὁ ἱερεὺς τὸν ἄνθρωπον γυνὴ μετὰ τῷ Κύλικι κάτω γεγόνε ———

Sic

Sic legitur in Edit. Olearii, qua ſola utor, defectum, quem non difficile eſt deprehendere, ſupplebam ἀν. οὖν ὁ ἰ. τῶν ἀ. (πυνθανέσθω ὅτι) γ. μ. τ. κ. τ. ἐκγόνει. Niſi malis ſuſpicari ἀναμανθάνων οὖν ὁ. ἰ. τῶν ἀνθρώπων, ὅτι γυνὴ μὲν ——— quod præferenti addendum fuerit in fine capitis ἀπείργει, vel ἀπελαύνει τοῦ ἱεροῦ, aut ſimile. Idem c. XVI. εἰ βάρβαρά τε καὶ ἰδιότροπα εἴη διεμάνθανε τοὺς ἱδρυσαμένους αὐτὰ, καὶ ἐφ' ὅτῳ ἱδρύθη. πυθόμενός τε ὅπῃ θεραπεύεται. κ. τ. λ. quod compoſitum deſideratur in Steph. Theſ. Subſequitur illico Μενέλεων πεύθομαι εἰ νόστιμος καὶ σεσωσμένος πάλιν ἥξει. quomodo νόστιμος σωτηρία vs. 351. infra vs. 1247. & in Perſ. 799.

Vs. 629. Οὐκ ἔσθ' ὅπως λέξαιμι τὰ ψευδῆ καλὰ
Ες τὸν πολὺν φίλοισι καρποῦσθαι χρόνον.

Hinc credo illud Ter. Hec. V:4, 1.

Vide mi Parmeno etiam ſodes, ut mihi
hæc certa & clara attuleris,
Ne me in breve coniicias tempus gaudio
hoc falſo frui.

Nuncius item apud Soph. in Trach. vs. 377.

——— εἰ γὰρ μὴ λέγω φίλα
Οὐχ ἥδομαι, τὸ δ' ὀρθὸν ἐξείρηχ' ὅμως.

&

& Agathon apud Athen. Lib. V. p. 211.

> Εἰ μὲν φράσω τ' ἀληθὲς οὐχί σ' εὐφρανῶ
> Εἰ δ' εὐφρανῶ τί σ', οὐχὶ τ' ἀληθὲς φράσω.

quo cum convenit, quod ſubiicit Æſchylus

> Πῶς δῆτ' ἂν εἰπὼν κεδνὰ τ' ἀληθῆ τύχοις;
> Σχισθέντα δ' οὐκ εὔκρυπτα γίνεται τάδε.

ſed quorum ſenſum non adſecuta Stanl. verſio; reddo, *at quomodo bona nuncians & læta à vero non aberres? quæ duo ſejuncta ſi ſint non latent diu.* Taxat nempe Chorus nunciorum mores, qui, quando boni quid adferunt, affingunt aliquid, quo faciant id quod nunciant lætius, ut alicubi loquitur Cicero, hos ne imitetur monet; nam vana ſi pertulerit fore, ut mendacium fiat manifeſtum. conf. in rem Propert. Lib. III. El. IV. Κεδνὰ hic & vs. 657. idem quod καλά. In ἀληθῆ τύχοις vel repete εἰπών, vel eodem accipe regimine, quo in Choëph. vs. 709. τυγχάνειν τὰ πρόσφορα.

CAP.

CAP. XII.

Moeris & Thom. Mag. refellitur. Ἄφαντος. Ἁρπάσαι & rapere *de tempeſtate.* χωρὶς ἐστιν & ἔσω *formula.* Δεύτερον *ſupplendum relinquitur.* Ἐξαγισθῆναι *quid &* ἐξαγισμός? *Grammaticorum error circa hanc vocem. Heſychii lapſus & Schol. Sophoclis. Negatio una poſita pro duplici.* Διπλῆ μάστιξ *in Sophocle non videri mutandum.*

Vs. 633. Ἀνὴρ ἄφαντος ἐξ Ἀχαϊκοῦ στρατοῦ
Αὐτός τε καὶ τὸ πλοῖον. ———

Quo jure Mœris & Thom. Mag. minus atticum ſtatuant ἄφαντος & ἀφανής, quam φροῦδος, vel hic locus ſatis arguit. Add. infra vs. 666. ᾤχοντο ἄφαντοι νῆες. & in Suppl. vs. 787. μέλας γενοίμαν καπνὸς τὸ πᾶν ἄφαντος.

Vs. 636. χεῖμα ἥρπασε. Verbum proprium in hac re, ut Lat. *rapere* Ovidio inprimis frequens. Ariſtid. Tom. III. p. 676. εἴ τινα ὑπὸ πνεύματος ἁρπασθέντα σὺ κελεύεις ἀτρεμεῖν καὶ μένειν. Xen. Epheſ. Lib. III. p. 41.

——— ——— ὅν ποτε δαίμων
Ἥρπασεν ἐν πελάγει μεγάλου πνεύσαντος ἀήτου.

Eurip. Cycl. vs. 109. θύελλα δεῦρό μ᾽ ἥρπασε βίᾳ. & Soph. El. vs. 1255. πάντα συναρπάσειας θύελλα ὅπως βέβηκας.

Vs. 645. Εὔφημον ἦμαρ οὐ πρέπει κακαγγέλῳ

 Γλώσ-

Γλώσσῃ μιαίνειν· χωρὶς ἡ τιμὴ θεῶν.

In diverſa abeunt interpretum expoſitiones in verbis ultimis, nos ſuo cuique relicto pretio exiſtimamus, hoc velle poëtam; non decere fauſtum diem mala nunciante linguâ contaminare; præterea honorem & gratiam Diis debitam iſtud fieri prohibere: Intelligitur enim ἐςὶ vel ἔςω. Eſtque quaſi dicat, *ne de Diis loquar, quibus honor & cultus hoc die debitus id fieri nolunt.* Ariſtid. Tom. I. p. 542. ἀλλ' ὅσα μὲν σύμβουλοι διήμαρτον, χωρὶς ἔσω. & Tom. III. p. 187. ἀλλ' ἔσω ταῦτα χωρίς. Longius paulo hinc recedit, licet non plane alienum illud Suidæ V. χωρὶς ἱππεῖς. Δάτιδος ἐμβαλόντος εἰς τὴν Ἀττικὴν, τοὺς Ἴωνάς φασιν ἀναχωρήσαντος αὐτοῦ ἀνελθόντας τὰ δένδρα σημαίνειν τοῖς Ἀθηναίοις ὡς ΕΙΕΝ ΧΩΡΙΣ οἱ ἱππεῖς. & Soph. Oed. Colon. vs. 842. χωρὶς τότ' εἰπεῖν πολλὰ καὶ τὰ καίρια.

Vs. 649. Πόλει μὲν ἕλκος ἓν, τὸ δήμιον τυχεῖν·

Πολλοὺς δὲ πολλῶν ἐξαγισθέντας δόμων

Ἄνδρας διπλῇ μάστιγι —— ——

Μὲν ἓν eſt pro ἓν μὲν, & δὲ pro δεύτερον δέ; ſic in Suppl. vs. 205.

Φθογγὴ δ' ἑπέσθω ΠΡΩΤΑ ΜΕΝ τὸ μὴ θρασὺ,

Τὸ μὴ μάταιον δ' ἐκ μετώπων ——

Malit quis ἓν accipere pro *communi*, per me li-

licet. In τῷ πρᾶος reliquisque accuſativis ἀπὸ κοινοῦ repete τυχεῖν, vel pendent à φέρειν, & ἐπεξηγητικῶς ſunt pars τῶν πημάτων. Interpres ἕλκος convertit per *damnum*, rectius fortaſſe *dolor*. Heſych. ἕλκη, λῦπαι. Ante omnia notandum venit verbum ἐξαγισθῆναι mihi non alibi lectum; cujus propria & primaria notio videtur *à ſacris arceor*, ut τὸ ἁγίζομαι *ſacrorum ſum particeps, ad ſacra admittor*; deinde generalior illa, quam agnoſcit Schol. Hinc ἐξαγιστὸς & ἐξαγιστὸς *dignus qui prohibeatur à ſacris, ſceleſtus, impius*, quod cum, ut vidimus, purum putum eſt verbale, ſignandum accentu in ultima ſede, non tertia, quod adhuc obtinuit, errore non aliunde prognato, quam ex grammaticorum ignorantia, qui, obliterata cum verbi, verbalis quoque memoria credidere eſſe adjectivum; quin fere ſuperlativum, in quo errore H. Steph. in Theſ. quo proclivius prolabi quodammodo neceſſe fuit, quia non de homine tantum, ſed & rebus invenirent uſurpatum. Heſychius ἐξάγιστον, τὸ οὐ δεόντως εἰσενεχθὲν εἰς ἱερὸν, ἢ τὸ ἀκάθαρτον. quæ expl. ut quam proxime accedit ad nativam virtutem; ſic turpior ejuſdem eſt allucinatio, ubi ſubdit ἐξάγιστα, πάντα τὰ ἱερὰ καὶ ἀφωσιωμένα, ἃ οὐχ οἷόν τε ἐκκομίζεσθαι τῶν ἱερῶν, ἔνιοι δὲ ἁγνὰ ἀπέδοσαν. Dicerem haec non ipſius eſſe Heſychii, ſed adſuta ab recentiore quopiam, niſi verba poſtrema manu quaſi

nos

nos ducerent ad locum Soph. in Oed. Colon. vs. 1595.

Ἃ δ' ἐξάγιστα μηδὲ κινεῖται λόγῳ;
Αὐτὸς μαθήσῃ κεῖσ' ὅταν μόλῃς μόνος.

ubi quod veteres critici eidem errori ſint adfines, non video, quid patrocinii Heſych. paratum ſit; ſcribunt hi ἃ δ' ἐξάγιστα] καθαρά, σημαίνει γὰρ τὸ ἄγος ἔστω, καὶ τὸ ἁγνὸν καὶ μὴ οἷόν τε ῥηθῆναι, καὶ ἐπὶ τούτου γὰρ τούτῳ χρῶνται πολλαχοῦ. quaſi nempe & ἀντὶ τοῦ καθαρὰ uſquam extaret alibi; vereor equidem ut probetur. Sed ſcilicet non videbant boni Grammatici negationem ſemel poſitam repetendam cum τῷ ἐξάγιστα. Eurip. Androm. vs. 398. οὐκ ἐξικμάζω καὶ λογίζομαι κακά. Idem Iphig. Taur. vs. 1367. κεῖνοί τε οὐκ εἶχον σίδηρον χεροῖν, ἡμεῖς τε. Noſter ſupra vs. 541. Πάρεις γὰρ οὔτε συντελὴς πόλις ἐξδέχεται. ubi vid. Schol. & Stanl. Add. Duker. ad Thuc. Lib. VIII. c. 99. & nos ad Perſ. vs. 162. De voce ἐξάγιστον vid. quoque Suid. Harpocrat. & Etymol. qui quem ex Æſchine portum memorat ἐξάγιστον, leges Orat. in Cteſiph. p. 66. ſub princ. iterumque in fine. Accuſativi δίλ. ἄταν φ. ξ. pendent à τὸ Ἄρης φιλεῖ i. e. ἦν. Proprio ſenſu διπλῆ μάστιξ Soph. in Ajac. vs. 242. παίει λιγυρᾷ μάστιγι διπλῇ. ubi fuit cum conjicerem διπλῆν. nunc ἐπέχω, vel potius in edita, quam & Schol. tuetur, acquieſco. Πτώσιμος στρατὸς dicitur ut Virg. *caducus bello* Lib. VI. Æn. vs. 481. adde infra vs. 1130.

CAP.

CAP. XIII.

Expeditur aliquoties in Æſchylo ſtructura ratio. Idem leviter tentatur Σάλη *de quibus dicatur? Plato bis emendatur.* Ανθεῖν *quid?* Ερείπια νεκρῶν, πέπλων *&c. Verba implendi genitivum & dativum admittunt.* Πληγὴ θυμοῦ γέμουσα & χεῖρα θυμοῦ πληρῶσαι.

Vs. 653. Τοιῶνδε μὲν τοι πημάτων σεσαγμένων
Πρέπει λέγειν παιᾶνα τόνδ' ἐριννύων·
Σωτηρίων δὲ πραγμάτων εὐάγγελον
Ηκοντα πρὸς χαίρουσαν εὐεστοῖ πόλιν,
Πῶς κεδνὰ τοῖς κακοῖσι συμμίξω, —

Stanl. pro τόνδε ſuſpicatur τοῦ, & εὐάγγελος ἥκων τι, ſtructura non mediocriter magis expedita, & vel ideo poſthabenda editæ; exiſtimem enim vel in τόνδε ex vs. 647. (ubi ſermo inchoatus intercedentibus, quæ ad verſum uſque 654 continentur, abruptus, hic tandem continuatur) adſumendum ἄγγελον, vel τόνδε cum παιᾶνα conſtruendum: ſententia fuerit, *talem paeanem dicere & canere decet, qui nuncius venerit cumulatarum ejuſmodi meſeriarum*, (quales nempe ex eo audire voluerat Chorus vs. 643. & ſeq. colo-

 lato

lato vs. 658.) *at qui nunciat ſalutaria, quemadmodum ego, eum nefas bona malis commiſcere* — nempe officium ediſſerit nuncii in genere primum, deinde quid ſe facere deceat; ut adeo accuſativi obtinere poſſint, eoſque tueamur. Certe vocula πῶς aperte oſtendit dedita opera ſtructuram mutatam, quod niſi ita eſſet, ſcripturus fuerat ἐν κεδνὰ (πρέπει) τοῖς κακοῖσι συμμίξαι λέγοντα. Denique nec illud obſcurum arbitror, dicendum proprie fuiſſe πῶς κακὰ τοῖς κεδνοῖς συμμίξω λέγων, non inverſa ſtructura; ſed hujus generis hypallagæ abunde obviæ. Mox pro φθείροντε caſu participii legi poſſet φθειρέντε, temporis tamen ratione malim vel φθείραντε, vel φθειρέντε, ob antecedens ξυνώμοσαν, & ἐδειξάτην. Δεῖπνον ἐριννύων dixit Achill. Tat. Lib. V. p. 287.

Vs. 665. ——— αἱ δὲ κερωτυπούμεναι βίᾳ
χειμῶνι, τύφῳ σὺν ζάλῃ τ' ὀμβροκτύπῳ.

Verbum κερωτυπεῖσθαι, ut quam plurima alia, quorum indicem dabimus in calce harum notarum, extra Æſchylum difficulter repereris. Βίᾳ χειμῶνι poſitum pro βιαίῳ χειμῶνι. Ad illud ζάλῃ ὀμβροκτύπῳ pertinet, quod ſcribit Heſychius Ζάλη, συστροφὴ ἀνέμων μεγάλων, ἔνιοι μετὰ ΟΜΒΡΟΥ ΠΝΟΗ. ——— Unde ſimul colligo hic τε non copulare τύφῳ & σὺν ζάλῃ, ſed metri

tri ergo conjunctivam loco ſuo motam, & ſtructuram eſſe τύφῳ τε σὺν ζάλῃ — Nec iſtud inſolens, ut alteram vocem excipiat. Noſter in S. C. Theb. vs. 654. πατρῴων δωμάτων τ' ἐπιστροφὰς, & alibi. Pro ταραχὴ ὑδάτων, ut idem expl. Heſych. habes mox vs. 674. ſed & aliarum rerum ζάλην legimus, ut κονιορτοῦ in Plat. Lib. VI. de Rep. p. 474. c. οἷον ἐν χειμῶνι κονιορτοῦ καὶ ζάλης ὑπὸ πνεύματος φερομένου, quæ, ut adducimus vitioſa, nihilo caſtigatiora citat Suidas Οἷον ἐν χειμῶνι ἀπὸ κονιορτοῦ καὶ ζάλης ὑπὸ πνεύματος φερομένου. rectius Themiſt. Orat. VIII. p. 104. C. ὥσπερ ἐν ζάλῃ κονιορτοῦ, φησὶν ὁ Πλάτων, ὑπὸ πνεύματος φερομένου. quo duce Platonem dediſſe arbitror οἷον ἐν χειμῶνι καὶ κονιορτοῦ ζάλῃ. Idem Suidas ex Timæo p. 531. G. laudat εἰ τῳ ζάλῃ πνεύματος ὑπ' ἀέρος φερομένη καταληφθείη· quæ itidem habentur apud Etymol. hoc modo, εἴτε ζάλῃ π. ὑ. ἀ. φαινομένη καταλειφθείη. ex qua duplici lectione male adfecta hanc elicimus ſanæ, ni fallimur, proximam εἴτε ζάλῃ π. ὑ. ἀ. φερομένη καταληφθείη. Πυρὸς ζάλην dixit Apollod Lib. I. c. 4. §. 3. Mox ποιμὴν de procella. Ναῶν ποιμένας dixit in Suppl. vs. 774. & στροβούμεθα ἐν χειμῶσι ναυτίλων δίκην in Choëph. vs. 200.

Vs. 668. Ὁρῶμεν ἀνθοῦν πέλαγος Αἰγαῖον νεκροῖς

Ἀνδρῶν Ἀχαιῶν, ναυτικῶν τ' ἐρει-
πίων

Priorem verſum citat auctor *de Barbariſmo* nuper cum Ammonio vulgatus p. 197. in ἀκυρολογίας ſpecimen, & recte; etſi enim lexica de *ſcatendi & exuberandi* ſignificatione agant, tamen in loco, quem ex Luciano pro illa ſtabilienda adferunt, re ipſa nihil aliud notat, quam *florere* ſenſu metaphorico; hujus contra loci diverſa eſt ratio, ut in quo ſimpliciter ponitur pro βρύειν, πληροῦσθαι. Propius abeſt illud in S. C. Theb. vs. 958; πολλοῖς ἐπανθήσαντες δόμοι πόνοις. Alio iterum pertinet locus Cononis Narrat. XLV. ubi Orphei κεφαλὴν dicit ἐπακμάζουσαν καὶ ζωτικῷ αἵματι μετὰ πολὺν χρόνον ἐπανθοῦσαν. prorſus ut ἀνθεῖν & ἀκμάζειν ſæpius copulat Hippocrates, quod docebit Foeſ. Oecon. V. Ἀνθεῖν. Sic πάθος ἀνθεῖ in noſtri Choëph. vs. 1009. νόσος in Soph. Trach. vs. 1105. (vid iterum Foeſ. Oecon. V. ἄνθος & ἐπανθεῖν) μανίας ἄνθος vs. 1017. & κωκυτοῖς ἐπανθίζειν Choëph. vs 147. Conſtructionis ratio eſt, qualis apud Liv. Lib. IV. c. 11. *plenus vulnerum & pavore.* Vid ſupra ad. S. C. Theb. vs. 928. Neque enim eo licentiæ credam progreſſum poëtam, ut ναυτικῶν ἐρειπίων νεκροῖς dixerit. Ἐρείπια νεκρῶν eſt Soph. in Ajac. vs. 310. & Eurip. in Fragm. ex Au-

ge

ge vs. 3. ὠμηϛὴρ@ Oppian. V. Hal. vs. 324. πίπλων Eurip. in Bacch. vs. 1025. Erunt tamen fortaſſe, qui regimen obiicient, quo τῷ αἰθεῖν genitivus adjungitur; ſed hos meminiſſe velim peculiari ſenſu hic cum occurrat verbum, non aliunde ſtructuram, quam ex ejuſdem ſignificationis verbis adſtrui poſſe, quæ, ut abunde docent lexica, plerumque caſum admittunt ſecundum; rarius tertium, ut in Ariſtid. Tom. I. p. 391. ἐκπεπλήρωνται ἀκταὶ πόλεσιν. & Soph. in Philoct. vs. 329. θυμῷ γένοιτο χεῖρα πληρῶσαί ποτε, quod, ut & hoc obiter, quamvis alieno loco, moneamus, dictum, ut apud Achill. Tat. Lib. V. p. 341. πληγὴ θυμοῦ γέμουσα & Lib. VIII. p. 463. ὅλον αὐτοῦ τὸ θυμὸν εἶχεν ἡ πληγή. Quæ ex Noſtri S. C. Theb. vs. 893. forent πληγὴ, χεὶρ θυμοπληθής. Petron. c. 64. *manu plena verberavit.* & c. 95. *os hominis palma excuſſiſſima pulſat.* Ad ſenſum geminus eſt locus in Perſ. vs. 420. & 425. ubi de V. Ἐρείπιον vid omnino Schol. nec non Heſych. poſt V. Ἐρείπιον & Βελτιοῦσα.

CAP. XIV.

In Æſchylo edita lectio adſeritur. Quid θέλων, θέλουσα? Ἐφέζειν *cum quarto caſu, nec non* προσήμαι *&c.* Βουκολεῖν *quid?* Σποδεῖσθαι. *Lycophronis Schol. emendatur* ἐμπνέειν. *Participium cum* ὡς *pro infinitivo.* Νέμειν γλῶσσαν. *Æſchylus iterum iterumque vindicatur & exponitur.* Κέλσαι ναῦν εἰς *&* ἐπὶ γῆν. Παμπέδοθη. *In Heſychio lectio vulgata defenditur.* Ἐπίχαρτος *&* ἐπιχαίρειν *quid? Ammonius explicatur.*

Vs. 673. Τύχη δὲ σωτὴρ ναῦν θέλουσ᾽ ἐφέζετο. Et hic loci abſtinendum duco ab emendationibus, quas proponunt Cant. & Stanl. θέλουσα eſt *propitia*, *favens*, *lubens*. In Choëph. vs. 17. ὦ Ζεῦ γενοῦ σύμμαχος θέλων ἐμοί. & Suppl. vs. 150. θέλουσα θέλουσαν ἁγνά μ᾽ ἐπιδέτω Διὸς κόρα. Pind. Iſthm. Od. VI. vs. 63. ὦ Ζεῦ πάτερ θυμῷ θέλων δρᾶν ἀκούσαις i. e. ἑκὼν, μετὰ προθυμίας Schol. expl. Add. Noſtri Choëph. vs. 520. 764. & 791. Ἐφέζειν cum accuſandi caſu iterum occurrit in Eumen. vs. 449. ut ἔφημαι vs. 412.. quod cum altero caſu poſuit Soph. in Philoct. vs. 1139. cum tertio noſter infra vs. 1226. pro triplici nempe præpoſitionis ſtructura: eoque verbo ditior fieri poterit Steph. Theſ. Obtinet idem regimen in προσήμαι, προσθακεῖν & προσίζειν. Vid. pro caſu quarto infra vs. 843. Soph. Qed. Colon. vs. 1227. & Æſch. Suppl. vs. 197.

197 pro tertio hujus fabulæ vs. 1200. & 1626. Suppl. 388. Perſ. 883. & Soph. Oed. Tyr. vs. 15. Eadem conſtruendi ratio in compoſitis ex παρὰ & aliis. Sic φάρος παρασκηνεῖν in Eumen. vs. 637. Σερβωνίτις λίμνη τὴν Ἀρραβικὴν ἔρημον παρατείνουσα. Vid. ſupra ad S. C. Theb. vs. 95. & Prom. 973. de illo τύχη σωτὴρ hic not. Cant. & nos ad Theb. vs. 231. Ναῦν σκάφος dixit ἀντὶ τοῦ ναυτικὸν σκάφος, quod eſt Soph. in Ajac. vs. 1298.

Vs. 678. ἐβουκολοῦμεν φροντίσιν νέον πάθος
Στρατοῦ καμόντος καὶ κακῶς σπο-
δουμένου.

Schol. ἐβουκολοῦμεν illuſtrat per quaſi ἐθεραπεύομεν. Eodem ſenſu occurrit iterum in Eumen. vs. 78. βουκολεῖσθαι πόνον pro περιέπειν, ſicut ibi expl. critici. Ariſtid. Tom. III. p. 526. τὸ αὐτὸ ἐμοὶ βουκολεῖς. Eodem redit probe inſpectum hoc Them. Orat. III. p. 45. C. βουκολοῦνται περὶ τὰ πρόθυρα τοῦ νεὼ, τὰ δὲ ἔνδον ὁρᾶν ἀγάλματα οὐκ ἐθέλουσιν. Junge Orat. I. p. 2. D. Heſych. & Suid. in V. βουκολήσαις; & βουκόλημα, quodque in primis huc facit fragmentum, ut exiſtimatur, Babriæ V. Λιώρα. Tum σποδεῖσθαι habetur virtute eadem in Eurip. Hippol. vs. 1238. σποδούμενος πρὸς πέτρας φίλον κάρα. add. Lycophr. vs. 178. ubi Schol. exponit ἀλλαχοῦ πιπτομένων, νῦν δὲ φλεγομένων, f. τυπτομένων, vel potius ῥιπτομένων,

quan-

quanquam non fugiat me Schol. B. ad Theb. vs. 815. καταποδημένοι explanare per πεπτωκότας, & recte ad ſenſum. Add Spanh. ad Comici Nub. vs. 1379. & Steph. Theſ.

Vs. 681. Καὶ νῦν ἐκείνων εἴτις ἐϛὶν ἐμπνέων
Λέγουσιν ἡμᾶς ὡς ὀλωλότας. —

Soph. Phil. vs. 897. ἥδομαί σ' εἰσιδὼν παρ' ἐλπίδα βλέποντα κ' ἀμπνέοντα ἔτι. Ariſtid. Tom. II. p. 352. ζῶντες ὅσον ἐμπνεῖν. & Longus Lib. I. p. 23. ὀλίγον ἐμπνέων. adde Eurip. Hipp. vs. 1246. Alceſt. 203. & Lexica. Tum illud λέγουσιν ἡμᾶς ὡς ὀλωλότας atticarum eſt venerum; pro ἡμᾶς ὀλωλέναι *loquuntur de nobis ceu perditis.* Sophocles iterum in Elect. vs. 1454. ἤγγειλας ὡς τεθνηκότα. & in Trach. vs. 293. φρονεῖ τιν ὡς ἥξοντα. infra vs. 1376. κωκυσόμεσθα τ' ἄνδρας ὡς ὀλωλότα. & Thuc. Lib. IV. c. 30. Κλέων δὲ ἐκείνῳ τε προπέμψας ἄγγελον ὡς ἥξων καὶ ἔχων στρατιὰν — ἀφικνεῖται ἐς Πύλον. Sequitur abhinc non longe γένοιτο δ' ὡς ἄελπτα, qua formula iterum utitur in Choëph. vs. 780.

Vs. 693. Γλῶσσαν ἐν τύχᾳ νέμων. Etſi commendabilem poſſem proponere conjecturam δ' ἀτυχᾶ: quia & in Suppl. vs. 1001. πᾶς ἐν μετοίκῳ γλῶσσαν εὔτυχον φέρει κακήν. Ariſtid. Tom. I. p. 410. οὐχ οὕτω τις εἰς λόγους δ' ἀτυχής. Tamen compertum habeo editam unice veram, ejuſdem quippe ſenſus, cujus foret,

ſi

ſi quis ita ut dixi legendum putaret. Νέμειν poſuit ἀντὶ τοῦ ἔχειν, vel potius *movendi gubernandique* poteſtate.

Vs. 701. Ζεφύρου γίγαντος αὖ α. Atqui Schol. A. ad Prom. vs. 351. Zephyrum Boreamque ex Diis prognatos refert ſecutus Heſiod. in Theog. vs. 869.

> Ἐκ δὲ Τυφωέος ἔς' ἀνέμων γένος ὑγρὸν ἀέντων,
> Νόσφι Νότου, Βορέως τε καὶ Ἀργεστέω Ζεφύροιο·
> Οἵ γε μὲν θεόφιν γενεῇ ———

Quomodo ergo noſtro γίγας audit i. e. γηγενής? (Vid. Stanl. ad l. d.) Sed ſcil. fabulæ non magis ſæpe ſibi conſtant, quam ſomnia.

Vs. 703. Κυναγοὶ κατ' ἴχνος,
Πλάταν ἄφαντον
Κελσάντων Σιμόεντος ἀκτὰς
Ἐπ' ἀξιφύλλους.

Crucem & haec figunt doctiſſimis editoribus. Pro πλάταν Stanl. poſt Cant. ſcribi vult πλάτας; pro κελσάντων, κέλσαν οὐ, & denique αὐξιφύλλους. Mihi omnia videntur ſana præter vocem ultimam, cui ſubſtituo ejuſdem quidem notionis τῷ αὐξιφύλλους; ſed poëticum, ut ſunt, quotquot ex *augendi* verbo conflantur, ἀεξιφύλλους. Sic ἀεξιτόκος, ἀεξίφυτος, & quod exulat à Steph. Theſ. ἀεξιγύιος apud Pind. Nem. Od. IV. vs. 119. deinde, ſublata poſt ἴχνος diſtinctione, repeto ἔπλευσαν ex præcedente ἔπλευσεν, atque omnia ſic ordino πολύανδροί τε

Φερεκλείδες κυναγοὶ ἔπ. κατ' ἴχνος τῶν κελσάντων τὴν πλάταν τὴν ἄφαντον γενομένην ἐπὶ τὰς ἀεξ. ἀκτὰς τοῦ Σιμ. Per τὴν ἄφ. πλ. intelligit navem, qua Paris cum Helena aufugit. κυναγοὶ ſunt primario Menelaus & Agamemnon, deinde univerſus Græcorum exercitus. Præterea uti hic κέλσαι τὴν πλάταν ἐπὶ — ſic τὸ δόρυ ἐς γαῖαν Oppian. IV. Cyneg. vs. 263. ἐπ' ἀκτὰς noſter iterum in Eum. vs. 10. & omiſſa alterutra præpoſitione Eurip. Iphig. Aul. vs. 167. κέλσασα πενόπορθμον Χαλκίδα.

Vs. 723. Παμπρόσθη πολύθρηνον αἰῶ-
ν' ἀμφὶ πολίταν
Μέλεον αἷμ' ἀνατλᾶσα.

Rurſus non movenda moveri pateſcet; Παμπρόσθη tantum ſcribatur jota infra adpicto, & nihil æque adpoſitum magiſque ἐναργέστερον vel fingere licebit, præ quo ſordet παμπένθη, quod ſubſtituit Vir doctus. Αἰὼν παμπρόσθη πολύθρηνος eſt ita undequaque luctuoſus & deplorandus, ut nullam admittat θρήνου acceſſionem, omni additamento luctuoſior. Heſych. Πρόσθη, πρόσθησις. Ubi conatu pariter infelici Sopingius corrigit προσθήκη. & tamen Steph. quoque fuit ſuſpectum. Πρόσθη, ut αὔξη, ἄνθη, σύλη aliaque quam plurima, in quibus & πόθη habeam, accentu poſito in prima, non ultima, quod vocabulum complurium veterum grammaticorum criſin expertum eſt, verbalia ſunt facta per apocopen

ex

ex προσθήσις, αὔξησις, — Vid. Salmaſ. de Modo Uſur. p. 211. Interpretem qui γαμβροῖς vertit *cognatis* pro *ſponſis*, jam caſtigavit Spanh. ad Jul. imp. p. 72. quem & vid. de V. ἀνιόλεκτρον, aliiſque ex αἰνὸς compoſitis ad Callim. H. in Del. vs. 92.

Vs. 730. —— εὐφιλόπαιδα
Καὶ γεραροῖς ἐπίχαρτον.

Paſſive ex mente interpretis εὐφιλόπαις contra, quam ſolet φιλόπαις, quod active notat; modo & hic non fuerit accipiendum pro *pueros amante*, quod tamen minus procedere videtur ob adjuncta reliqua. Ἐπίχαρτος verbum eſt mediæ ſignificationis. Bono ſenſu, uti hic loci, eſt in Soph. Trach. vs. 1279. ἐπίχαρτον τελέως αἰκίστον ἔργον. Altero in noſtri Prom. vs. 157. apud Ariſtid. Tom. III. p. 135. 136. 333. & 334. & quos non alios? vid. not. ad Thuc. Lib. III. c. 67. & Lexica. Suſpicari noli Ammonio velificaturus, priorem ubi præſtat uſum, factum videri per ſyncopen ex ἐπιχάριτος, quo in Steph. Theſ. non obvio utitur Xen. VIII. K. Π. p. 123. οὐδέν ἐστιν ἀπὸ τῆς αὐτῆς δαπάνης ἐπιχαριτώτερον, ἢ —— (plures novit auctores adverbium ἐπιχαρίτως. Ariſtaen. Lib. I. Epiſt. IV. ult. Iſocr. de Permut. p. 311. D. & in Epiſt. ad Jaſon. lib. p. 419. B. adde Lex. ut ἀχαρίτως Hermog. περὶ Γοργ.

edit. Junt. p. 339. οὐκ ἀχαρίτως τινὲς —— αὐτὸ χελιδόνιον Δημοσθένην εἰρήκασι.) notat enim ἐπιχαρτος eum, ἐφ' ᾧ τις χαίρει, quique voluptatis ex ſe capiendæ gaudendique præbet materiam ſive inimicis ob mala, quibus conflictatur, ſive amico, rebus ex voto cadentibus; novi aliter videri viris doctis, ſed ſic ut dixi videtur mihi, qui perinde eſſe judico, ſive dicas ἐπιχαίρω σοι εὐτυχοῦντι, ſive συγχαίρω, nec quidquam agnoſco diſcriminis, niſi hoc, quod qui priori modo loquitur is ſuum unius teſtetur gaudium; qui altero, comitem ſe addat τῷ χαίροντι ἐπὶ τοῖς αὐτοῦ κατορθώμασιν. Idque tam apertum, tamque rationi conſentaneum, ut nihil ſupra: Nam quid aliud ἐπιχαίρειν, quam χαίρειν ἐπὶ? quod cum de quovis dicatur gaudio, quis idem deneget verbo compoſito, cujus ut eadem ſignificatio, ſic ſtructura? & nonne perinde prorſus, ſive cum Iſocr. ad Nic. p. 20. D. ἐπ' ἐκείναις ταῖς διατριβαῖς ἔθιζε σεαυτὸν χαίρειν, ſive ſcribas ἐκείναις ταῖς δ. ἔ. σ. ἐπιχαίρειν, itemque συγχαίρειν? Uſum obvertere noli; etenim nihil valet uſus ad evertendum, quod rationis fundamine ſtat inconcuſſum; & ſi vel maxime unicum Sophoclis illud in Ajac. vs. 136. σὲ μὲν εὖ πράσσοντ' ἐπιχαίρω, quod ſolum adhuc in contrarium productum novi, ſuppeteret, vel hoc unicum ſatis probaret convienter rationi veteres locutos: Nunc pro uno teſtimonio habemus tria, qui-

quibus accedat quartum ex Themiſt. Orat. XIIX. extr. τότε σοι ἐπιχαιρήσει ἡ μήτηρ οὐ μόνον ἐκ πολέμου ἐπανιόντι μετὰ σκύλων, ἀλλὰ καὶ — plura quin ſe oblatura ſint aliis, non eſt quod dubitemus; non tamen, quot uſus alterius; neque iſtud mirum videbitur, malignitatem hominum, ad animum qui revocet, & quantus vulgo ἐπιχαιρεκάκων numerus, quam pauci ἐπιχαιρέγαθοι: facit præterea τὸ συγχαίρειν, alterum ut parcius occurrat. Ammonium ſententiæ tuæ ſuffragatorem ne credas, qui nihil aliud cautum voluit, quam ne συγχαίρειν ponas, ubi de illicito gaudio ſuper alterius calamitate eſt ſermo; & quid foret abſurdius, quam ſi diceres συγχαίρω σοι δυστυχοῦντι? (eſſet enim tanquam quiſpiam propriis lætaretur malis) pro exemplo ſit locus Xenoph. VI. Cyrop. pag. 91. med. ὡς γὰρ ὁ θρῆνος διῆλθε τῆς ἐμῆς συμφορᾶς, οἱ μὲν ἐχθροὶ ἐφήδονταί μοι, οἱ δὲ φίλοι — συμβουλεύουσιν. Neque aliter opinor, unquam locuti ſcriptores, ubi dativum perſonæ adjunxerunt; at in dativo rei non ſemper obſervant. Certe ex Iſocrate adferunt Lexica συνηδόμενοι τῆς ἡμετέρας συμφορᾶς, & ex Euripide οὐ μὲν θανόντι συνήδομαι, cujus iterum eſt in Med. vs. 136. οὐ συνήδομαι ἄλγεσι δώματος. i. e. ἅμα καὶ σὺν γεγονότι τῷ καὶ τῷ ἥδομαι, vel σὺν ἄλλοις ἐπιχαιρεκάκοις καὶ ἡδομένοις ἐπὶ τοῖς ἄλγεσι τοῦ δώματος ἥδομαι. Idem tenendum de aliis Ammonii præceptis V. gr. in V. ἤλπισα ubi, quod prius putabam, non damnat

 for-

forte geminum uſum ȣ ἐπελπίσαι, quem ceterum abunde adſtruxi; tantum docet tertium ei peculiarem, quo notat tranſitive. Vid. etiam quæ ſcripſi ſupra p. 51. De conſtructione ἐπιχαίρειν τινὰ, quæ obſervatur in loco Sophoclis, ejuſque Schol. crucem fixit, dicam quidpiam infra.

CAP. XV.

Æſchylus ſæpius explicatur. Auſonius defenditur. Quid παρθενιτά? *Æſchyli Schol. tentatur. Idem emaculatur.* Τεκνοῦσθαι *quid?* Παλίντροπα ὄμματα. *Horatio lux.* Ὑδαρής. *Baſilius emendatur.* Νέμειν *&* ἐκνεμέσθαι πόδα. *Alia nonnulla.*

Vs. 734. Φαιδρωπὸς ποτὶ χεῖρα σαίνων τε γαστρὸς ἀνάγκαις.

Mutata ſyntaxis Schol. obfuit & Stanl. ne & hic mentem poëtæ adſequerentur; nos ita accipimus, tanquam ſcriptum eſſet Φαιδρωπός τε ἦν καὶ προσαίνων τὴν χεῖρα ἐν γαστρὸς ἀνάγκαις. *Amabili erat vultu, atque adblandiebatur manum, ubi cibi potuſve indigebat.* Tropica eſt locutio, ut quivis videt. Sic προσσαίνειν φῶτα κακὸν infra vs. 1674. add. Prom. vs. 834. Spanh. ad Ariſtoph. Nub. vs. 1113. nominativos eſſe dicit abſolutos, quod ſic non eſt; pendent enim à verbo omiſſo εἰμὶ & γίνομαι; ut immeri-

rito quoque vapulet Auſonius magno Salmaſio de Modo Uſur. p. 711. qui illud Chilonis Ἐγγύα, πάρεστι δ' ἄτα, converterit *ſponde noxia eſt præſto tibi*. Quaſi nempe ἐγγύα crediđiſſet verbum eſſe modi imperandi: ego potius miror acumen Auſonii, ac linguæ peritiam utriuſque, qua eadem brevitate reddere noverat latine; nam quid aliud ἐγγύα, nempe γενέσθω fiat ſponſio, quam *ſponde*. Idem eſto judicium de aliis haud paucis, quæ in hanc rem adferuntur.

Vs. 744. Ἐκ θεοῦ δ' ἱερεύς τις ἄ-
τας ——— ———

Leviſſima correctione laboranti verſui opem fero legens ~~ἐκ τῷ θεῷ ἱερεύς τις ἄ~~ —— Sequitur παραυτὰ δ' οὖν ἐλθεῖν. i. e. *illico*, *ſimulac*. Heſych. Παραυτὰ, παραχρῆμα, εὐθέως, παραυτίκα. Ignat. Epiſt. VI. §. 11. ἐὰν γεύσηταί τις, παρ' αὐτὰ ἀποθνήσκει. Conf. Bud. comm. p. 242.

Vs. 749. ——— Φόρνημα μὲν
Νηνέμου γαλάνας, ἀκασκαῖον
Ἄγαλμα πλούτου,

Tranſpoſita diſtinctione poſt ἀκασκαῖον, hoc conſtruo cum Φρόνημα, neque enim, ad ἄγαλμα qui poſſit referri, magis video, quam exponi, ut facit Schol. Sed is opinor per λίαν κεκο-

σμη-

σμηχθὲν explicat ἄγαλμα, non ἀκασκαῖον, unde hoc expuncto ſic Scholion conſtituam, Ἄγαλμα πλούτου] λίαν κεκοσμημένον, niſi malis inſuper legere κεκοσμημένην διὰ τὸ κάλλος αὐτοῦ — Heſychius Ἀκάσκα, ἡσύχως, μαλακῶς — quomodo ipſe ſtatim illuſtrat auctor ſubdens μαλθακόν; Ut ſuſpicer præterea hoc ſtructuræ ordine jungenda: ἄγαλμα πλ. μαλθακὸν, ὀμ. β. δ. ἔ. ἄ. Λέγοιμ' ἂν eſt *dicere* vel *enarrare poſſim*, *quanta* — ἐλθεῖν locum ſuſtinet genitivi, qui pendet à παραυτὰ, tanquan eſſet παραυτὰ τοῦ εἰσόδου, vel ἀφίξεως, ut nihil corrigi neceſſe ſit. Præterea quod & Stanl. jam venit in mentem πλειοτέρα poſita στιγμῇ poſt ἄνθος, & ſublata, quæ ſeparat παρακλίνασ' à ſequentibus, cum his conſtruam; ſic ſenſus erit longe commodior, nec morari quenquam debet vocula τ', cui non minus uſitate poſt ſecundum, quam primum vocabulum locum eſſe, jam alibi monuimus. In Schol. ad. vs. 757. αὐτοῖς videtur adhæſiſſe ex ταύτην & τοῖς.

Vs. 760. —— γέρων λόγος
τέτυκται μέγαν τελε-
σθέντα φωτὸς ὄλβον τεκνοῦσθαι
μηδ' ἄπαιδα θνήσκειν.

Duplici poteſt ſenſu accipi τεκνοῦσθαι, patiente pro *patrem fieri*, *liberis ditari*, vel agente *parere*. Soph. Oed. Colon. vs. 645. μνείας ὁ

μν-

μυελὸς χρόνος τεκνῦται νύκτας ἡμέρας τε ἰών. Add. Eurip. Iph. Taur. vs. 1261. pro altero Pind. Iſthm. Od. I vs. 24 & Soph Oed. Tyr. vs. 886. Ad rem vid. S. C. Theb. vs. 775. ſeqq Tum ut hic γέρων λόγος, ſic τριγέρων μῦθος in Choëph. vs. 312 Vs 778 ubi gemello ſuo in Strophe reſpondere voles, recidatur oportet ἀπόλεμον, quod tamen iterum junctum incedit cum ἄμαχον in Choëph. vs. 52.

Vs. 785. —— τὰ χρυσόπαστα δ' ἐ-
σθλὰ σὺν πίνῳ χερῶν
Παλιντρόποις ὄμμασι λι-
ποῦσ' ὅσια προσέβα, ——

Per τὰ χρ. ἐσθλὰ σὺν πίνῳ χερῶν intelligit bona & opes manibus ſceleratis καὶ οὐ καθαροῖς parta & acquiſita. Illud τὰ χρ. ἐσθλὰ παλ. ὄμ. λιπεῖν, quodque legimus in Suppl. vs. 180. Ζεὺς παλ. ὄψιν ἔχει ἐν λιταῖς per ſe conſiderata tantam habent ſimilitudinem cum verbis Horat. Lib. II. Od. 2. ult. *ingentes oculo irretorto ſpectare acervos*, ut vix ſit, quod dubitemus, ea ſuum in uſum convertiſſe Lyricum; nihil quippe prius differt, niſi hoc ſolum, quod pro λιπεῖν Horatius magno cum judicio adhibuerit *ſpectare*, non *linquere*, quod ſi aptum ei fuiſſet viſum, non tot virorum eruditorum ingenia torſiſſet, quomodo intelligi debeat *SPECTARE oculo irretorto*, de

quo nunc tot ſententiæ, quot interpretes. Ne autem quiſpiam alterum, quem adpoſui, Æſchyli locum arripiens exiſtimet, ex eo propagatum in Horatio *ſpectare*, quod idem ſit ὄψιν ἔχειν ἔν τινι, & ὁρᾷν, βλέπειν τι, & εἴς τι, adeoque quemadmodum ibi dicatur, licet improprie, ὄψιν ἔχειν παλ. ἐν λιταῖς pro *averſari, contemnere, nec reſpicere preces*, ſic videri nil obſtare, quo minus de quavis alia re eodem ſenſu phraſis uſurpetur, dicaturque ὄψιν ἔχειν παλίντροπον ἐν τοῖς χρήμασιν *averſo & irretorto oculo ſpectare pecuniæ acervos*; nec debuiſſe proinde tanquam ineptam traduci Turnebi, Clerici aliorumque explicationem huc fere redundantem, *ita ſpectare, ut nullam vultu habendi prodas cupiditatem, non reſpectes retorqueaſque ad acervos oculos aut eos relinquens & tranſiens; aut adſtans furtim identidem eo reflectas; ſed ceu non videres vidiſſeſque, ab illis cohibeas oculos.* Ita, inquam, ne quis argumentetur, diverſiſſimam eſſe moneo hujus illiuſque loci rationem; ibi quippe alius preces fundit, alius παλίντροπον ὄψιν ἔχει ἐν αὐταῖς, i. e. ἐν τῷ εὔχεσθαι ἐκεῖνον οὗτος ἔχει πα. ὄψιν. apud Horatium contra idem *ſpectat* acervos, qui *irretortum* ad eos habet oculum, quod, ſequendo illorum, quos dixi, explicationem, quid erit aliud, quam ſimul ſpectare & non ſpectare? quo quid inſulſius? veram loci mentem vidit

dit P. Burm. ad Quinct. Declam. VIII. c. 9. exponens *rectis oculis*, quem vide. ἀστροφα ὄμματα habes in noſtri Choëph. vs. 96. quod verbi ignorat Steph. Theſ. & παλίντροπος κέλευθον ἔρπεις apud Soph. in Philoct. vs. 1254. qua ſola notione novit Suidas & Lexica.

Vs. 807. Ὑδαρεῖ σαίνειν φιλότητι. Auctor comment. in Eſaiam operum Baſil. Tom. I. p. 414. B. τὸ μὲν φοινικοῦν ὑδαρῶς πεφοίνικται· τὸ δὲ κόκκινον βαθύτερόν ἐστι καὶ κατακόρως ἐρυθρόν. & ibid. C. ὑδαρέστερον ἐχρώσθη καὶ κατεστιλώθη τῷ ἁμαρτήματι. Præcedit verba proxima δυσκίνητον ἔχει καὶ δυσαπόπλητον τὴν βαφὴν l. δυσαπόβλητον, vel potius δυσαπόπλυτον, ut opponantur μονιμωτέραν καὶ ἀνέκπλυτον τὴν βαφὴν καταδέχεται.

Vs. 811. Σὺ δέ μοι ———
κάρτ' ἀπομούσως ἦσθα γεγραμμένος
οὐδ' εὖ πραπίδων οἴακα νέμων.

Convenit cum noſtro *leelyk afſchilderen.* Νέμω idem quod νωμῶ. S. C. Theb. vs. 3. οἴακα νωμῶν Pind. Pyth. Od. I. vs. 165. νώμα δικαίῳ πηδαλίῳ στρατόν. & Nem. Od. VI. vs. 28. πόδα νέμειν, quod νωμᾶν Soph. Oed. Tyr. vs. 475. ἐκνέμεσθαι in Ajac. vs. 370. Sic denique ἔγχος ἀσπίδα &c. νωμᾶν & νέμειν in S. C. Theb. vs. 596.

CAP. XVI.

Ἀπὸ γλώσσης, & ἀπὸ καρδίας. Ζῆν eſſe, durare. *In Æſchylo vulgata lectio aliquoties vindicata. Idem ſemel iterumque exponitur.* Ἀγῶνα τιθέναι *&* διατιθέναι ἐπί τινι. *Quid* παιώνιον φάρμακον? Τέμνειν φάρμακον. *Verſio in Conone correcta. Heſychii lectio aſſeritur.* Πληθύνει λόγος. *Æſchylus tentatur, nec non Heſychius.*

Vs. 822. —— δίκας γὰρ οὐκ ἀπὸ γλώσσης
θεοὶ
κλύοντες —— ——

Ἀπὸ γλώσσης ληΐσσεται Heſiod. Ἐργ. vs. 322. Soph. Oed. Colon vs. 990. τῷ νῷ θ' ὁμοίως καὶ ἀπὸ γλώσσης λέγω. Themiſt. Orat. VIII. p. 102. C. δυσφημοῦσι μὲν ἄνωθεν ἀπὸ τῆς γλώσσης, τὰ δὲ εἴσω μεστὰ ὀδυρμῶν. ut modo vs. 814. ἀπ' ἄκρας φρενός. contrarium ἀπὸ καρδίας Lucian. Tom. II. p. 203. ἀκούετε ὦ θεοὶ τά γ' ἀπὸ καρδίας. & Joſeph. de Maccab. §. 8. διὰ μιᾶς φωνῆς ὁμοῦ εἶπον, ὥσπερ ἀπὸ τῆς αὐτῆς ψυχῆς. Aliud eſt in Arriani Exped. Alex. Lib. I. p. 72. Edit. Blanç. γράμματα μὲν οὐ κομίζων παρ' Ἀλεξάνδρου, τὰ δ' ἀπὸ γλώσσης οἱ ἐντεταλμένα ἐξήγγελλεν. & Lib. II. p. 119. ἐπιστολήν τε κομίζοντες Δαρείου, καὶ αὐτοὶ ἀπὸ γλώσσης δεησόμενοι —— idem nempe quod Lucæ in Act. cap. XV. comm. 27. διὰ λόγου ἀπαγγέλλειν. Conf. Thuc. Lib. VII. c. 10. & ad ſuperioris fabulæ vs. 208. Tum

ut Agamemnon redux Deos regionis conſalutat, ſic Plutus apud Ariſtoph. in cognomini fabula vs. 771. ſeqq. conf. Meurſ. ad Lycophr. Alex. extr. & ſupra ad vs. 517.

Vs. 825. Ες αἱματηρὸν τεῦχος οὐ διχοῤῥόπως
Ψήφους ἔθεντο· τῷ δ' ἐναντίῳ κύτει
Ἐλπὶς προσῄει χειρὸς οὐ πληρουμένῳ.

κᾶλος quod coniicit Stanl hinc eſt alienum, & vel nihil mutandum, hoc ut dicat alteri vaſi ſpem acceſſiſſe quidem manuum, fore ſcilicet, ut ſuffragia urbi ſalutaria acciperet; vel leg. χηρὸς *nuda*, *inanis*, omni quippe calculo vacuo relicto. Sic δίκη φανερὸς pro φανερῷ in Eurip. Bacch. vs. 990. βίαιος χεὶρ in Heracl. vs. 103. & 107. πολιὸς χέρα in Androm. vs. 348 & ſimilia paſſim. De Urna gemina, in quam ſuffragia colligebantur, vid. præter auctores laudatos in not. Stanl. Ariſtoph. Schol. ad Veſp. vs. 981. & Florentem.

Vs. 828. ἄτης θύελλαι ζῶσι· συνθνήσκουσα δ' Σποδὸς ——— ———

Interpres ceu legiſſet ζέουσι vertit *fervent*, poterat reddere *vigent*, *durant*, *ſunt*, de quo verbi uſu quidpiam forte dicemus in ſequentibus.

bus. Præcedit καπνῷ δ' αἰλῦσαι νῦν ἔτ' ἄσημος πόλις. Unde forte Euripides in Hec. vs. 1215. καπνὸς δ' ἐσήμαν' ἄστυ πολεμίων ὕπο. Ubi, quod obiter moneo, legeris ἐσημάν' erit ἐσημάνη, nec opus fuerit καπνῷ mutare, quod præter Codd. auctoritatem facit Barneſ.

Vs. 844. Ἄχθος διπλοΐζει. Non optimo conſilio Stanl. ſubſtitui vult διπλασιάζει. Heſych. Διπλοΐζειν, διπλασιάζειν. Et ἐπιδιπλοΐζειν, quo caret Steph. Theſ. habetur in noſtri Eum. vs. 1017. Nec eidem Stanl. adſentior vs. 834. conjectanti ἀποδηστρόφου πλέως. pro edito ἀποδηστρόφος λεώς. vs. 702. Φερέασπιδες κυνηγοί. Sequitur ὁμιλίας κάτοπτρον, qua voce uſus quoque noſter in proverbio apud Apoſtol. Cent. XI, 3. κάτοπτρον εἴδους χαλκός ἐστιν, οἶνος δὲ νοῦ.

Vs. 854. —— τὰ δ' ἄλλα, πρὸς πόλιν τε
καὶ θεοὺς
Κοινοὺς ἀγῶνας θέντες ἐν πανηγύρει,
Βουλευσόμεσθα —— ——

Diſlinctionem hanc non intelligo, & minus adhuc ſenſum, quem Interpres tribuit, qui ita accipit, tanquam ſcriptum eſſet ἐπὶ πόλιν τε καὶ θεούς, ſeu πόλει καὶ θεοῖς (nam utrumque æque bene dici oſtendemus ni fallor infra) ſed nunquam hoc ſenſu πρὸς invenio. Apollod. Lib.

Lib. II. c. 4. §. 4. Τὸ τῶν μὲν — ἐπὶ κατοιχομένῳ τῷ πατρὶ διατεθέντος γυμνικὸν ἀγῶνα. adde Ariſtid. Tom. III. p. 635. Lyſ. Orat. II. extr. Themiſt. Orat. XIIX. ſub princ. & Miſc. Obſ. Vol. III. Tom. I. p. 90. Hinc exiſtimem virgula tranſpoſita poſt θεὺς, ſenſum eſſe, *quod ad reliqua civitatem & Deos, de iis inſtitutis communibus ludis in conventu publico conſultabimus.* Mox cave audias Stanl. pro μενεῖ corrigentem μένῃ.

Vs. 857. Ὅτῳ δ' ἔτι δεῖ φαρμάκων παιωνίων
Ἤτοι κέαντες, ἢ τεμόντες εὐφρόνως
Πειρασόμεσθα πῆμα τὸ τρέψαι νόσον.

Heſych. Παιώνια φάρμακα, ἰατρικὰ, ἢ θεραπεῖαι. & iterum Παιώνιον, φάρμακον καταπαῦον ὀδύνας. Add. Polluc. IV: 179. & V: 132. nec non Suid. Apud eundem legas Παιώνειον, ῥίζης φάρμακον. quod accipiunt interpretes de herba *pæonia*, ut Servius in illo Virg. VII. Æn. vs. 769. *Pæoniis revocatum herbis*, non modo *medicinalibus* interpretatur, ſed & per *herbam Pæoniam.* cæterum utrocunque modo in Suida & Virgilio acceperis, diſſimulare nequeo, veniſſe me in eam cogitationem, hic non καίειν intelligi, & τεμεῖν, ſed de contuſis ſciſſiſque herbis & radicibus accipiendum, ut κέαντες ſit à κέω, χίζω, *ſindo, tero, contero.* Et

Et ſic τομὴ φαρμάκων apud Conon. Narrat. XXIII. καὶ γὰρ ἦν (Οἰνώνη) ἐπίπνους μαντείας, καὶ τομῆς φαρμάκων ἐπιστήμων, quod haud ſcio, an ſatis recte ceperit interpres vertens *legendarum herbarum gnaram*, quanquam non me fugit τέμνειν φάρμακον pro *præcidere* extare in Apollod. Lib. I. c. 6. §. 1. Vid. Stanl. ad verſum hujus dramatis 17. & not. in Heſych. V. Αντίτομον. in quo neſcio quis pro Παιώνιον ἴασιν, θεραπείαν corrigit Παιώνισιν, fruſtra, vid. inſra vs. 1208.

Vs. 861. Θεοῖσι πρῶτα δεξιώσομαι. Heſych. Δεξιώσασθαι, ἐγγίσασθαι γυναικί. Quam ſequendo interpretationem videri poſſet hic accipiendum pro accedere ad Deos cultus ergo, eoſque adorandi.

Vs. 878. Εἰ δ' ἦν τεθνηκὼς, ὡς ἐπλήθυνον λόγοι
Τρισώματός τ' ἂν Γηρυὼν ὁ δεύτερος
Πολλὴν ἄνωθεν [τὴν κάτω γὰρ οὐ λέγω
χθονὸς] τρίμοιρον χλαῖναν ἐξηύχει λαβὼν,
Ἅπαξ ἑκάστῳ κατθανὼν μορφώματι.

L. γ' ἄν. In ſenſu & acumine, hic quod latet, hærentem monuit Cl. d'Orvillius reſpici videri

deri ad trinam Apotheoſin, quam nactus fuiſſet, toties ſi eſſet mortuus, quoties occubuiſſe fama fuerat, addebat tamen Vir eruditiſſimus dure dictum. De Geryone huc inprimis faciunt, quæ leguntur apud Sil. Lib. I. vs. 278. & Herili deſcriptio in Virg. VIII. Æn. vs. 564. Tum hinc diſcimus Græcis quoque placuiſſe Geryon pro Geryones, de quo dubitabat Munkerus ad Hygin. Geneal. extr. Illi τέτρωπιν δικτύου πλέον ſimile hoc Alexidis apud Athen. Lib. II. p. 60. B. λοπάδ' ἐρύθρων ἀποδέδειχα κόσκινον, quod jam notavit ibi Caſaub. Anim. c. XIIX. ult. adde ibi locum Luciani. Denique ſicut noſter ἐπλήθυνον λόγοι Soph. in Oed. Col. vs. 390. ὡς καθ' ἡμᾶς ἐσθ' ὁ πληθύνων λόγος.

Vs. 891. Ἐμοὶ προφωνῶν τὴνδ' ὑπ' Ἰλίῳ σέθεν
Κίνδυνον εἴτε δημόθρυς ἀναρχία
Βυλὴν καταῤῥίψειεν ——

Pro τόνδ' lego τόν θ' ſtructuræ ratio eſt, quæ eorum, de quibus ſupra p. 138. & alibi. Canteri βόλον pro βυλὴν non ſatis intelligo, etſi noverim quid proprie ῥίπτειν βόλον, adeoque & καταῤῥίπτειν. Oraculum apud Herodot. Lib. I. c. 62.

Ἔῤῥιπται δ' ὁ βόλος, τὸ δὲ δίκτυον ἐκπεπέτασται.

Stanl. explicationem in notis amplector; ſed eam quod ex Græcis non eliciam, coniicio ſcribendum καταῤῥάψειεν i. e. βουλὴν ῥάψειεν τῷ τοῦ Ορέστου. Sic μόρον καταῤῥάψαι Eumen. vs. 26. Αναρχία hic ut in Theb. vs. 1036. ubi vid. not. Eurip. Iphig. Aul. vs. 914. ναυτικὸν ςράτευμ' ἄναρχον. Add. noſtri Eumen. vs. 699. & 529. & Suppl. vs. 912. Vs. 895. ceu legiſſet interpres σκέψις vertit *monitum.*

Vs. 910. Πηγαῖον ῥέος. Citat Suid. in V. Πλόκος. Utitur ſæpius in Promethei fabula vid. vs. 400. 677. & 811. Heſych. Ῥέος, ῥεῦμα, ῥεῦμα θεῖον, F. ῥευμάτιον, ῥεῖθρον.

CAP. XVII.

Εκβαίνειν ἀπήνης. *Ratio cur locus Euripidis videatur aliter legendus. Quid* ςῆσαι πόδα? Τέλος. Διαφθείρειν τὴν γνώμην. *De vi præpoſitionis* περὶ *in quibuſdam compoſitis. In Æſchylo variæ propoſitæ explicandi rationes.* Δόμοι χρηςήριοι. *Suidas vindicatur & illuſtratur.* Ψυχὴ *pro* homine. Υπερτείνειν.

Vs. 915. Εκβαιν' ἀπήνης τῆσδε. Similiter Eurip. Iphig. Aulid. vs. 618. καί μοι χειρός τις ἐνδότω ςηρίγματα, θάκους ἀπήνης ὡς ἂν ἐκλίπω. & eadem phraſi in Electr. vs. 999. ἔκβητ' ἀπήνης Τρωάδες, χειρὸς δὲ ἐμῆς λάβεσθ', ἵν' ἔξω τοῦδ' ὄχου ςήσω πόδα, ubi quod aliud agens Miſc. Obſerv. Vol. IX. Tom. III. p. 436. verbo tantum mo-

monuerim legendum videri βήσω, nec fuerit illius loci rationem ſuſpicionis edere, hic facere cogito; nempe noveram, apud eundem poëtam alibi στῆσαι πόδα valere *ſiſtere*, *inhibere*, *reprimere gradum*, vid. earundem Obſerv. Vol. X. Tom. I. p. 98. & junge hoc Soph. in Trach. vs. 343. οὐ με τήνδ' ἐφίστασαι βάσιν. ibi *ponere* vel *collocare pedem*; qua virtute quod necdum invenerim, eadem manet ſuſpicio, aliud verbi olim comparuiſſe, in qua opinatione jam fuit quoque Kuſterus ad Comici Theſmoph. vs. 1111. cui placuit θήσω, mihi βήσω, ideo, quod in larga exemplorum copia, nondum ſe obtulerit, in quo quis dicatur τιθέναι πόδα ἔσω aut ἔξω τινὸς, quod tamen ob latiſſime patentem locutionis uſum haudquaquam improbare auſim; tum quia eodem modo locutum inveneram in Heracl. vs. 802.

Ἐκβὰς πεθρίππων Ὕλλος ἁρμάτων πόδα,
Ἔστη μέσοισιν ἐν μεταιχμίοις δορός.

Æliani eſt Lib. X. Var. Hiſt. c. 3. ἔξω τοῦ λέμματος ποιεῖν πόδας. Et μεταστῆσαι πόδα Euripidis rurſus in Bacch. vs. 49. τ' ἀνθένδε θέμενος εὖ μεταστήσω πόδα. Quo ex loco etſi nonnihil dici poſſet pro edito στήσω πόδα, tamen quia mihi non ſatisfacit, haud exponam. Subdit noſter μὴ χαμαὶ τιθεὶς τὸν σὸν πόδ' ἄναξ, deinde πέδον κελεύθου στρωννύναι πετάσμασιν. more ſcil. Orientis, quem & tangit Spanhemius vs. 919. laudans ad Joſeph. Ant. Jud. Lib. IX. c. 6. §. 2. ab loquen-

quendi modo non longe recedit hoc Petronii fragm. princ.

Planta decens modicos neſcit calcare lapillos
Et dura lædi ſcelus eſt veſtigia terra,
Ipſa tuos quum ferre velis per lilia greſſus,
Nulli ſternuntur leviori pondere flores.

Vs. 917. Αἷς ἐπέσταλται τέλος. i. e. τὸ πρᾶγμα ὃ χρὴ τελεῖν καὶ τελειῶσαι. ſic in Eumen. vs. 746. ὅσοις ἔστ' ἐπέσταλται τέλος. infra vs. 943. εἰδώς γ' εὖ τόδ' ἐξέπων τέλος. Pind. Iſthm. Od. IV. vs. 18. ἀπλέτου δόξας ἐπέψαυσαν κατὰ πᾶν τέλος. Add. ſupra ad S. C. Theb. vs. 912. Suid. & Etymol. Ad. vs. 918. vid. quæ notat Spanh. in Ariſtoph. Ran. vs. 969. & Joſeph. A. I. Lib. IX. cap. 6. §. 2. Ex vs. 930. Suid. in V. κάλλη laudare ἐν ποικίλοις κάλλεσι, & integrum verſum Etymologum, jam docuit Vir doctus in Miſc. Obſ. Vol. III. Tom. I. p. 91. oſtendens ſimul eruditorum circa illum Suidæ locum allucinationes.

Vs. 941. Γνώμην μὲν ἴσθι μὴ διαφθεροῦντ' ἐμέ.

Lyſ. Orat. in Andoc. p. 104. med. πῶς οὐ θεῶν τις τὴν τούτου γνώμην διέφθειρε. Iſocr. ad Demon. p. 17.

17. Διαφθαρείσης τῆς διανοίας Eurip. Oreſt. vs. 297. τὸ διαφθαρὲν φρενῶν. In Choëph. vs. 209. φρενῶν καταφθορά.

Vs. 953. —— —— ὑπαί τις ἀρβύλας
Λύοι τάχος πρόδυλον ἔμβασιν ποδός.

An ideo optandi modo locutum fingit Agamemnonem, ut, qui modo redux, comitatem in ſervos præ ſe ferret? verbum πρόδυλ@ fruſtra quæſieris in Steph. Theſ. ut & πρόχωλ@, quo utitur Luc. in Olyp. vs. 146. πρόκοιλ@, quo Syneſ. p. 253. C. & προπύλαι@ p. 134. C. compoſitionis eadem ratio, quæ in πρόπας, in quo ex Euſtathii mente ad Il. B. ~~p. 198 : 15. vel vacat~~ præpoſitio, vel notat δῆλα. Prius quoque ſcribit de πρόκακ@ noſtri Schol. ad Perſ. vs. 992. quo eidem Theſ. acceſſio fieri poterit. Ceterum alteram Euſtathii ſequendo expl. poſſet ei quoque tribui ſignificatio τῦ *palam* & φανερῶς. Feſtus certe & Paulus Lat. *pro* poni docent pro *amplificando* ac *palam faciendo*. & ſic *propatulum*, *protritum*, & ceu ἐκ προφανοῦς *propalam*.

Vs. 972. Πολλῶν πατησμὸν δ' εἱμάτων ἂν εὔξαίμην

Δόμοισι προυνεχθέντος ἐν χρηστηρίοις
Ψυχῆς κόμιστρα τῆσδε μηχανωμένης.

Structura loci minus patet, nec ſatis apertum an τῆσδε ψυχῆς reſpiciat ad Agamemnonem, an ad Clytemnæſtram. Si ad Agamemnonem referre voles, videtur leg. μηχανωμένη, ordo ut ſit, προυνεχθέντος ἢ ἐμοὶ ἐν δόμοις χρηστηρίοις μηχανωμένη κόμιστρα τῆσδε τῆς ψυχῆς, τουτέστι τοῦ Ἀγαμέμνονος, δέξαίμην ἂν π. πολ. εἰμ. & προυνεχθέντος fuerit perinde, tanquam legeretur εἰ προηνέχθη χρηστήριον, nam in προυνεχθέντος adſumendum ex illo χρηστηρίοις δόμοις vox χρηστηρίου, ſive χρησμοῦ. Atque ut hic loci perceptu facilior quodammodo foret ſenſus, ſi legeremus ut dixi εἰ προηνέχθη, ſic contra eſt ubi participium expeditiorem redderet ſententiam, ut in Luc. cap. V. vs. 35. Sin editam retineas, ſtructura erit μηχανωμένης ἢ τῆσδε ψυχῆς (i. e. ἐμοῦ, ut infra vs. 1447. γυναικὸς τῆσδε conf. ſupra p. 131.) κόμιστρα, nempe τοῦ Ἀγαμέμνονος, δέξ. ἂν πολ. π. εἰμ. πε. — Quod ſi quem offendat προυνεχθέντος; quod ego non moveam, legere is poſſet parva mutatione προυνδειχθέντος. Δόμοι χρηστήριοι ſunt loca, ubi oracula eduntur: vid. & Eumen. vs. 194. Suidas χρηστήριον τὸ μάντευμα ἤτοι ὁ χρησμός. τὸ χωρίον, τὸ ἱερεῖον. τὸ μαντεῖον ἢ διχῶς. Ubi quid impulerit Kuſter. ut corrigeret ἱερὸν neſcio. Triplicem docet Suidas verbi uſum, quod aperte oſtendunt illa τὸ μαντεῖον ἢ

δι-

ἀρχῶς. quæ in verſione plane ſunt prætermiſſa. Hoc vult Lexicographus duplici tantum ſenſu uſurpari μαντῶν, pro *oraculo* puta & *loco, ubi editur oraculum*, non item ut illud, pro *victima*, qua notione noſter in S. C. Theb. vs. 236.

> Ἀνδρῶν τάδ' ἐστὶ σφάγια καὶ χρηστήρια
> Θεοῖσιν ἔρδειν πολεμίων πειρωμένων.

conf. ibi Schol. B. Add. Soph. in Ajac. vs. 220. ubi eadem juncta videbis, & docet Schol. eaſdem vocis ſignificationes, quas Suidas. Vid. & infra Suppl. vs. 459. Ammon. & ad eum not. Cæterum uſum hic obſerves V. ψυχῆς pro *homine*, ut in Soph. Ajace. vs. 154. μεγάλαι ψυχαί. nec Græcis abrogandum ψυχὴ ἀνθρώπου, & τὴν ψυχὴν αὐτοῦ σῶσαι in Matth. c. XVI. comm. ~~25. quando & in Soph.~~ Phil. vs. 55. legimus ψυχὴν Φιλοκτήτου, & in Lyſ. Orat. V. p. 106. in princ. σώσας τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ἑτέρων διὰ ταῦτα ἀποθανόντων. Adde. Raphel. Ultimo loco moneo, cum Stanl. ſi ſcripſeris μηχανωμένη, ordinem fore μηχ. γὰρ κόμ. τῆς δὲ ψ. ἐν χερ. δ. ὅστις ἂν π. π. ἐμ. πε. Quicquid autem elegeris, ſententia erit in fallor, *ſi mihi machinanti præmiis donisque ſcire, an ſalvus rediturus eſſes, enunciatum fuiſſet, & reſponſum ab oraculo redditum, fore, ut te reducem videam, plures voviſſem ſtragulas conculcandas.*

Vs. 975. ῥίζης γὰρ οὔσης φυλλὰς ἵκετ' ἐς δόμους
Σκιὰν ὑπερτείνασα σειρίου κυνός.

Senſum eſſe puto tanquam legeretur ἵκετ' ἄν, & per ῥίζαν intelligo ſpei fundamentum, quo Agamemnonem aliquando rediturum expectare potuiſſet; nam ſequitur καὶ σοῦ μολόντος — i. e. *nunc cum veniſti* ——— σκιὰν ὑπερτείνασα σ. κ. proinde eſt, ceu ſcriptum foret τείνασα σκιὰν ὑπὲρ σειρίου κ. de quo Schemate vid. ad Prom. vs. 973. Atque ita προσβὰς ὄπα ſupra 788. & σὲ ἐπιβῇ Soph. in Ajac. vs. 138. Vs. 979. quem uſum præſtet vocula τε ignoro, & ſine ea metro conſtat ratio; niſi forte ideo additur, quia de hyeme præceſſit, hic de autumno eſt ſermo; ſi copulet; poſt quartam hic vocem habebimus poſitam.

Cap. XVIII.

Æſchylus vindicatur, & emendatur. Παρηβᾶν *tranſitive.* Πυνθάνεσθαι ἀπό τινος. Αποπίπτειν & ἐκπίπτειν τῆς ἐλπίδος &c. Ελπὶς cogitatio. *Æſchylus aliquoties tentatur & exponitur.* Ορθοδαής. Καρδία προφθάνει γλῶσσαν.

Vs. 992. ——— χρόνος δ' ἐπεὶ
Πρυμνησίων ξυνεμβόλοις

ψαμ-

Ψαμμίας ἀκάτας παρ-
ήβησεν, εὖθ' ὑπ' Ἴλιον
Ὦρτο ναυβάτας στρατός.

Stanleio ſi obſequamur legenti ἐπὶ, ſtructura erit: χρόνος ἢ παρ. ἀκ. Ψαμ. ἐπὶ πρ. ξὺν ἐμβόλοις (ita namque corrigo ſejunctis, quæ male in unam vocem coaluere) παρήβησε valet *vetuſtate corrupit* (non quod vult interpres) *conſeneſcere fecit*, verbo abſoluto poſito ſenſu agendi, ut in multis fit aliis. Verum ita ordinata qui cohærebunt cum antecedentibus? quare retento τῷ ἐπὶ hunc in ordinem redigo θάρσος δ' ἐπιθὲς ἵζει φίλον θρόνον φρενὸς ἐπεὶ χρ. παρήβησε ξὺν ἐμβ. πρ. i. e. *ex quo tempus corrupit naves una cum rudentibus.* Vid. in hunc ſenſum hujus fabulæ vs. 203. ſeqq. Vs. 987. & ſeq. cum antiſtrophæ verſibus ſi convenire vis, legas oportet

Μαντιπολεῖ δ' ἀκὲ —
Λόγος, ἄμισθος ἀοιδά.

Vs. 997. Πεύθομαι δ' ἀπ' ὀμμάτων
Νόστον, αὐτόμαρτυς ὤν.

Hoc quomodo intelligi poſſit, non ignoro, eadem conſtructione iterum occurrente in Choëph. vs. 734. ἀνὴρ ἀπ' ἀνδρὸς πύθηται. Diſſimulare tamen nequeo attendenti vs. 991. ad θάρσος δ' ἐπιθὲς ſuſpicionem ſubortam de πείθομαι,

 ut

ut vel ἀπὸ locum teneat τοῦ ὑπὸ, vel legatur ὑπ': ſed cum in edita quoque lateat *perſuadendi* ſenſus, in ea acquieverim. Ceterum egregie mutuum lumen accendunt invicem loquendi modi in ſtrophe & antiſtrophe; ſic quod vs. 991. & ſeq. θάρσος εὐπιθὲς ἵξει, lego ἵζει, φρενὸς φίλον θρόνον, id eadem ſententia vs. 1002. dicitur ἔσωθεν θυμὸς οὐ τὸ πᾶν ἔχων ἐλπίδος φίλον θράσος, unde & in fallor palam eſt, pro δεῖγμα non ſatis commode corrigi δῆγμα: nam ita ſi ſcribas, quomodo quadrabit ἀποπλῦσαι, quod opinor ad δεῖγμα æque reſpicit, atque ad ἀοιδάν. Deinde quod ibi ἀκέλευστος ἄμισθος ἀοιδὰ, hic ἄνευ λύρας θρῆνον ὑμνῳδεῖ Ἐρινὺς, & αὐτοδίδακτος θυμός. Tum vs. 1004. metri habita ratione verſus, huic qui in ſtrophe reſpondet, leg. οὔτι. Illa σπλάγχνα — κέαρ videntur adponi, vel ita accipienda, tanquam ſcriptum eſſet σπλ. δ' οὔτι ματ. τὸ γὰρ κέαρ κυκλ. πρὸς τοῖς φρ. τοῖς ἐν καὶ τελεσφόροις. *Cor quippe vertiginibus circumagitur, præterquam quod cogitationes juſtum mihi timorem addunt, ne exitum ſortiantur, quæ portendunt* τὰ σπλάγχνα. & δίναις κυκλούμενον κέαρ non longe abit à noſtro loquendi modo, quo dicimus *in een maalſtroom van gedagten ſyn.*

Vs. 1008. Εὔχομαι δ' ἀπ' ἐμᾶς τι
ἐλπίδος ψύδη πεσεῖν.

Mi-

Mira nonne ἀκαταλληλία in verbis τὶ — ψυδῆ? quæ, ceu ſint conjungenda, ſe ſiſtunt legenti; poterunt tamen fortaſſe non uno modo ad analogiæ rationem reduci, vel jungendo ἀποπεσεῖν hoc modo, εὔχομαι ἢ κατὰ τὶ ἀποπεσεῖν τοῦ τῆς ἐλπίδος τῆς ἐμῆς ψυδῆ, vel iſto ἀποπεσεῖν με ψυδῆ τῆς ἐλπίδος κατά τι, ut ψυδῆ ſit numeri ſingularis caſus. Placuerit cuipiam copulare τὶ ψυδῆ, per me licet; ſed ſimile nondum ſe mihi obtulit apud alios, & diverſi ſunt generis, de quibus egi ad Perſ. vs. 217. quibus adde ex Lat. Flor. Lib. I. c. 13. §. 11. & [illegible] Cl. Duker. ex Livio Nec huc facere arbitror illud Lucæ in Euang. cap. IX. comm. 13. εἰ μή τι πορευθέντες ἡμεῖς ἀγοράσωμεν εἰς πάντα τὸν λαὸν τοῦτον ΒΡΩΜΑΤΑ. Ἀποπεσεῖν τῆς ἐλπίδος fuerit ψευσθῆναι τῆς ἐλπίδος, quod Thuc. Lib. VIII. c. 81. ἐκπεσεῖν τῶν ἐλπίδων. Lyſias apud Athen. ἐκ τῶν ὄντων ἐκπίπτειν. Ariſtidis eſt Tom. I. p. 377. ἀποπεσεῖν τοῦ ὁρμαθοῦ. Clem. Rom. II. ad Corinth. §. 6. τῆς ὁδοῦ. & Themiſt. Orat. I. p. 11. D. δικαιοσύνης. Ἐλπὶς pro *cogitatione* διανοίᾳ & φρεσὶν ut vs. 1005. quo hæc reſpiciunt, apud alios quoque obvium, ut in Pind. Pyth. Od. II. vs. 89. Θεὸς ἅπαν ἐπὶ ἐλπίδεσσι τέκμαρ ἀνύεται, ubi vid. Schol. nec ἐλπίζειν & ἔλπομαι pro *puto* non cognitum. Vs. 1010. prius τὸ valet μὲν τὸ, alterum δέ.

Vs. 1017. Καὶ τὸ μὲν πρὸ χρημάτων

Κτησίων ὄκν☉ βαλὼν
Σφενδόνας ἀπ' ἐυμέτρȣ
Ουκ ἔδυ πρόπας δόμ☉.

τὸ ubi acceperis pro τὶ ferri poſſe videretur ſenſus, quem τῷ ἐυμετρον tribuit Stanl. vertens *mediocritati ſtudentem*, niſi repugnaret πημονᾶς γέμων ἄγαν, quod ſuccedit; itaque ἐυμετρον ſumam pro *larga*, *magna*, qua multa profligantur proiiciunturque bona. Totius loci mens eſt, καὶ ὁ μὲν ὄκν☉ προβαλὼν τὸ τ̃ χρ. κτ. ἀπὸ σφ. εὐ[illegible]κ ἔδυ γε πρ. δόμ☉, καίτοι γέμων ἄγαν πημονῆς, οὐδὲ ἐπόντισε τὸ σκάφ☉. Male vertuntur verba vs. 1010. duorumque ſequentium, & ipſe interpres in notis nos remittens ad ejuſdem ſenſus locum vs. 1340. ſatis prodit meliora ſe deinceps vidiſſe.

Vs. 1026. τὸ δ' ἐπὶ γᾶν πεσὸνθ' ἅπαξ
Θανάσιμον προπάροιθ' ἀνδρὸς
Μέλαν αἷμα τίς ἂν πάλιν
Αγκαλέσαιτ' ἐπαείδων;

Legere jubet Stanl. πεσὸν extrito θ', videtur ferri poſſe, ut ſit dativus πεσόντι, nihilque in ceteris deſiderabitur, nec quidem pro τὸ opus fuerit ſcribi τῷ. Horatius *Non vanæ redeat ſanguis imagini.* Hinc quæ ſequuntur ad verſum præcipue uſque 1033. ita ſunt obſcura, ut licet conjecturæ non deſint, vix tamen ſint

ſint ejuſmodi, quæ aliorum induſtriam adiuvent. Prodam tamen unam alteramque. Ad Æſculapium ſi ſpectant, quæ putat Schol. nullus video, quis ſermonis ſit nexus cum verbis τίς ἂν πάλ. ἀγκ. ἐπαείδων; οὐδὲ —— ſed forte τίς ἂν ponitur pro ἐάν τις *ſi quis alius incantationibus revocare poſſet*, Jupiter *non prohibuiſſet mortuos reſuſcitare Æſculapium, qui id probe noverat facere.* ſic foret leg. αἷμά τις ſublato interrogationis ſigno. Hoc cum minus arrideret, cogitabam de Jove ſermonem eſſe, ut in Eumen. vs. 653. ſeqq. ὀρθοδαῆ vertendum *bene uſtum* i. e. vere mortuum, atque labem inſediſſe illis αὖτ' ἔπαυσε. Sed ad ſequentia rurſus ubi animum intendo, nec Schol. nec meæ expoſitioni ea video favere; quare alii melius quid extundant.

Vs. 1034. Εἰ δὲ μὴ τεταγμένα
Μοῖρα μοῖραν ἐκ θεῶν
Εἶργε μὴ πλέον φέρειν
Προφθάσασα καρδία
Γλῶσσαν ἂν τάδ' ἐξέχει.

Sententia ni fallor hæc eſt: *niſi ita omnia Deorum voluntate fierent, ut nihil præter eam accidat*, cor i. e. mens, *præcurreret linguam ad enuncianda, quæ metuit: nunc quia nihil ſe videt proficere, tacite premit*

 do-

dolorem, licet valde æſtuet & inflammetur animus, nempe ad eum enunciandum. Scilicet præſaga malorum Chori mens, quæ imminent Agamemnoniæ domo. Quod dicit προφθάσασα καρδία γλῶσσαν, in eo granditatem agnoſco, corrigi alioqui poſſet leviſſima mutatione προφθάσασα καρδίαν Γλῶσσα γ' ἂν τάδ' ἐξέχει.

CAP. XIX.

Τλῆναι *cum participio.* Χελιδών. Ἔσω φρενῶν λέγειν & γράφειν. Παρὰ κωφῷ & κωφὸν λέγειν. Χάρις. Δέχεσθαι intelligere. Φράζειν χερί. Δεικνύειν *pro* dicere. καινίσαι. Ἀνοτοτύζειν & ἐποτοτύζειν. *Heſych. tentatus. Paronomaſiæ exempla. Æſchylus aliquoties expl. & ex Turn. editione reſtitutus.* Φαιδρύνειν. Ἀρκυς, ἀγχόνη & παγὶς *tranſlaté.* Βίος δύνει & βίᾳ δυσμαί. Αὐγαὶ & αὐγάζεσθαι *de oculis.* Ξουθὰ ἀηδὼν *quæ?*

Vs. 1050. Παθόντα τλῆναι. Eadem ſtructura in noſtri Theb. vs. 760. ὑπέρφρονας ἄρουραν ἔτλα.

Vs. 1059. ——— χελιδόνος δίκην
Ἀγνῶτα φωνὴν βάρβαρον κεκτημένη.

Ariſtoph. Ran. vs. 94. χελιδόνων μουσεῖα. ubi vid. Schol. Heſych. V. Χελιδόσι. Meurſ. ad Lycophr. vs.

vs. 1460. Steph. Theſ. in V. χελιδονίζειν, & hic Schol qui primam aperit iſtius uſus originem. Sequitur ἔσω φρενῶν λέγουσα πείθω νιν λόγῳ. quod dictum ferme videtur ſenſu, quo noſtrum *gevoelige reden gebruiken*. Loquendi ratio eſt, qualis in Soph. Phil. vs. 1357. γεγράφεαται φρενῶν ἔσω.

Vs. 1064. Οὔτοι θυραίᾳ τήνδ' ἐμοὶ σχολὴ πάρα
τρίβειν. ——— ———

Etſi nullum noverim mendi genus crebrius, quam quo præpoſitiones περὶ & παρὰ permutantur à librariis, nec me lateat præterea, quam bene dicatur τρίβειν & τρίβεσθαι περί τι; tamen crediderim potius antiptoſin eſſe, pro παρὰ τῇδε θυραίᾳ, ſic παρὰ κωφὸν ἀποπέρδειν & κωφῷ, quod Ariſtid. Tom. III. p. 668. παρὰ κωφὸν λέγειν. Eurip. Rheſ. vs. 123. στρατὸν ἥσυχον παρ' ἀσπίδας εὕδειν ἐῶμεν. adde Lex. Succedit ὡς οὔποτ' ἐλπίσασι τήνδ' ἕξειν χάριν, nempe θεοῖς, vel poſuit χάριν ἀντὶ τοῦ χαρὰν. Heſych. Χάρις, χαρά. Ariſtidis iterum eſt χαρὰν ἔχειν ἐπί τινι Tom. I. p. 137. qua phraſi utuntur quoque ſcriptores Sacri

Vs. 1070. Εἰ δ' ἀξυνήμων οὖσα μὴ δέχῃ λόγον,

Σὺ

Σὺ δ' ἀντὶ φωνῆς φράζε καρβάνῳ χερί.

Δέχῃ i. e. *intelligis*, ut Lat. *capere*. Paulus I. ad Corinth. c. II. vs. 15. ψυχικὸς δὲ ἄνθρωπος οὐ δέχεται τὰ τοῦ πνεύματος τοῦ Θεοῦ. hunc enim ſenſum antehabeam *aſſentiendi* ſignificationi, quam præfert diligentiſſimus Raphelius; nam ſubdit Apoſtolus μωρία γὰρ αὐτῷ ἐστι, καὶ οὐ δύναται γνῶναι. conf. Thuc. Lib. I. c. 95. & IV: 16. add. Bos ad Epiſt. Jac. I. comm. 21. Tum notes φράζε χερὶ, quod interpres non male convertit *fare manu*, quia additur ἀντὶ φωνῆς. alias φράσαι idem, quod δεῖξαι, σημαίνειν. Ut Æſchylus ſic Herodot Lib. I. c. 113. forte quoque Soph. in Trach. vs. 543. ἦλθον ὡς ὑμᾶς λάθρα, τὰ μὲν φράσουσα χερσὶν, ἃ 'τεχνησάμην. Interpres χερσὶ conſtruxit cum ἐτεχνησάμην, & ita Lat. *vocare manu* vid. Cl. Weſſeling. Probab. cap. VII. quem nec noſtri locus fugit. Ovid. IV. Metam. vs. 64. *nutu ſignisque loquuntur*, & *digitis nutuque* II. Triſt. vs. 453. ſic *manus* & *digiti loquaces* vid. not. ad Petron. fragm. p. 669. contra δεικνύειν & *oſtendere* pro *dicere* vid. Græv. Lect. Heſiod. p. 56.

Vs. 1077. Οὐ μὴν πλέω ῥίψασ' ἀπιμαθήσομαι. Turn. ἀπιμωθήσομαι, & quod poſt Cant. vs. 1079. Stanl. reponit ἴθ', ejuſdem editionis lectio eſt. In πλέω ſupple ἔπη.

Vs.

Vs. 1080. Καίνισον ζυγόν. Heſych. καινίσαι, καινῷ χρήσασθαι. Soph. Trach. vs. 880. καινίζει τι στέγη. Eurip. Fragm. ex Perith. vs. 7. Οὐκ ἀγυμνάστῳ φρενὶ ἔῤῥιψεν, ὅστις τόνδ᾽ ἐκαίνισεν λόγον. Suid. Καινίζεται, καὶ καινίζω. ἐπὶ αἰτιατικῇ. quod prætermiſſum non oportebat in Edit. Kuſter. Idem καινόω apud Herodotum expl. eodem modo quo gloſſæ Herodoteæ.

Vs. 1083. Τί ταῦτ᾽ ἀνωτότυξας ἀμφὶ Λοξίου;

Hæc cur profers de Loxia? verbi probitatem perite contra H. Steph. vindicat Stanl. Heſych. Ὀτοτύζειν, λέγειν, θρηνεῖν. An ſcripſerat Ὀτοτύζειν λέγειν, — ut κλαίειν λέγειν —? an in λέγειν ſupplendum ὀτοτοῖ? compoſitum hic quod habemus extat item in Eurip. Hel. vs. 377. & ἐποτοτύζειν in Phoen. vs. 1045. quibus augmentum accipit Steph. Theſ. cui & ὀτότυξις deeſt, quod occurrit in Ariſtoph. Av. vs 1043.

Vs. 1084. οὐ γὰρ τοιοῦτος ὥστε θρηνητοῦ τυχεῖν. Hæreo non nihil, qua virtute poëta adhibuerit τυχεῖν: ſi θρηνητῇ legeretur in caſu tertio, τυχεῖν acciperem pro παρατυχεῖν *adeſſe*, *intereſſe*, & idem foret propemodum, quod illico παρεστάναι ἐν γόοις. Nunc cum illud habeamus videndum, an exponi debeat ἀξιωθῆναι, & in θρηνητοῦ deſit aliquid ad ſenſum, quem dixi, ſiſtendum.

Vs. 1091. ——— Ἀπόλλων ἐμὸς
Ἀπώλεσας γὰρ ———

Paronomaſias cum aliis ſcriptoribus noſter non refugit. vid. Prom. vs. 86. & S. C. Theb. 835. Æſchin. in Cteſiph. p. 62. ult. οὐ γὰρ τὸν τρόπον, ἀλλὰ τὸν τόπον μόνον μετήλλαξε. Diod. Sic. Lib. XX. p. 740. in fine Ἀντίανδρος μὲν ᾤετο δεῖν παραδιδόναι τὴν πόλιν ὢν ἄνανδρος φύσει. Add. Eurip. Troad. vs. 990. Bacch. 367. & 508. Phoen. 640. & ibi Barnes. nec non Voſſ. Inſtit. Orat. Lib. V. c. 5. Subdit μένει —— παρὲν, quod cum interprete non accipio pro participio, ſed ἀντὶ τοῦ παρ' ἓν, ut edidit Turn. i. e. κατὰ τὸ ἑξῆς Heſychio expl.

Vs. 1099. Μισόθεον μὲν οὖν πολλὰ ξυνίστορα
Αὐτόφονα κακὰ κ' ἀρτάναι.

Senſum ubi agnoſco, quem interpres expreſſit, minus perſpicio, qua ratione ἀρτάναι legi poſſit; quod incommodum & ipſe percipiens corrigit ἀρτάνας. Sed videndum, an non ſervata τῇ δημώδει ſenſus ſit. & τὸ ἑξῆς, Μισόθεον μὲν οὖν (πρὸς στέγην) καὶ ξυνίστορα πολλά, i. e. κατὰ πολλά, ἀντ. κ. καὶ ἀρτάναι. ut ξυνίστορα conſtruatur cum τῷ στέγην, & αὐτόφονα κ. κ. ἀ. ſint nominativi *in domum certe Diis inviſam & conſciam multorum facinorum, cujus rei multa ſunt in-*

di-

dicia, *cædes mutuæ* —— nam ſequitur vs. 1104. μαρτυρείοις ἢ τοῖσδε πείθομαι. Niſi malis ξυνίσορα jungere cum κακά ——— Αὐτόφονα κακὰ habuimus jam in S. C. Theb. vs. 856. Ante verba adſcripta in Turn. legitur λαῷ, pro σφάγιον σφαγῶν, deinde εὖρεις & μαντεύειν. Vs. 1104. ut metro ratio conſtet legi poterit μαρτυρείοις γὰρ ἂν τοῖσδ᾽ ἐπιπείθομαι. In Schol. ni legatur θεοστυγῆ, non video, quem ſecutus fuerit verborum ordinem. Vs. 1108. Turneb. rurſus dat ἢ μὴν, & vs. 1112. pro ἀλκὰν ἀλκᾷ, quam veram puto lectionem; altera ſtructura; quam inſtituit interpres vereor ut poſſit admitti, & Græcum ſit ἀποστατεῖν tranſitive ſumtum, quod valet *abeſſe*, *deficere*. vid. Eumen. vs 66. & 417. Choëph. 442. & 823. Ariſtid. Tom. II. p. 190. & 395. Tom. III. p. 167. atque ita paſſim alibi.

Vs. 1116. τόδε γὰρ πλέεις,
Τὸν ὁμοδέμνιον πόσιν
Λουτροῖσι φαιδρύνασα;

Poſſunt hoc modo verba diſtingui, poteſt quoque τὸν ὁ. πόσιν pendere a πλέεις, ut duplicem regat accuſativum more verborum *faciendi*. De φαιδρύνειν vid. not. Spanh. & Varior. ad Callim. H. Jov. vs. 32. Ælian. de Anim. Lib. III. c. 21. τὸ δὲ θηρίον ὁ Λέων ἔσαινέ τε καὶ ἑαυτὸν ἀνατείνας ἠσπάζετο ὡς οἷός τε ἦν, καὶ τῇ γλώττῃ τὸ πρόσω-

σωπον ἐφαίδρυνεν αὐτῷ. & Eurip. in Bacch. vs. 767. σιαγόνα — γλώσσῃ ἐξεφαίδρυνον. quod compoſitum fruſtra quæras in Steph. Theſ. Mox. vs. 1129. οὔ με φαιδρύνει λόγος valet *non me exhilarat ſermo*, vel *ſerenat*, ut interpres, quod attingo ob ſcholion οὐ στοιαφήνισαι. Sequitur in continenti προτείνει δὲ χεὶρ ἐκ χειρὸς ὀρεγομένα, quod ſubobſcure vertitur; forte τέλος repetendum, ut ſit *manus manui porrigit exitum*. Quæ præterea notat Stanl. non videntur huc pertinere. Schol. bene explicat.

Vs. 1125. Ἀρκυς ἡ ξύνευνος. Æſchin. de F. L. p. 35. τοῦτο δὲ ἄρα ἦν ἀγχόνη καὶ λύπη τούτῳ. & ſic ſæpe παγὶς in ſacris literis. Tum notes pro καταλολυξάτω θύματος in Turn. legi θύματι, ea ſtructura, qua vidimus ſupra vs. 280.

Vs. 1132. Βίου δύντος. Hinc βίου δυσμαὶ Plato Lib. VI. Leg. p. 621. A. ἡμεῖς δ' ἐν δυσμαῖς τοῦ βίου, οἱ δὲ ὡς πρὸς ἡμᾶς νέοι. Add. Baſil. Tom. I. p. 492. C. & Indic. in Ælian. Var. Hiſt. *Lucernas occidentes* dixit Petron. c. 22. Vs. 1130. rectius opinor legetur δραίμε. Αὐγαὶ de oculis paſſim inveneris, unde αὐγάζειν, αὐγάζεσθαι & ἀπαυγάζεσθαι *videre*, *conſpici*. vid. Lycophr. vs. 147. Soph. Phil. 222. Oppian. IV. Hal. 137. Callim. H. Del. 125. & 181. Soph. in Ajac. vs. 69. ἐγὼ δ' ὀμμάτων ἀποστρόφους αὐγὰς ἀπείρξω. Add. Eurip. Herc. Fur. vs. 131. Vs. 1138. Turneb. ommittit δέ.

Vs. 1141. Ἀπὸ δ' θεσφάτων τις ἀγαθὰ φάτις
βροτοῖσι στέλλεται. ———

Poſſent hæc per interrogationem videri à Choro prolata, & leg. τίς. Sed Schol. accepit, ut editur. Mox pro δὴ αἱ Turn. editio præbet δ' αἱ, & πλυεπεῖς pro πολυεπεῖς. vs. 1148. οὐδέν ποτ' præterea εἰ μὴ pro εἰμὶ, & ἢ pro εἰ vs. 1149. Vs. 1151. l. γ' οἷά τις, ut hiatus evitetur.

Vs. 1151. Ξουθὰ ἀηδών. Interpres *delicata*; referam potius ad ſonum, idem ut ſit, quod λιγεῖα mox vs. 1155. ſeu ὀξεῖα. vid. Heſych. & Miſc. Obſ. Vol. IV. Tom. I. p. 10. Add. Eurip. Helen. vs. 1117. Sequitur ἀκόρετος βοᾶς φιλοίκτοις, ubi Turn. convenientius metro antiſtrophes dat φεῦ. De comparatione calamitatum, à lugubri luſciniæ cantu quæ peti ſolet, viſe ~~Spanh. ad Callim. H.~~ Pallad. vs. 94. Vs. 1160. modo dicta editio pro δύας legit δ' οἷ. vs. ſeq. ἔπι φόβῳ. Vs. 1163. θεσπεσίας. Vs. 1167. ex eadem ſcribo πάλαιν.

Vs. 1168. Ηνυτόμαν προφαῖς. Schol. expl. νυζόμην, ut Heſych. Ανεδξ, ἀυξάνεδξ. conf. not. ad ejuſdem V. Ανεται. Mox vide num ſcribi placeat ἤ τόδ' ἄγαν πρὸν — Deinde ut vs. 1147. κακὰ θέλεδξ, ſic Eurip. Med. vs. 51. unde citat Euſtath. ad Il. Δ. p. 377 : 8.

CAP. XX.

Ἐκ pro ἔξω. Λαμπρὸς. Καὶ μὴν. Εἰδέναι λόγῳ. Æſchylus tentatur. Ἐφήμιος & εὔφημος. Sophoclis verſio corrigitur. Ἐπίφημι & προσείπω quid? Euripides vindicatur. Προσφερὴς & προσφέρειν. Heſychius emendatur. Ὁμοιόν ἐστι pro perinde eſt. *Æſchylus emaculatur, nec non Heſychius. Ἐκ δρόμου πεσεῖν* &c. *Æſchylus ter tentatur. Idem ſæpius explicatur. Πρὸ μοίρας.*

Vs. 1187. Ἐκ καλυμμάτων ἔσται δεδορκώς. Soph. Trach. vs. 1095. δείξω τάδ' ἐκ καλυμμάτων i. e. ἔξω. Tum ut λαμπρὸς pro φανερὸς, σαφὴς; ſic idem dictæ fabulæ vs. 1190. ubi conf. Schol. Abhinc non procul ῥυηλατοῦντος ἴχνος κακῶν genitivus videtur abſolutus pro dativo; conf. vs. 1102.

Vs. 1197. Καὶ μὴν γε: i. e. *quin etiam, inſuper, præterea.* Heſych. Καὶ μὴν, καὶ ἔτι. Conf. noſtri. Prom. vs. 458. & Suppl. 317. In illis δύσπεμπτος ἔξω συγγόνων ἐριννύων junge ἔξω δύσπεμπτος, & in συγ. ἐριννύων ſupple οὐσῶν *quippe cognatis furiis.* Tum ἁμαρτιῶν & θεῶν vides hic opponi.

Vs. 1205. Ἐκμαρτύρησον προυμόσας τό μ' εἰδέναι
Λόγῳ παλαιὰς τῶνδ' ἁμαρτίας δόμων·

An λόγῳ εἰδέναι valet εἰδέναι ἀκούσαν? ita certe videtur, ut intellexit interpres, friget ſermo. Mox ſi cui durior videatur ellipſis τοῦ τῶν in τῷ ἀλλόθρουν πόλιν, is videat an malit ſcriptum ἀλλοθρούπολιν una voce.

Vs. 1217. Ξυναινέσασα Λοξίαν ἐψευσάμην.

Hinc eadem Caſandra apud Lycophr. vs. 348.

> Εγὼ δ᾽ ἡ τλήμων ἡ γάμους ἀρνουμένη
> ——— ——— ———
> Αἴπλοντα λέκτρων ἐκβαλοῦσα δεμνίων
> Ως δὴ ———

Pro ἄνακτος ſatis acute Stanl. corrigit ἄνατος. Quid ſi ἄναπλος, ſic ne litera quidem peribit, una leviter tantum immutabitur. Heſych. Αναπλος, ἄληπτος, ἀπίαστος.

Vs. 1225. Φερσιμίοις ἐφημίοις. Etſi pro edita ἐφημίοις intercedat Stanl. tamen Spanh. ad Callim. H. Del. vs. 89. præferre videtur ἀφημίοις. quod qui prætulerit, valebit δυσφήμοις, ut in Soph. Electr. vs. 633.

> Ουκουν ἐάσεις οὐδ᾽ ὑπ᾽ εὐφήμου βοῆς
> Θῦσαί με ——— ———

Quod male vertit interpres *fauſto omine rem divinam faciam*; nam reſpondet Electra θύε μήτ᾽ ἐπιψιθῶ τοὐμὸν στόμα. & noſter iterum vs. 1256.

1256. εὔφημον ὦ τάλαινα κοίμησον στόμα. Spanh. ad Julian. imper. p. 26. exponit εὐφημίαν *ſilentium*, quod cui potius videbitur, cum eo non contendemus; add. Heſych. & ad eum not. De ἐφήμιος nihil addere poſſum, quia me fugit compoſiti ratio. Ἐπίφημι verbum in Steph. Theſ. non obvium extat apud Eurip. Iphig. Aul. vs. 130. ubi Agamemnon οὐκ οἶδε γάμους, Achilles, οὐδ᾽ ὅ,τι πράσσομεν, οὐδ᾽ ὅτι κείνῳ παῖδ᾽ ἐπίφησα νυμφείους εἰς ἀγκώνων εὐνὰς ἐνδώσειν λέκτροις. mira hic eſt Barneſii allucinatio. Rectum & pulcrum ἐπέφησα, *promiſi*, plane ut noſtrum *toeſeggen*, & ſic προσειπεῖν Iphig. poſter. vs. 370. Ἅδης Ἀχιλλεὺς ἦν ἄρ᾽ οὐχ ὁ Πηλέως, ὅν μοι προσεῖπας πόσιν.

Vs. 1227. Ὀνείρων προσφερεῖς μορφώμασι. Idem προσφερής, quod ἐμφερής, conf. Choëph. vs. 174. Eurip. Cycl. vs. 435. Herc. Fur. vs. 131. & Oreſt. vs. 408. ἔδοξ᾽ ἰδεῖν τρεῖς νυκτὶ προσφερεῖς κόρας. unde, ut hoc obiter notem, in Heſychio leges Προσφερεῖς κόραις, ὁμοίας ἀλλήλων κόραις. Rariſſime verbum iſtam induit notionem, ut in Pind. Nem. Od. VI. princ. προσφέρομέν τι — ἢ μέγαν νόον ἤτοι φύσιν ἀθανάτοις. Κηρῷ προσφερῆ dixit Ariſtid. Tom. I. p. 528. Add. Spanh. ad Ariſtoph. Nub. vs. 502.

Vs. 1244. Θύουσαν ᾅδου μητέρ᾽. Merito ſuo reprehenditur interpres à Pottero ad Lycophr. vs. 1198. quod θύουσαν verterit *furentem*, pro *ſacrificantem Orci matri*, ut μητέρ᾽

ſit

ſit μητέρ, non μητέρα. Succedit καὶ τὸ δ᾽ ὅμοιον εἰ ἦ μὴ πείθω, τί γάρ; quæ iterum male redduntur in verſione: ὅμοιον nempe ἐστὶ valet *perinde eſt*. infra vs. 1413. σὺ δ᾽ αἰνεῖν, εἴτε με ψέγειν θέλεις, ὅμοιον. Add. Ariſtid Tom. II. p. 116. & 140. Herodot. Lib. VIII. c. 80. & Ælian. Var. Hiſt. Lib. XIV. c. I.

Vs. 1249. Καὶ σὺ μὴν τάχει παρών. L. μ᾽ ἐν τάχει. vid. Prom. vs. 746. infra 1451. Soph. Oed. Tyr. 1152. Electr. vs. 16. Actor. cap. XII. comm. 7. & quos non alios?

Vs. 1253. κλύοντ᾽ ἀληθῶς οὐδὲν ἐξηκασμένα
Τὰ δ᾽ ἄλλ᾽ ἀκούσας ἐκ δρόμου πεσὼν τρέχω.

Heſych. Ἐξηκασμένοι, ὁμοιωθέντες. ſic nempe leg. Add Suid. in Ἐξεικασμένον. Illud ἐκ δρόμου πεσὼν valet ἐκπεσὼν δρόμου. vid. de locutione Spanh. ad Comici Nub. vs. 25. & ſupra in Prom. vs. 882. ἔξω δρόμου φέρομαι, quod Schol. alter expl. τῆς ὀρθῆς ὁδοῦ, alter τοῦ καθεστηκότος, ut τοῦ προκειμένου ad Choëph. vs. 512.

Vs. 1258. Οὐκ εἰ πάρεσται γ᾽ ἀλλὰ μὴ γένοιτό πως.

Videtur interrogandi ſignum ponendum poſt οὐκ, ut ſenſus ſit *Non? ſed quid ſi prope adſit?*

ſit? verum nunquam eveniat, nempe *ut eo ſit opus*; vel *quod tu ominaris*. Heſych. Μή πως, μήποτε.

Vs. 1261. Ἡ κάρτ' ἄρ' ἂν παρεσκόπεις χρησμῶν ἐμῶν.

Stanl. poſt Canter. malit legere ἀέξειν, quod non video, qua poſſit ratione admittere reſponſum ad id, quod quæritur proxime. Si conjecturæ locus eſſet, ſcribendum ſuſpicari liceat ἢ κάρτα γάρ. Heſych. Η γὰρ, ὄντως γάρ. Verum præſtiterit abſtinere à correctione. παρασκοπεῖν χρησμῶν eſt κακῶς σκοπεῖν τοὺς χρ. ut παρακούειν *male* & *perperam audire* & ſimilia. Primum legenti locum tentabam παρησκόπεις. Heſych. Ἄσκοπος, ἀνόητος. Sequitur τοῦ γὰρ τελοῦντος οὐ ξυνῆκα μηχανήν, i. e. ὀρθῶς λέγεις, ὅτι παρεσκόπειν τῶν χρ. οὐ γὰρ ξ. τὴν μ. τοῦ τελ. Sic nempe requirit γὰρ, ut ſuppleatur ſermo in reſponſionibus. vid. Devar. in hac voce. Hinc reſpondet Caſandra

Καὶ μὴν ἄγαν γ' Ἕλλην' ἐπίσταμαι φάτιν.

ad quæ Chorus:

Καὶ γὰρ τὰ Πυθόκραντα, δυσμαθῆ δ' ὅμως.

Quorum mentem haud aſſecutus interpres, facem licet præferente H. Steph. & Cant. qui dedit δυσμαθῆ, ut haud dubie ſcripſerat poëta. Hoc dicit Caſandra, *atqui ſatis intelligo Græcum ſermonem*: & Chorus, *enimvero & ex Apollinis reſponſo eventura Græco ſer-*

ſermone accipimus, & tamen ſunt intellectu difficilia. Ἀγωγῆς ſumo pro προσαγωγῆς *adductione in ædes*, quia me ſecum duxit.

Vs. 1273. τί δῆτ' ἐμαυτῆς καταγέλωτ' ἔχω τάδε,
Καὶ σκῆπτρα καὶ μαντεῖα περὶ δέρῃ στέφη;
Σὲ μὲν πρὸ μοίρας τῆς ἐμῆς διαφθερῶ.

Notanda venit ſtructura σκῆπτρα καὶ μαντεῖα στέφη ΣΕ, deinde iterum ἔπε πεσόντα. Sed ſcriptum fuiſſe coniicio pro σὲ μὲν, σεμνά, ſublata interrogationis nota poſt στέφη. Stanl. σφὲ μὲν legit. Illud πρὸ μοίρας poſitum, ut docet Ammonius, & ex eo Thom. Mag. frequens inprimis Iſocrati. Vid. p. 223. & 390. Edit. H. Steph. Contrarium κατὰ μοῖραν ἀποθανεῖν in Luc. Tom. II. p. 491. In rem vid. Spanh. ad Call. H. Del. vs. 94. & quem ibi laudat Caſaubonum. Vs. proximo forte leg. ἀγαθῷ in dandi caſu.

CAP. XXI.

Θανάσιμος. Æſchylus tentatur atque exponitur. Ἄτιμος quid? Harpocrationi lux. Eius interpres correctus. Τεθνήξω. *Lucianus & Thom. Mag. expoſiti. Ariſtophanes aſſeritur.* Ἀσφάδαστος. Πατεῖν. Οὐκ ἔστι πλέον. *In Æſchylo edita lectio defenditur.* Φόβον πνέειν. Δυσοίζειν. *Ex Heſychio macula ſublata.* Ἐπιξενοῦσθαι. Δὲ *pro* δή. *Alia nonnulla.*

Vs. 1285. Θανασίμους τύχας. Eurip. in Hippol. vs. 840. πόθεν θανάσιμος τύχα γύναι σὰν ἔβα τάλαινα καρδίαν; quo in verbo obſervanda duplex notio; nam & active ſignificat *lethifer*, & paſſive *mortalis*. Them. Orat. XXII. p. 282. A. δακετὰ θανάσιμα καὶ ἰοβόλα. active quoque εὐθνήσιμος habetur infra vs. 1302. Conf. ſupra vs. 1027. & quæ ſcripſi p. 278.

Vs. 1286. Βωμοῦ πατρῴου δ' ἀντιπίξηνον μένει.
Θερμῷ κοπίσης φοινίῳ προσφάγματι.

Recte editores corrigunt δ' ἀντ' ἐπιξήνου, niſi tamen ἀντ' fuerit potius ſcribendum i. e. ἄντα. De voce ἐπίξηνον, ſive ἐπίξηνος vid. præter Suid. Heſych. & Etymol. Tum ſi quid in κοπίσης foret mutandum legerem κοπίσῃ diſtinctione ſublata poſt μένει, ſic ſupra vs. 1159. ἐμοὶ μίμνει σχισμός. Sed nil puto correctione opus, ordo eſt κοπίσης δ' (ἐμοῦ) μένει ἄντα βωμοῦ π.

ἐς

ε. & κηπεσης ἐμȣ̃ eſt *cum mactata fuero*, non *mactanda*, ut interpres; an reliqua ſic intelligenda tanquam legeremus? μενεῖ ἐπίξενον, ἐφ᾽ ᾧ καὶ αὐτὴ ἡ Κλυταιμνήστρα σφαγήσεται, ἐμȣ̃ καὶ τȣ̃ Ἀγαμέμνονος προσφαγμάτων ὄντων. Voce πρόσφαγμα ſæpius utitur Euripides vid. Hec. vs. 41. Iphig. Taur. & alibi.

VS. 1288. Οὐ μὴν ἄτιμοί γ᾽ ἐκ θεῶν τεθνήξομεν,
Ἥξει γὰρ ἡμῶν ἄλλος αὖ τιμάορος.

Ατιμοι i. e. ἀτιμώρητοι *inulti*, quo ſenſu Demoſthenem poſuiſſe docet Harpocration; ſed quem miror, cum uno verbo exprimere poterat notionem, nempe per ἀτιμώρητος, bis circumſcriptione uſum. Demoſthenis locus, quem innuit eſt in III. Phil. p. 70. extrema: ἐν τοῖς φονικοῖς γέγραπται νόμοις, ὑπὲρ ὧν μὴ ἂν διδῷ δίκας φόνȣ δικάσασθαι, ἀλλ᾽ εὐαγὲς ἦν τὸ ἀποκτεῖναι. Καὶ ἄτιμος φησὶ τεθνάτω· τοῦτο δὴ λέγει καθαρὸν τὸν τȣ́των τινὰ ἀποκτείναντα εἶναι. Add. ex eo Ariſtid. Tom I. p. 332. Hunc autem verbi uſum ex legis verbis, ſimulque ex noſtro, cum adpareat eſſe antiquiſſimum, Harpocration dum dicit, Demoſthenem ἰδίως voce uſum, benigne eſt interpretandus; non quaſi velit καινοπρεπῶς Oratorem adhibuiſſe, ſed minus eo ſenſu ſuo inprimis tempore fuiſſe frequens, ſoluiſſe ſe-

re poni pro *infami* & τ̃ κοινῶν μὴ μετέχοντ. Ceterum quamvis ex Demoſth. & Harpocratione ſit manifeſtum, quid intelligant per τὸ ἄτιμ☉, tamen, quod mirere, nec interpres, nec Bud. & hunc ſecuti H. Steph. & Cant. vim verbi bene expreſſerunt; illo hæc Harpocrationis ἐψηφίσαντο ἀτίμους εἶναι laxius vertente *infamia notarunt*, & *ignominioſus moriatur*, his opinantibus, eosdem ἀτίμους, qui Lat. *inteſtabiles*, quod verum de infamiæ ſpecie, qua de multis agit Bud. in Comm. p. 206. ſed ἄτιμοι, de quibus ſermo apud Demoſthenem, iidem ſunt, qui Lat. *ſacri*, vid. Feſt. in V. *Homo ſacer*. Et de *inteſtabilibus* Gell. Lib. VII. c. 18. adeoque ἀτιμώρητ☉, ut in præſenti etiam Æſchyli loco, & iterum in Choëph. vs. 1018. De variis ceterum ἀτιμίας gradibus viſe Spanh. ad Ariſtoph. Ran. vs. 704. Deinde obſerves πιθήξομαι non πιθηξόμεθα, de quo poſt Lucian. in Soloeciſt. p. 747. Thom. Mag. ſed tantum de tertia perſona πιθήξει & πιθήξεται quam & ſolam, non integrum tempus, mihi videntur improbaſſe vitandæ ambiguitatis gratia, cui præterea non ſit veriſimile, πιθήξομαι eſſe futurum tertium; nam quis uſus, aut ſenſus foret vocis paſſivæ in verbo abſoluto? quod tamen putat cum Thom. Magiſtro H. Steph. Theſ. L. Gr. Vol. I. p. 1564. ſuſpectum ſimul habens Ariſtophanis locum in Acharn.

vs.

vs. 324. ὡς πεθνήξων ἴσθι νῦν γε, ſed quem ab omni ſuſpicione nunc vides liberatum; itaque vix, inquam, ac ne vix quidem à me impetro pro paulo poſt futuro ut habeam, ſed futurum eſſe judico medium, ut πεθνήξω activum à πεθνήκω, quod etiam video placuiſſe Dukero ad Thuc. Lib. VIII. c. 74. Vocula αὖ videtur hic valere *poſthac*.

Vs. 1293. Αξειν νιν. Recte Stanl. corrigit ἄξει. Mox vs. 1298. idem vertit, ceu legiſſet πεɣάξω, non πεάξω, ſed quod poſitum videtur ἀντὶ τοῦ πείσομαι *patiar* ut S. C. Theb. vs. 345. & Perſ. 729. Conf. ad Ariſtoph. Plut. vs. 486. Kuſter. & Spanh. qui ibidem monet vs. 1296. πεάξαιμι ὡς ἔπεαξε ſic debuiſſe converti. vid. & ſupra ad vs. 67. Vs. 1299. ὅρκος μέγας eſt jusjurandum per Styga. vid. Heſiod. Θεογ. vs. 400. & 784. Euſtath. ad Odyſſ. B. p. 102. fine, & Meurſ. ad Lycophr. vs. 705.

Vs. 1302. Επεύχομαι δὲ καιρίας πληγῆς τυχεῖν

Ως ἀσφάδαστος — — —

— — ὄμμα συμβάλω τόδε.

Imitatus Soph. in Ajac. vs. 847.

— — καλῶ δ' ἅμα

Πομ-

Πομπαῖον Ἑρμῆν χθόνιον εὖ με κοιμίσαι,
Ξὺν ἀσφαδάστῳ καὶ ταχεῖ πηδήματι.

ubi vid. Schol.

Vs. 1307. Πρὸς βωμὸν εὐτόλμως πατεῖς. i. e. πορεύῃ, vid. Heſych. In Pind. Olymp. Od. I. ult. ὑψοῦ χρόνον πατεῖν notat διατρίβειν, vid. ibi Schol. & Not. ad. Perſ. vs. 448.

Vs. 1308. Οὐκ ἔςʼ ἄλυξις οὐ ξένοι χρόνῳ πλέω.

Sententia eſſe videtur ἡ ἄλυξις χρόνῳ οὐκ ἔςι, vel ἔςαι πλέω, *nihil prodeſt proderitve mihi effugium ad tempus*, ſeu *dilatio*. Sic ſæpiſſime οὐκ ἔςι πλέον. Subdit Chorus ὁ δʼ ὕςατός γε τοῦ χρόνου πρεσβεύεται i. e. ni fallor *atqui amat quisque quam diu licet vivere*. favent præterea explicationi noſtræ hæc Caſandræ σμικρὰ κερδανῶ φυγῇ. Minus video quis ſenſus illorum οὐδεὶς ἀκούει ταῦτα τῶν εὐδαιμόνων. An ταῦτα pendet ab εὐδαιμόνων? ut ſit κατὰ ταῦτα. *qui felicitatem, ponunt in contemnenda morte, non audiunt, quæ tu de eorum prædicas miſeria.*

Vs. 1318. Φόβον δόμοι πνέουσιν αἱματοςαγῆ.

Cave cum Cant. & Stanl. ſolicites φόβον, quod ſenſum fundit plenum ἐμφάσεως, hunc puta, οἱ δόμοι πνέουσιν αἷμα, ὃ ὄζον φοβεῖ με, i. e. οὗ ἡ ὀσμὴ φοβεῖ

φοβεῖ με: ſic φόβον πνέειν Marc. Sidetes apud A. Fabric. Bibl. Gr. Tom. I. p. 19. vid. & quæ præcedunt verba adpoſita. Sequitur καί πῶς τόδ' ὄζει θυμάτων ἐφεςίων. i. e. καὶ πῶς ἔχοιεν ἂν οἱ δόμοι ὀσμὴν οὕτω δεινὴν καὶ φοβερὰν τῶν θυμάτων, ὥςε —— Deinde ex Noſtri Σύρειον ἀγλάϊσμα Eurip. in Bacch. vs. 144. ſumſiſſe videri Συρίας λιβάνου καπνὸς jam monuit Spanh. ad Jul. imper. p. 187. Tum ut vs. 1320. ὅμοιος — ὥσπερ ad ſe referuntur, ſic in Eurip. Oreſt. vs. 696. ὅμοιος — ὥςε.

Vs. 1325. Οὔτοι δυσοΐζω. Schol. δυσχεραίνω, ut Heſychius Δυσοΐζει, δυσχεραίνει, non δυχερεῖ, ut editur. Add. Eurip. Rheſ. vs. 724.

Vs. 1329. Ἐπιξενοῦμαι ταῦτα δ' ὡς θανουμένη.

Schol. illuſtrat per φιλοῦμαι peculiari ſenſu, quem nondum alibi obſervavi, nec quem nunc video qui deduci poſſit ex vulgari ſignificatione *hoſpitio excipior*, *peregre ago* & *advenio*, unde Heſychius exponit παρεύρεσθαι: ſed & idem μαρτύρεσθαι explicat, quod non magis aſſequor, niſi ita fortaſſe hic loci ſit accipiendum. Obvio ſenſu eſt in Palæph. cap. 6. & 47. ὁ Ἡρακλῆς ἡδέως αὐτῇ πλείονα χρόνον ἐπεξενοῦτο.

Vs. 1332. — ἡλίῳ δ' ἐπεύχομαι

Πρὸς ὕστατον φῶς, τοῖς ἐμοῖς τιμαόροις,
Ἐχθροῖς φονεῦσι τοῖς ἐμοῖς τίνειν ὁμοῦ.

Δ' hic valet δὴ, ut vs. 1265. niſi ibi vacare potius exiſtimes, ut alibi haud raro. Deinde πρὸς ὕστατον φῶς videtur eſſe *ultima hac vitæ luce*. Tum. f. leg. τοῖς τ' ἐμοῖς τιμ. quanquam & carere poſſit oratio vocula τε. Dativos interpres conſtruxit cum ἐπεύχομαι, qui fortaſſe pendere quoque poterunt à τίνειν, ut intelligatur χάριν, in conſtructione cum ἐχθροῖς, ποινάς.

Vs. 1337. Ἰὼ βρότεια πράγματ'· Εὐτυχοῦντα μὲν
Σκιά τις ἀντρέψειεν· εἰ δ' ἦ δυστυχῆ
Βολαῖς ὑγρώσσων σπόγγος ὤλεσε γραφήν.

Acquieſcam ego in edita & ſenſu, quem Grotius expreſſit: nempe hoc vult; felicitatem hominis facile retro ſublapſam referri, infelices prorſus in oblivionem venire. Tum ſive δυστυχῆ legeris, ſive per adjectivum δυστυχῆ, parum referet. Priori modo conſtruetur cum πράγματα, altero ſupplebitur τὶς a-

liquis. Interim fateor non ſatis mihi liquere, an βολαὶ accipi debeat pro ἐπιβολαὶ *admotio*, *injectio*, an alio ſenſu.

CAP. XXII.

Δακτυλόδεικτος. *Heſychius tentatur.* Θάνατοι *pro* θανόντες. Mors *pro* cadavere *&* homine mortuo. *Florus illuſtratur.* Βοὴ *pro* auxilio. Γνῶμα. Τυρρηνὶδος σημεῖα. *Matthæo lux bis. Æſchylus ſæpius explicatur. Idem tentatur.* Ὅπως *cum infinitivo. Schol. Æſchyli emaculatur.* Ῥυσός. Ἀποτεμεῖν *&* ἀποδίκειν. Εναντίον φέρειν *&* ἐπιφέρειν. *Quid* ἐμφέρειν *apud Sophoclem?* Δὲ *poſt alteram & tertiam vocem.* Μόρος *quid?* Ὠδὶς proles. *Quid* λίπος αἵματος? Ἀπίετος. Τύμμα τύμματι τίσαι.

Vs. 1343. Μηκέτι δ' εἰσέλθῃς τάδε φωνῶν.

Interpres junxit τάδε φωνῶν. Commodius forte referetur ad εἰσέλθῃς intellecto μέλαθρα, *tu vero ne intres in ejuſmodi ædes jactabundus* i. e. talis autem ſi ſis, nempe δακτυλόδεικτος, ne ideo nimis fortunæ fidas, καὶ τῷδε πόλιν —— hoc eſt καὶ γὰρ *etenim & huic* —— nam ſequitur τίς ἂν εὔξαιτο βροτῶν ἀσινεῖ δαίμονι φῦναι τάδ' ἀκούων. Δακτυλόδεικτος iterum occurrit in fragm. ex Edonis. Aliud apud Heſych. δακτυλόδικτον, ſed ubi ex interpretatione, quam

ſubdit, mihi videtur ſcribendum δακτυλόδεκτον vid. omnino Athen. Lib. XI. p. 468.

Vs. 1349. ——— ——— ἄλλων
Ποινὰς θανάτων ἄγαν ἐπικρανεῖ.

Poteſt θανάτων intelligi, ut fecit interpres vertens *mortium*, plurali etiam utente Ariſtid. Tom. I. p. 105. aliiſque, & Noſtro S. C. Theb. vs. 884. Poterit tamen ni fallor ſumi quoque ἀντὶ τοῦ θανόντων. Idem Ariſtid. Tom. II. p. 350. θάνατοι κατ' οἰκίας ἐν ἱεροῖς, ἐν θύραις, ἐν πύλαις. Et ſic forte θάνατος apud Xen. Epheſ. Lib. III. pag. 41.

——— τεῦξεν τόδε σῆμ' Ὑπεράνθη
Ου τάφον ἐκ θανάτου ἱεροῖο πολίτου.

Certe ita *Mors* pro *cadavere* & *homine mortuo* Petron. c. 89.

Accumulat ecce liberum funus parens
Infirmus auxiliator: invadunt virum
Jam MORTE paſti, membraque ad terram trahunt.

Liv. Lib. II. c. 7. *multo majus MORTI decus publica fuit moeſtitia.* Unde opinor ſe tuetur illud Flori Lib. III. c. XV. ult *inſultatum quoque MORTIS reliquiis.*

Vs. 1358. Εγὼ μὲν ὑμῖν τὴν ἐμὴν γνώμην λέγω

Πρὸς

Πρὸς δόμα δεῦρ' ἀστοῖσι κηρύσσειν
βοήν.

Interpres *clamore cives convocemus*, imo vero *in auxilium vocemus.* Βοὴ hic eſt βοήθεια, ut in Suppl. vs. 738. ubi vid. Schol. & not. ad Thuc. Lib. I. c. 105.

Vs. 1361. Γνώματος. Vox ignota Steph. Theſ. hoc ſenſu, quo nihilominus præter Noſtrum utitur & Soph. in Trach. vs. 602. & Eurip. in Heracl. vs. 408. quem utrumque citat Triclin. ad Antig. vs. 180. Adde Herodot. Lib. VII. c. 52.

Vs. 1364. τυραννίδος σημεῖα, i. e. τυραννίδα periphraſi non protrita, quæ & occurrit in Matth. c. XII. comm. 39. τὸ σημεῖον Ἰωνᾶ τοῦ προφήτου. & cap. XXIV. vs. 30. καὶ τότε φανήσεται τὸ σημεῖον τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου i. e. ὁ υἱὸς, nam addit illico καὶ ὄψονται τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου. Mox vs. 1368. Τοῦ δρῶντός ἐστι καὶ τὸ βουλεῦσαι πέρι i. e. opinor, τὸ ἔργον τοῦ δρῶντός ἐστι καὶ περὶ τὸ βουλεῦσαι.

Vs. 1365. Χρονίζομεν γάρ· οἱ δὲ μελλούσης
κλέος
Πέδον πατοῦντες οὐ καθεύδουσιν χερί.

Et hic γὰρ ponitur pro μὲν γὰρ, & perinde tanquam ſcriptum legeres, ἡμεῖς μὲν γὰρ χρον. οἱ δὲ *at qui ad celebritatem famamque graſſantur*

 ma-

manu ſunt impigri. Hic quidem videtur ſenſus; at, quid pro κλέος ſubſtituendum, obſcurum eſt; placeret κλεῦς à κλεώ, modo verbi uſum aliunde poſſem probare, quod fortaſſe facient alii. Præceſſit τὸ μὴ μέλλειν δι' ἀκμῆ, de quo jam ſupra p. 200. & ſic στείχειν δι' ἀκμῆ Eurip. in Electr. vs. 684. & ἀκμῇ καλεῖ Hec. vs. 1042.

Vs. 1380. Τρανῶς Ἀτρείδην εἰδέναι κυροῦνθ' ὅπως.

Schol. ad ſenſum bene commentatur; ſed eum ſequendo ὅπως fuerit conſtruendum cum κυροῦντα, cujus ſimile quod in promtu nunc non habeam exemplum refero ὅπως ad εἰδέναι, ut ſit ὅπως εἰδέναι τὸν Α. κ. Soph. in Ajac. vs. 378. οὐ γὰρ γένοιτ' ἂν τοῦθ' ὅπως οὐχ ὧδ' ἔχειν. i. e. dicit Schol. ἔχοι vel σχοίη. & apertius Lucian. Tom. II. p. 363. ἧκέ ποτε εἰς Σικελίαν ὅπως εἰ δύναιτο δι' αὐτοῦ γνωσθῆναι Διονυσίῳ τῷ τυράννῳ. niſi hoc voles accipere per ellipſin dictum pro ὅπως γνωσθείη δι' αὐτοῦ εἰ δύ. γν. Schol. qui ſequi maluerit, κυροῦνθ' ὅπως erit, quod Soph. in Ajac. vs. 87. & 347. ὡς ἔχων κυρεῖ. idque fateor ad ſenſum loci melius. In continenti interpres deceptus ſcholio, cui male ἀφύκτατον præfixum, cum debuiſſet τῷ κρεῖττον, ἐκ πηδήματος vertit *inevitabilem*.

Vs. 1388. Εϛηκ᾽ δ᾽ ἔνθ᾽ ἔπεσ᾽ ἐπ ἐξειργασμένοις.

Leviſſimo unius literæ additamento conſuli poterit laboranti verſui (qui vereor ne loco ſuo motus poſtponendus ſit vs. 1401) legendo ἔπεος᾽.

Vs. 1398. Αἱματος σφαγήν. Pro αἷμα σφαγῆς, ut Soph. in Trach. vs. 581. & ut hic ἐρεμνὴ ψεκὰς de ſanguine, ſic ἐρεμνὸν αἷμα idem in Ajac. vs. 377.

Vs. 1413. —— νεκρὸς δὲ τῆσδε δεξιᾶς χερός.
Ἔργον δικαίας τέκτονος ——

Sublata diſtinctione jungo χερὸς ἔργον. In Choëph. vs. 229. ὕφασμα τοῦτο σῆς ἔργον χερός.

Vs. 1418. —— —— ῥυσοῦς
Ἐξ αἰλὸς ὀρώμενον τόδ᾽ ἐπέθου θύος.

Lego ὄρμενον. De voce ῥυσοῦς vid. Spanh. ad Ariſtoph. Plut. vs. 266. ῥυσοὶ νῶτα dixit Eurip. Troad vs. 495. ῥυσὸν πόδα in Electr. vs. 490. γέροντας ῥυσοὺς Plato Lib. V. de Rep. p. 457. D. & in Tim. p. 543. F. πᾶν ῥυσὸν καὶ τραχύ. Ἐδανὸν, quod præceſſit, pro βρώσιμον, alibi quoque adhibuit, ut docet Heſych.

Dein-

Deinde Απέδικες, ἀπέτεμες vel verba ſunt ſacrificalia, Heſych. Αποτεμεῖν, ἁγνίσαι. vel quod malim intelligitur σεαυτὸν, hoc ut dicat, *abjeciſti te atque abſcidiſti, ut commercium tibi in poſterum non futurum ſit cum civibus tuis, ſed odio ipſis.* Verbum ἀποδίκειν in Steph. Theſ. omiſſum habet quoque Eurip. Her. Fur. vs. 1204. ἀπόδικε dicens ῥέθος ἀελίῳ δεῖξαι. In verbis τόδ᾽ ἐπέθου θύος ſupple βωμῷ, idem quippe, quod illico vs. 1426. θῦσαι.

Vs. 1423. Οὐδὲν τὸ δ᾽ ἀνδρὶ τῷδ᾽ ἐναντίον φέρων.

Εναντίον φέρων τῷδε eſt προφέρων κατὰ τοῦδε. Ariſtides, alio licet ſenſu, Tom. I. p. 542. πάντα τ᾽ἀναντία τούτοις ἐπιφέρειν. Sophocles ἐμφέρειν ſic adhibuit Oed. Colon. vs. 1043. αἰεὶ ἐμφέρεις σύ μοι φόνους πατρῴους ἐξονειδίζων πικρῶς. præpoſitione ἐν exercente virtutem τοῦ κατὰ, de quo uſu extra compoſita dicam alibi; eodem ceterum verbo ante Scaligeri emendationem obvio apud Eurip. in Electr. vs. 800. ditari poterit Steph. Theſ. Δὲ hic ut alibi poſt ſecundam vocem ſedem habet, quod pluribus exemplis oſtendit Cant. ad Eumen. vs. 618. poſt tertiam habes in Soph. Philoct. vs. 637. & infra vs. 1584. Succedit βροτοῦ μόρον i. e. *exitium*, φθόρον, ut expl. Heſych. Supra in Perſ. vs. 478. τοῖς πεφευγόσι μόρον. In proximis εἰδέναι poſuit pro

par-

partu, *prole* vid. Spanh. ad Callim. H. Jov. vs. 29.

Vs. 1430. —— —— λέγω δέ σοι
Τοιαῦτ' ἀπειλεῖν, ὡς παρεσκευα-
σμένης
Ἐκ τῶν ὁμοίων χειρὶ νικήσαντ' ἐμοῦ
Ἄρχειν —— ——

Cum non choro Clytemnæſtra, ſed huic ille minetur vs. 1419. ſeq. dubitare coepi, an τοιαῦτ' ἀπειλεῖν referendum ſit, quo retulit Schol. & hunc ſecutus interpres, & an non forte hoc ſtructuræ ordine verba ſint intelligenda; λέγω δέ σοι τοιαῦτα (σε) ἀπειλεῖν (ἐμοὶ) νικήσαντα χειρὶ ἐκ τῶν ὁμοίων (ἐμὲ, ὡς ἐγὼ ἐνίκησα τὸν πόσιν μου) ὡς παρεσκευασμένης (σε) ἄρχειν ἐμοῦ. Vel quod eodem redibit λ. δέ σοι τ. ἀπ. τὸ νικ. χ. ἐκ τῶν ὁ. ἄρχειν τε ἐμοῦ, ὡς παρ. ἐμοῦ. τοῦτο παθεῖν. unde & ſuſpicabar leg. ἄρχειν τ'.

Vs. 1437. —— λῖπος ἐπ' ὀμμάτων
Αἵματος εὐπρέπειαν τίετον. ἔτι σε
χρὴ
Στερομέναν φίλων τύμμα τύμμα
τίσαι.

Bene de loco corruptiſſimo meritus Stanl. legens ἐμπρέπει ἄτιετον, & τύμματι τίσαι. Sed λῖπος intactum relinquam. Λῖπος enim αἵματος

erit αἷμα λιπαρὸν καὶ ἄφθονον. Soph. Antig. vs. 1034. ἀνδροφθόρου βεβρῶτες αἵματος λίπος. Λίπετος haud repereris in Steph. Theſ. eo utitur Noſter ſæpius; vid. Eumen. vs. 388. & 842. nec non Suppl. vs. 860. ut non fuerit cur ceu monſtroſum traduceret Barneſ. in Eurip. Jon. vs. 701. Ad ſenſum quod attinet, puto per αἵματος λίπος ὃ ἐπ' ὀμμάτων ἐμπρέπει ἄπιτον intelligi illam ψεκάδα φοινίας δρόσου, qua ſe adſperſam dixerat vs. 1399. hoc ut dicat Chorus *adſperſam geris ſanguinis maculam nondum vindicatam, adhuc te oportet flagitium flagitio cumulare?* & per interrogationem legendum. Proverbiale eſt τύμμα τύμματι τῖσαι, ad inſtar κακὸν κακῷ θεραπεύειν, ſeu ἰᾶσθαι; vid. Paroemiogr. & Eraſm. in Adagio *malum malo ſanare*. Poſſet præterea minori mutatione εὐπρέπει legi, nihil repugnante vocula εὖ, quæ in multis aliis compoſitis notat πολὺ, ἄγαν, ut videbimus alibi. Vs. 1436. φονολιβὴς eſt *cædem ſtillans*, ut in Eumen. vs. 164. & περίφρων *arrogans*, vid. Suppl. vs. 765. & ibi Schol.

CAP.

Cap. XXIII.

Τέλειος. Φέρειν ἐν & ἐμφέρειν. Ἀτέλεστος & πλουτεῖν. Διὰ ob *cum genitivo*. Ἔρνος. *Æſchylus aliquoties emendatur. Quid* ἀναπίπτειν? *Euripides emendatur*. Κτένες χειρῶν & pecten. Τιθέναι ἀρᾷ. Ἅπτεσθαι & tangere *quid?* Νέρτερος. Διδάσκειν, Δέχομαι τὸν λόγον *&c. formula.*

Vs. 1441. τέλειον δίκην. Haud recte interpres *peractam ultionem*, pro *Dicen perfectricem*. Proprium hic δίκη ut Ἄτη & Ἐριννύς. Sequitur φόβου ἐλπὶς pro φόβος, & μέλαθρον accipio ſimpliciter pro *ædibus* & *palatio* Clytemnæſtræ, ut ἐμπατεῖν μέλαθρον ſit *inhabitare ædes*, vid. ad Perſ. vs. 448. & reſpiciatur ad ea, quæ Chorus de exilio dixerat vs. 1420. conf. vs. 1439. Pro ἑστίας ἐμὰς l. ἐμᾶς, poterat ſcribere ἑστίαν ἐμὰν, ſed plurali uſum vix credo. De notione verbi ἀαπὶς, quod ſuccedit, vid. Spanh. ad Jul. imper p. 242. λυμαντήριος eſt Agamemnon, ad Caſandram referri vetat vs. 1449. ſeqq. & qui poſſet? cum ſubdat poëta ἥτε αἰχμάλωτος — καὶ κοινόλεκτρος ἥδε. Tum γυναικὸς τῆσδε pro ἐμοῦ, ut Eurip. in Cycl. vs. 105. ἐκεῖνος οὗτός εἰμι. Conf. ſupra pag. 131.

Vs. 1454. ——— ——— κύκνου δίκην

τὸν ὕϛατον μέλψασα θανάσιμον γόον.

Citat Schol. Lycophr. ad vs. 426. ubi vid. Potter. & Spanh. ad Callim. H. in Del. vs. 249. Mox leg. παροψώνημα.

Vs. 1460. —— τὸν ἀεὶ φέρεσ' ἐν ἡμῖν μοῖρ' ἀτέλευτον ὕπνον, ——

φέρουσα ἐν dictum puto pro ἐμφέρουσα vid. ad vs. 1423. Deinde notes ἀτέλευτος vocabulum ignotum Steph. Theſ. una cum primitivo ſuo τελεύτειν, quo bis utitur Parthen. Erotic. c. III. τρωθεὶς ἀκάνθῃ θαλασσίας τρυγόνος ἐτέλευτεν. & cap. V. τὸ δὲ παραχρῆμα τὴν ἐπιθυμίαν φαμένης τελεύτειν ῥᾴων ἤδη γέγονεν. Niſi ſint fortaſſe, qui ἐτέλευτεν ibi habeant pro Aoriſto altero, hic legere velint τελευτεῖν in futuro tempore.

Vs. 1462. Πολλὰ τλάντος γυναικὸς διαί.

Enallagen notes caſuum pro γυναῖκα. ut vs. 457. διὰ γυναικὸς ἀλλοτρίας πεσών. Ut ἡ διὰ tam ἀντὶ τοῦ *propter*, *ob*, regat ſecundum, quam pro *per* quartum caſum, quod non attendens interpres male vertit πρὸς γυναικὸς ἀπέφθισεν βίον *ob mulierem*, pro *à muliere occiſus fuit*, *per mulierem vitam amiſit*.

Vs. 1468. Αἷμ' ἄνιπτον i. e. *qui expiari nequit*,

quit. Vid. Spanh. ad Jul. Imper. p. 260. Them. Orat. XXI. p. 249. c. δυσέκνιπτον καὶ ἀμετάστατον μίσος.

Vs. 1480. Καρδίᾳ δηκτόν. Ad metrum rectius legetur καρδιόδηκτον. & vs. 1477. finietur in δαῖφυ — De ἐκνόμως, quod ſequitur, vide iterum Spanh. ad Com. Plut. vs. 982.

Vs. 1534. Εμὸν ἔρνος. Conf. Eumen. vs. 664. & ſic Lat. *Germen*. De cervi cornibus adhibuit Oppian. II. Cyneg. vs. 194. Mox vs. 1545. l. θηγαναῖσι.

Vs. 1568. φιλήσῃ. Hoc cum adſciverit corruptum ἄν, quod perite reſtituerunt editores, & hic leg. φιλήσει. De ſtructura ἐπιτύμβιον αἶνον ἐπ' ἀνδρὶ πονήσει vid. p. 148.

Vs. 1603. Τὰ μὲν ποδήρη καὶ χερῶν ἄκρους κτένας
Εθρυπτ' ἄνωθεν ἀνδρακὰς καθήμενος.
Ασημα δ' αὐτῶν αὐτίκ' ἀγνοίᾳ λαβὼν
Εσθει βορὰν ἄσωτον, ὡς ὁρᾷς γένει,
Κἄπειτ' ἐπιγνοὺς ἔργον οὐ καταίσιον
Ωἴμωξεν ἂν, πίπτει δ' ἀπὸ σφαγῆς ἐρῶν.

Varie hæc haud dubie ſunt corrupta. Canterus

terus corrigit verſu ultimo ᾤμωζεν ἀμπίπλει δ', ἀποσφαγῆς ἐρῶν. Stanl. præterea pro ἐρῶν coniicit ἐμῶν *vomens*. Mihi videtur leg.

Ὤιμωξεν, ἀμπίπλει δ' ἀπὸ σφαγῆς ἐρῶν.

i. e. σφαγαῖς. Eſt enin quaſi gradatio *ejulavit*, *deſpondit animum præ dolore callapſus*. Thom. Mag. Αναπεσεῖν βέλτιον ἐπὶ τοῦ ἀδημονῆσαι, ἢ ἐπὶ τοῦ ἀνακλιθῆναι. Ubi vid. Bos, & not. ad Phrynichum. Pro *deſidem eſſe* poſt Demoſthenem & alios adhibuit Baſil. Tom. I. p. 578. D. Tom. II. p. 20. C. & 203. C. Peculiari modo dixit Eurip. fragm. incert. Trag. vs. 230. ἀπ' οἴκων ἀναπίπλοντας ἄπερ βίου. Tum Απερῶν σφαγαῖς idem ferme, quod ἀναπίπλων, ſeu potius conſequens hujus. Verſu altero coniiciebam legendum ἄνω θεὶς ἄνθρακας καθημμένους *impoſitis prunis aſſavit & mollivit*. Eurip. Cycl. vs. 370. ξενικοὺς ἱκτῆρας ἐκθύει δόμων κόπτων, βρύκων, ἑφθά τε δαινύμενος ὀδοῦσιν ἀνθρώπων θέρμ' ἀπ' ἀνθράκων κρέα. & vs. 243. πλήσουσι νηδὺν τὴν ἐμὴν ἀπ' ἄνθρακος, ſic leg. non ἐπ' ἄνθρακος, ut editur, θερμὴν ἔδοντος δαῖτα. Verum nihil temere nunc mutem. Ad rem facit Herodoti locus Lib. I. c. 119. παρέθηκε τράπεζαν ἐπιπλέαν —— Αρπάγῳ δὲ τοῦ παιδὸς τοῦ ἑωυτοῦ πλὴν κεφαλῆς καὶ ἄκρων χειρῶν τε καὶ ποδῶν τ' ἄλλα πάντα. Deinde ut κτένες χειρῶν, ſic Lat. *pecten*, vid. Lexica Vs. 1602. l. παιδείων, ſic ἄρνεια, χήνεια, βόεια & ὕεια κρέα, quod licet damnet Thom. Mag.

tot

tot tamen veterum loca probant, ut & hoc præceptum ſit nihili. vid. Lucian. Tom. I. p. 676. & 880. Dion. Chryſ. p. 28. A. Plat. Lib. I. de Rep p. 414. D. Herodot. Lib. II. c. 37. & 168. Arrian in Indic. p. 537. Edit Blanc. atque iterum Lucian. Tom. II. p. 183. & 212.

Vs. 1610. λάκπισμα δείπνου πθεὶς ἀρᾷ. *Deſpectum in convivio deteſtans ac diris devovens.* Poterat eodem opinor ſenſu ſcribi πθεὶς ἀρὰν. τερπέζαν λάξαι dixit Lycophr. vs. 137. ut nemo ſuſpicaturus ſit λάκισμα, quod apud Suidam habeatur μελῶν λακίσματα.

Vs. 1616. Καὶ ὅδε τ' ἀνδρὸς ἡψάμην θυραῖος ὤν.

Ἡψάμην *tetigi* i. e. *invaſi*, nempe διὰ μηχανῆς βουλόμενος αὐτῷ κακά. conf. mox vs. 1646. Alias ἅψασθαι valet *adfligere*, *lædere*, *nocere*, atque ita *tangere* apud Petron. c. 78. *Vide tu ne iſta mures tangant*, *aut tineæ.* Adde cap. 83.

Vs. 1621. Αἰγισθ' ὑβρίζειν ἐν κακοῖσιν οὐ σέβω.

An ſcribendam ἐν θανοῦσιν, ut ſit ἐνυβρίζειν θανοῦσι? Notum illud Archilochi οὐ γὰρ ἐσθλὰ κατθανοῦσι

νῦν κερτομεῖν ἐπ᾽ ἀνδράσιν. Add. Eurip. Fragm. ex Antig. vs. 39. ſeqq. ibique Barnes.

Vs. 1626. Νερτέρα προσήμενος κώπη. Νέρτερος hic ſimpliciter & generatim *inferior*; de *mortuis* & *inferis* alias frequens ab ἔνερθεν vid. Etymol. Add. Eurip. Alceſt. vs 459. & Electr. 748. In Schol. malim fere legere ζύγιοι vid. Spanh. ad Com. Ran. vs. 1106.

Vs. 1630. Δεσμὸς δὲ καὶ τὸ γῆρας αἵ τε νήστιδες
Δύαι διδάσκειν ἐξοχώταται φρενῶν
Ἰατρομάντεις ——— ———

Num hic eſt verborum ordo? δεσμὸς δὲ αἵ τε νήστιδες δύαι ἰατρομάντεις φρενῶν, ἐξοχώταταί εἰσι καὶ διδάσκειν τὸ γῆρας nempe σωφρονεῖν, quod anteceſſit. Sic Xerxes apud Ariſtid. Tom. I. p. 221. Εἰ μὴ γνοῖεν ἑαυτὸν κοινὸν δεσπότην διδάξειν dicit αὐτοὺς καλῶς μετὰ τῶν θεῶν. & Joſeph. Ἀρχ. Lib. XI. c. 8. §. 3. ἠπείλησε στρατεύειν ἐπὶ τε τῶν Ἰουδαίων ἀρχιερέα, καὶ διδάξειν πάντας δι᾽ αὐτοῦ πρός τινας δὴ αὐτοῖς φυλακτέον τοὺς ὅρκους. Vel. ſimpliciter accipe *docere*, *inſtruere* licet *ſenes*. Per νήστιδας autem δύας cum utroque Caſaubono haud intelligam ego generatim quaslibet *diras calamitates*, verum in ſpecie *famem*, vid. illico vs. 1648. ſeqq. Interpretem ſequitur Spanh. ad Ariſtoph.

ſtoph. Plut. vs. 11. quibus qui volent accedere non repugnabimus.

VS. 1648. —— —— τὸν δὲ μὴ πειθάνορα
ζεύξω βαρείαις οὔτι μὴ σειρασφόρον
κριθῶντα πῶλον· ἀλλ' ὁ δυσφιλὴς κότῳ
Λιμὸς ξύνοικος μαλθακόν σφ' ἐπόψεται.

Stanl. in βαρείαις ſubaudit πέδαις & pro οὔτι legi vult ὥστε. Kuhnius. ad Polluc. VII: 24. χερσὶ putat ſupplendum vertitque, *immorigerum vero jungam ad currum gravi manu, haud quaquam funalem ferocientem pullum.* —— Vereor ne è longinquo quærant, quod præ manibus adeſt. Mihi certe ex σειρασφόρον in βαρείαις adſumendum videtur σειρᾶς, atque τὸ ἑξῆς, τὸν δὲ μὴ πειθ. σειρασφ. κριθ. πῶλον οὔτι μὴ ζεύξω βαρείαις σειρᾶς ἀλλὰ ὁ λιμὸς ἐπόψεται αὐτὸν μαλθακόν. *Immorigerum pullum non jungam catenis gravibus, ſed fame domabo.* Præterea nec δυσφιλὴς κότῳ mutem cum Stanl. λιμὸς σύνοικος dictum ferme, ut in Lycophr. vs. 957. γῆ — ὅπου συνοικεῖ δυσφιλὴς ἐρημία. Deinde λιμὸς μαλθακόν σφε ἐπόψεται, ut in Plaut. Aſin. 1: 2, 19. *reddam ego te ex fera fame manſuetem.* Ubi & in notis huc provocant. Succedit ἀλλὰ σὺν γυνὴ —— ἔκτεινε in quo Cant. corrigit σφ' ἡ γυνὴ

νὶ, male, ſi quid video; idem ἀλλὰ σὺν hic loci, quod alibi σὺν δ', σὺν καὶ, *una*, ut bene interpres.

Vs. 1662. Δεχομένοις λέγεις φανεῖν σε τὴν τύχην δὴ ἐρώμεθα.

Vere haud dubie hic coniicit Cant. αἰρούμεθα. In τῷ δεχομένοις ex λέγεις accipe λόγον; eſtque inter ſolennes formulas δέχεσθαι & ἐκδέχεσθαι τὸν λόγον &c. In Soph. Electr. vs. 671. pædagogus cum dixiſſet

Ω χαῖρ' ἄνασσα· σοὶ φέρων ἥκω λόγους
Ηδεῖς φίλου παρ' ἀνδρὸς Αἰγίσθῳ θ' ὁμοῦ.

reſpondet Clytemnæſtra

Εδεξάμην τὸ ῥηθέν ————

Themiſt. Orat. XXII. p. 275. B. ἐγὼ δὲ καὶ τὸ μῦθον τὸ ΕΠΟΣ ὡς πάνυ κομψὸν ΕΚΔΕΧΟΜΑΙ. & Herodot. Lib. I. c. 62. δέκεσθαι τὸ χρησθέν. Eundem præſtat uſum προσίεμαι. Eurip. in Electr. vs. 622. προσηκάμην τὸ ῥηθέν. Non ut exponit Barnes. Ariſtoph. in Plut. vs. 63. Δέχου τὸν ἄνδρα καὶ τὸν ὄρνιν τοῦ θεοῦ. Unde intelligitur Soph. in Ajace vs. 68. μὴ συμφορὰν δέχου τὸν ἄνδρα. Flor. Lib. IV. cap. 12. §. 14. *accepit omen Marcus Craſſus*, ubi plura vid. in notis, nec non apud, Barn. Briſſon. de Form. I. p. 91. cui utinam in Græcis ſimile extaret opus. Fortaſ-

taſſe ex eadem formula intelligendus locus Petronii cap. 52. *Aquam foras vinum intro clamavit. Excipimus urbanitatem iocantis* &c. His contrarium ἀπέπτυσα μῦθον in Eurip. Iphig. Aul. vs. 874. Helen. vs. 670. Hec. 1276. add. ſupra vs. 989. deque Latinorum *deſpuere* & *exſpuere* Lexica & not. ad Petron. c. 131.

Vs. 1667. Ἔρξαντα καιρὸν χρῆν τοιάδ' ὡς ἐπράξαμεν.

Stanl. coniicit κραίνειν pro καιρόν. Quid ſi ſenſus ſit? ἐχρῆν καιρὸν τὸ ἔρξαντα πράττειν τάδε ὡς ἐπράξαμεν. *temporis conditio haec ita fieri voluit, ut fecimus*. Mox vid. an rectius legatur εἰ δέ τι —

CAP. XXIV.

Æſchylus in Choëphoris aliquoties exponitur. Idem adverſus Comici reprehenſionem defenditur. Κατέρχομαι *&* κατιέναι *quid? Verba fere ſynonyma ſæpe junguntur. Heſychius expenditur. Æſchylus emendatur.* Ἐκ *pro* διὰ per *&* propter. Διὰ *pro* ἐν. *Schol. Æſchyli emendatur.* Διαφέρειν *&* διαφορεῖν *quid?* Ὑπὸ *cum genitivo pro* ſub. *Diog. Laërtius, & Lyſias explicantur.* Στέφειν χοαῖς. Ὥσπερ ὤν. *Quid* ὑπέρτερον*?* Φερέσσα διὰ. Στάσις. Φρενῶν. *Quid* ἐξηγήσασθαι*? Æſchylus tentatur.* Παιάν. *Alia quædam.*

VS. 2. Σωτὴρ γενοῦ μοι σύμμαχός τ' αἰτουμένῳ·
Ἥκω γὰρ εἰς γῆν τήνδε καὶ κατέρχομαι.

Utrumque verſum citat Thom. Mag. illum V. Λίσσομαι, ut oſtendat uſum verbi medii pro activo, qui ſatis obvius, vid. & infra vs. 478. Alterum in Ἥκω & κατέρχομαι, prius explicans per ἔρχομαι; alterum κατέρχομαι per εἰς τὴν πόλιν, ἀφ' ἧς ἐξῆλθον, ἐπανέρχομαι. & recte; ſic quippe ſæpenumero invenias uſurpatum, vid. ſuperioris fabulæ vs. 1656. Apollod. I. 9, 27. Ariſtid. Tom. III. p. 264 & Lexica. Similiter κάτειμι in Agam. vs. 1292. & κατάγειν *reducere.* vs. 1616. Et tamen ſugillare non dubitat Comicus in Ran. vs. 1189, ubi vid. Spanh.

Spanh. atque iterum ad Plut. vs. 288. adeo nimirum nihil omnino ab obtrectatorum malevolentia tutum eſt. Sed ſi vel maxime idem foret κατέρχομαι, quod ἥκω, atque ἐκ παραλλήλω eſſent poſita, nonne illico quoque κλύειν ἀκοῦσαι. ὥσπερ ἄπε infra vs. 377. ὡς ἄπε apud Heliod. Lib. I. p. 11. ἡ αὖθις ἀναστροφὴ in Ariſtid. Tom. I. p. 572. ἐπαναπλεῦσαι αὖθις Tom. II. p. 31. ὀρφανοὶ καὶ ἀπεστερημένοι πατρὸς in Lyſ. Orat XX. p. 155. ſub princ. ἄμπελος παπεινὴ ϗ μετέωρος apud Long. Paſtor. Lib. I. p. 30. ἵππος γυμνὸς ἄστρωτος καὶ οὐκ ἔχων φάλαρα Achill. Tat. Lib. III. p. 183. ψεύδεται ϗ οὐκ ἀληθῆ λέγει iterum in Lyſ. Orat. IV. p. 101. med. & quæ ſexcenta iſtiusmodi alia adferri poſſent. vid. hic Stanl. & Potter. ad Lycophr. vs. 353.

Vs. 9. φάρεσιν μελαγχίμοις. Male Turneb. βάρεσι. Euſtath. ad Il. x. p. 1349. 27. ex Noſtro citat πέπλους μελαγχίμους, quod eſt Eurip. in Phoen. vs. 375. νύκτα μελάγχιμον habuimus in Perſ. vs. 301. στρατὸν μελάγχιμον leges in Suppl. 754. & γυῖα μελάγχιμα vs. 728 Spanh. ad Callim. H. in Cerer. vs. 11. ſcribendum ubique autumat υ pro ι.

Vs. 22. Πρέπει παρηὶς φοίνισσα μυγμοῖς
Ονυχος ἄλοκι νεοτόμῳ.

Hinc illud Eurip. in Suppl. vs. 825. ὄνυξ, κατ-

κατηλοκίσμεθα. Idem. Rheſ. vs. 796. πληγῆς βαθεῖαν ἄλοκα τραύματος λαβών. in Electr. vs. 147. τὸ φίλαν ὄνυχι τεμνομένα δέραν. Add. Lycophr. vs. 810. & 908. Rurſus Eurip. Iph. Aulid. vs. 187. Αἰσχύνη dicit φοινίσσειν παρῇδα. Fragmentum, quod legitur apud Schol. ad vs. 20. eſt Hom. Odyſſ. Ξ. vs. 18. Tum ut hic μυγμοῖς habemus, ſic μύγματα in Heſychio, ut videtur ex Eurip. Androm. vs. 826. σπάραγμα κόμας, ὀνύχων τε δάϊα μύγματα θήσομαι. ubi tamen Schol. ſequendo legendum fuerit δάϊ' ἀμύγματα, uti quoque edidit Barneſ. Eademque lectionis diverſitas obſervatur in Noſtri loco, ut videbis ex Var. lect. & Stanl. notis; deque aliis hujus generis capite truncis apud Heſychium ex mente Kuſteri Diatribes Anti-Gronov. p. 49. ſeq. Vs. 15. Turn. pro στίχειν excudit ὀρᾷν. Vs. 18. vix eſt quod moneam ἐκ ποδῶν neutiquam permutandum cum ἐκποδὼν, quod ſubſtitutum cupit Stanl. Pro σὺν κόπῳ eadem Editio habet κύπῳ, ut Steph. quod didici ex Arnaudtii Animadverſionibus.

Vs. 24. Δι' αἰῶνος διογμοῖσι βόσκεται κέαρ.

Monſtroſe corruptum διογμοῖσι, idque varie tentant Canter. & Arnaudtius. Ego non dubito ſcribendum quin ſit αἰαγμοῖσι, quod majuſculis exaratum literis vix differt ab edito-

το. Neque aliter legit Schol. exponens θρήνῳ, ut ἰαλίζειν θρηνεῖν in Perſ. vs. 925. Ad ſenſum perquam ſimillimum illud Pſ. LXI. comm. 3. ἐγενήθη τὰ δάκρυά μου ἐμοὶ ἄρτος ἡμέρας καὶ νυκτός.

Vs. 26. λακίδες ἔφλαδον ὑπ' ἄλγεσι. Schol. ἐῤῥάγησαν, ut Etymol in V. ἔφλαδον hoc ipſo loco ibi adducto. Heſych. ἔφλιδεν, ἐῤῥήγνυεν. Minus recte Spanh. ad Ariſtoph. Plut. vs. 784. laudat ἔφλασαν.

Vs. 31. ἐξ ὕπνου κότον πνέων. Recte Schol. δι' ὕπνου, præpoſitione ἐκ ſæpe vicem obeunte τῆς διὰ tam pro *per*, quam *propter*: infra vs. 930. ὁ ἐξ ὀνειράτων φόβος. in Agam. vs. 1192. φρενώσω δ' οὐκέτ' ἐξ αἰνιγμάτων. & vs. 1611. ἐκ τοῦδέ σοι πεσόντα τόνδ' ἰδεῖν πάρα. Soph. Trach. vs. 729. ἐκ τῆσδε ὅδε σφαγῶν διελθὼν ἰός. ubi Schol. monet dictum ἀντὶ τῆς διὰ Νέσσου. Paulus Apoſtolus ad Rom. c. I. comm. 4. τοῦ ὁρισθέντος υἱοῦ Θεοῦ — ἐξ ἀναστάσεως. & II. ad Corinth. c. XIII. comm. 4. εἰ ἐσταυρώθη ἐξ ἀσθενείας, ἀλλὰ ζῇ ἐκ δυνάμεως Θεοῦ. i. e. δι' ἀσθένειαν & διὰ δυνάμεως. Vid. & H. Steph. Theſ. eodem pertinet πείθειν ἐκ τῶν λόγων in Thuc. Lib. V. c. 61. ubi conf. not. Dukeri. Contra διὰ pro ἐκ abunde notum ex Lexicis; pro ἐν adhibuit Polyaën. Lib. IV. c. 3. §. 30. ἄλλην πόλιν διὰ τῆς Ινδίας ἑλὼν — ἐπὶ τρίτην πόλιν ἦλθε.

Vs. 33. Μυχόθεν ἔλακε περὶ φόβῳ. Ut in Perſ. vs. 698. περὶ τάρβει. Neque aliter legiſ-

ſe

ſe Schol. apertum fit ex interpretamento πειρασῶς. De voce λακεῖν. Viſe Spanh. ad Comici Plut. vs. 39.

Vs. 42. Ἰὼ γαῖα, γαῖα. Turn. γαῖα μαῖα, ut legit Schol. & opinor rectius. Mox eadem editio præbet μυλεῖ, & vs. 45. omittit τόδε. Δύσθεος hic idem, quod ἄθεος, jam monuit Spanh. ad Comici Plut. vs. 492.

Vs. 60. ——— τοῖς μὲν ἐν φάει
Τὰ δ' ἐν μεταιχμίῳ σκότου
Μένει, χρονίζοντ' ἄχη βρύει·
Τοὺς δ' ἄκρατος ἔχει νύξ.

Elegantia loci plane fugit interpretem, neque enim μένει caſus eſt à μένος, ſed verbum; & τὸ ἑξῆς, τὰ δὲ, i. e. ἃ δὲ ſeu ὅσα δὲ, ἄχη μένει χρονίζοντα, ταῦτα βρύει. Et ſic fere Schol. ὅσα δὲ ὑπερτίθεται ταῦτα σὺν τῷ μεγάλῳ ἀπέτισαν. lego τὸν τόκῳ μεγάλῳ ἀπ. Sic χρονίζον εὖ μενεῖ in Agam. vs. 856. Venuſta eſt gradatio ἐν φάει, ἐν μεταιχμίῳ σκότου, & tandem ἄκρατος νύξ. Ἐν φάει cum Schol. Spanh. ad Callim. H. Dian. vs. 53. & 182. *aperte* vertendum putat. De verbo βρύειν idem vid. ad Ariſtoph. Nub. vs. 46. Turneb. vs. 54. dat φρενῶν. vs. 58. prætermittit καὶ, & hic loci habet τῶν μὲν ἐν φάει.

Vs. 66. Διαφέρει τὸν αἴτιον. Bene Schol. expl. διαταράσσει, & opportune monuit in notis H. Steph. ſic Horatium uſum τῷ *differre*, quod

quod ad animum retulit Plaut. in Ciſtell. II: 1, 5. *Exanimor, differor, diſtrahor, diripior: ita nubilam mentem animi habeo.* Ut Noſter, Eurip. in Bacch vs. 738. δαμάλας διεφόρουν σπαράγμασι. & iterum vs. 1208. χωρὶς σιδηροῦς ἄρθρα διεφορήσαμεν.

Vs. 69. Θίγοντι δ' οὔτι νυμφικῶν ἑδωλίων
Ἄκος —— ——

Nihil ad ſtructuram deſiderem, genitivi vel pendent à τί, ut ſit, θίγοντι δέ τι τῶν ν. ἑ. οὐκ ἄκος, vel τῷ δὲ θίγ. τὰ νυμφικὰ ἑδ. οὔτι ἄκος αὐτοῦ. Deeſt comparandi particula ὡς, & in πόροι τε ſupple οὕτω, quod recte monuit Schol.

Vs. 71. Πόροι τε πάντες ἐκ μιᾶς ὁδοῦ
Βαίνοντες τὸν χαιρομυσῆ
Φόνον καθαίροντες ἰοῦσαν ἄτην.

Acute Cant. λοῦσαν μάτην. Unde ἔλκουσαν Stanl. Quia tamen libri cum Schol. conſpirant in editam, obtinente iſta, ſenſus erit: Εἰ καὶ πόροι π. ἐκ μ. ὁ. εἶεν βαίνοντες. καθαίροιεν ἂν τ. χ. φ. ἐπιοῦσης τῆς ἄτης. & negatio ſimplex duplicis fungetur munere. Locus Euripidis, quem citat Schol ad vs. 73. eſt ex Androm. vs. 466. Add. Potter. ad Lycophr. vs. 19.

Vs. 73. Ἐμοὶ δ' —— ——

 Δί-

Δίκαια καὶ μὴ δίκαια
Πρέποντ' ἀρχαῖς βίου
Βίᾳ φερομένων αἰνέσαι —

Ordo eſt πρέποντα δέ ἐστι πᾶς τοῦ ἐμοὶ βίου — i. e. τοῦ βίου ἐμοῦ, quod moneo, cum ob interpretem verbum extrinſecus advocantem, quo nihil opus; tum Schol. qui jungit πρέποντα ἐμοί. In quo ad vs. 73. l. ἀπ' ἀρχῆς βίου, quod ad vs. 77. bene exponit. Vs. 80. Eodem duce, ſuffragante inſuper Edit. Turn. videri poſſet leg. δεσποτᾶν, ſed ab lectione recepta haud facile receſſerim.

Vs. 79. Δακρύω δ' ὑφ' εἱμάτων. Ex more ſcilicet, quo plorantes velabant capita; vid. multis philologos ad Marci Cap. XIV. comm. 72. Iſocrat. Trapez. p. 714. Edit. P. Steph. ἐγκαλυψάμενος ἔκλαιε, καὶ ἔλεγεν ὡς ἠναγκάσθη δι' ἀπορίαν ἔξαρνος γενέσθαι. Ceterum & hic habemus ὑπὸ pro *ſub* cum altero caſu, quod tamen ſi quis adferre vellet pro quorundam Mſſ. lectione in Thuc. Lib. I. c. 110. Αἴγυπτος δὲ πάλιν ὑπὸ βασιλέως ἐγένετο, etſi non ita foret alienum, ut illa, quæ adhuc fuere producta, tamen minus valebit ad eam adſtruendam; quæ autem illum in finem attulerunt V. D. ſunt illud Diog. Laertii τῶν Ἀθηναίων ἐκπεσόντων ὑπὸ Περδίκκου, verum ubi ὑπὸ non valet *ſub*, ſed *à*, ut in θνήσκειν ὑπό τινος. Vid. Lyſ. Orat. IX. p. 114. init. X. 116. init. & fine & Orat.

rat. XVII. p. 143. in fine. Idem ſtatuendum de illo ἐτελεύτησεν ὑπ' ὀλιγαρχίας, quod ex modo laudata Oratione adfertur. Noſtro S. C. Theb. vs. 1039. ἐπελεύτησεν ὑπ' ἀλληλοφόνοις χερσί. Rurſus Lyſ. Orat. XII. p. 131. ult. εἰσί τινες ἐπὶ φυλὴν τῶν ὑπὸ τούτου ἐκπεπλευκότων. Adde Ariſtid. Tom. II. p. 358. Æſch. de F. L. p. 50. extr. τῶν τειχῶν ὑπὸ τῶν βαρβάρων πεπτωκότων. In tertio, quod addunt ex Lyſ. Orat. XVII. ult. nimis creduli fuere interpreti, qui turpiter lapſus, dum jungit ὑπὸ τῶν τελεύτησαντα κώνειον πιόντες; cum manifeſtum ſit τὸ ὑπὸ pendere à τεθνᾶσιν. En verba, οἱ μὲν — ἐν τῷ πολέμῳ τεθνᾶσιν· οἱ δὲ — ὑπὸ τῶν τριάκοντα (nempe τεθνᾶσι) κώνειον πιόντες. Ne tamen, quo adhuc, omni in poſterum deſtituatur patrocinio illa librorum ſcriptura, cavet Eurip. in Hec. vs. 1215. καπνὸς δ' ἐσήμαιν' ἄστυ πολεμίων ὕπο. ſupple εἶναι vel ſimile.

Vs. 85. τύμβῳ χέουσα τάσδε κηδείους χοάς.

Soph. Electr. vs. 409. πατρὶ τυμβεῦσαι χοάς. Præceſſit δωμάτων εὐθήμονες, de quo nonnihil. Græv. Lect. Heſ. c. XI. Mox σέφη dicit pro χοὰς, unde χοαῖς σέφειν apud Sophoclem; vid. ſupra p. 74.

Vs. 86. Πῶς κατεύξωμαι πατρί; ſic infra vs. 136. κατεύχομαί σοι. & Joſeph. B. J. II. c. 10. §. 5. διαφῆκε τὸ πλῆθος πολλὰ κατευχόμενον αὐτῷ. & ita apud alios; noto tantum ut cuivis fi-

at apertum, ſcholion λείπει λόγον pertinere ad vs. ſeq. φέρειν. Sic φέρειν λόγον infra vs. 657.

Vs 94. Ὥσπερ οὖν ἀπώλετο. Interpres *quandoquidem*, debebat *quemadmodum*. infra vs. 888. δόλοις ὀλούμεθ' ὥσπερ οὖν ἐκτείναμεν. in Agam. vs. 1180. τὸ μὴ πόλιν μὲν ὥσπερ οὖν ἔχει παθεῖν. add. vs. 1436. vacante fere in talibus vocule οὖν. Præceſſit στείχω καθάρμαθ' ὥς τις ἐκπέμψας πάλιν δικοῦσα τεῦχος. de quo ritu adi D. Heinſi ad Sil. Lib. III. vs. 181.

Vs. 103. λέγοις ἂν εἴ τι τῶνδ' ἔχεις ὑπέρτερον. Quanquam chorum miniſtrarum alloquatur hera junior, tamen abſtinere voluit τῷ βαρεῖ τοῦ προστάττειν, vid. Schol. Soph. ad Electr. vs. 640. infra vs. 165. & multis Potter. ad Lycophr. vs. 9. Ὑπέρτερον valet πλέον, κρεῖττον *melius*, *potius*. Soph. Antig. vs. 16. οὐδὲν οἶδ' ὑπέρτερον. & vs. 642. τάχ' εἰσόμεθ' μαντέων ὑπέρτερον. Add. Eurip. Electr. vs. 584. Suidas ὑπέρτερον, κρεῖττον.

Vs. 111. Αὐτὴ σὺ ταῦτα μανθάνουσ' ἤδη φράσαι.

An, λανθάνουσ' *clam*, *tecum tacite?* ſed & edita commodi eſt ſenſus. Φράσαι non notat *proferas*, ſed *conſideres*, *perpendas*, *ſtatuas*. Heſychius Φράσαι, διανοήθητι, σκέψαι. Oraculum apud Herodot. Lib. V. c. 92. ταῦτά νυν εὖ φράζεσθε Κορίνθιοι. Add. ne in re ſatis nota exempla

pla cumulemus Noſtrum infra vs. 591. & in Suppl. 445 Στάσις pro σύφασις iterum occurrit vs. 456. & Eumen. 311. Mox Canteri conjectura κ' εἰ θυραῖος rurſus, quod toties jam deprehendimus, lectio eſt Edit. Turn.

Vs. 114. Εὖ τοῦτο κ' ἀφρένωσας οὐχ ἥκιστά με.

Præcedentis fabulæ vs. 1192. φρενώσω δ' οὐκέτ' ἐξ αἰνιγμάτων. Eurip. Jon. vs. 526. ὀφείλω φρενοῦν ἀμούσους καὶ μεμηνότας ξένους. Idem Bacch. 791. οὐ μὴ φρενώσεις με. ubi proxime ad fallendi notionem videtur accedere, quam tribuit Heſychius. Soph. Antig. vs. 765. κλαίων φρενώσεις ὢν φρενῶν αὐτὸς κενός. Add. Trach. vs. 51. pro ſignificatione τοῦ φρονεῖν, quam obtinet, ubi receptam admittas cum H. Steph. in Heſychio diſtinctionem, nondum ſe mihi obtulit, ut adſentiar Stanl. legenti φρονεῖν διδάσκειν.

Vs. 116. Δίδασκ' ἄπειρον ἐξηγουμένη. Suidas Ἐξηγήσασθαι, ἅμα λέγειν τε περὶ ὧν ἀγνοοῦσιν οἱ ἀκούοντες, καὶ διδάσκειν αὐτοὺς περὶ ὧν πυνθάνονται. Add. Eumen. vs. 612. Præcedentem verſum ab Electra itidem prolatum cenſet Stanl. nec ita ſtatui quidquam vetat; poſſunt tamen commodo ſenſu etiam choro tribui, & ſermo Electra interloquente eſſe abruptus. Vs. 120. θεῶν πάρα videtur antiptoſis, pro παρὰ θεοῖς.

Vs. 125. Πατρῴων δ' ὀμμάτων ἐπισκόπους.

 Haud

Haud credam Doctiſſimum Arnaudtium Lect. Græc. c. XVIII. ὀυάτων repoſiturum fuiſſe, ubi Stanl. notas conſuluiſſet, qui vere haud dubie vidit leg. δωμάτων. Sic iterum Eumen. vs. 743: ἄνδρα δωμάτων ἐπίσκοπον. In Schol. lego νῦν γὰρ ἐπίσκοποι, Agamemnone quippe, qui fuerat ἐπίσκοπος, orba domo. Mox vs. 129. πῶς notes pro ὅπως *ut*, ex mente Schol, & interpretis.

Vs. 138. Αυτῇ τε μοι δὸς σωφρονεστέραν πολὺ
Μητρὸς γενέσθαι —— ——

Αυτῇ τε μοι tmeſis eſt, pro ἐμαυτῇ. In Agam. vs. 1332. θρῆνον ἐμὸν τὸν αὐτοῦ, ſed cujus paulo alia ratio. Infra vs. 274. αὐτόν με. Geminum eſt Herod. Lib. I. c. 109. αὐτῷ μοι συγγενής ἐστι ὁ παῖς. Et ſic αὐτοῦ σοῦ pro σεαυτοῦ in S. C. Theb. vs. 638. & Luc. cap. II. Comm. 35. καὶ σοῦ δὲ αὐτοῦ τὴν ψυχὴν διελεύσεται ῥομφαία. Vs. 134. ὑπερκόπως metri cauſa ponitur pro ὑπερκόμπως. conf. Soph. Ajac. vs. 127. Vs. 140. δίκην valet ὁμοίως vid. Heſych.

Vs. 149. Παιᾶνα τοῦ θανόντος ἐξαυδωμένας.

De quovis hymno παιὰν etiam, qui Dis inferis accinebatur, ut notat Schol. ex Eurip. Alceſt. vs. 424.

— εὐχ-

— ἐκφορεῖν γὰρ ἔδε θέσπισμα νεκρῶ,
Παρεῖσε, καὶ μένοντες ἀντηχήσατε
Παιᾶνα τῷ κάτωθεν ἀσπόνδῳ θεῷ.

Idem Troad. vs. 126. αὐλῶν παιᾶνι συριγγῶν. pro θρηνητικῷ ὕμνῳ Heſychio interprete. & vs. 578. τί παιᾶν' ἐμὸν στενάζεις, quomodo παιᾶνας & στενάγματα junxiſſe Sophoclem hic notat Stanl. Conf. ſuper Obſervat. Lib. I. c. I. cui Schol. reprehendenti non accedo, ecquis enim credat eum fuiſſe damnaturum, quod ipſe Euripidis exemplo ſtabilit? ſed ſcriptum fuiſſe exiſtimo καθὼς καὶ Εὐριπίδης. Ἐριννύων παιᾶνα legimus in Agam. vs. 654.

CAP. XXV.

Μοὶ mi, mihi *pro* meus. Ἀναλυτὴς & ἀναλύειν *quid? Triclinius emaculatur.* Ἐν ἔργῳ & ἔνεργος. *Quid* εὐξύμβολος & δυσξύμβολος? Παλαιός. Ὁμόπλεθρος. Κείσεσθαι. Μῶν. Διαντιαία & ἀνταία πληγή. *Æſchylus tentatur. Euripidis lectio defenſa.* Προτίσεσθαι. *Vocula* εὖ *auget in compoſitis.*

Vs. 154. κλῦε δέ μοι κλῦε σέβας, ὦ δέσποτα. Jugenda σέβας μοι nempe ὄν, cujusmodi plura jam habuimus in præcedentibus. Quo referri quoque poſſe videntur quæ ex Homero pro Σικελικῷ σχήματι adfert Lesbonax p. 181. Quin ſic accipiam *mi hoſpites* in Petr. c. 116. & apud alios *mi hirilis*, *mi coniux*, ut *mi* ſit *mi-*

mihi, quomodo iterum in Petr. c. 75. *ipſi mi domino ſatis faciebam.* Plaut. Moſt. III: 2, 59. *Nihil moror mihi iſtiusmodi clientes.* Mil. Glor. I: 1, 5. *Nam ego hanc machaeram mihi conſolari volo.* In Pſeud. I: 2, 35. *Haec cito celebrate, ne mora quæ ſit; cocus cum veniat mihi.* Epidic. III: 1. 3. *per illam tibi copiam parare aliam licet.* Add. Aulul. III: 6, 15. *mihi ædibus.* Bacch. II: 3, 10. *ubi mihi eſt filius?* & ſimilia paſſim, in quibus dativi vulgo exiſtimantur abundare.

Vs. 157. Αναλυτὴρ δόμων. *Liberatorem* vertit interpres, & recte; pollet enim ἀναλύειν *liberandi* interdum notione Hom. Il. Π. vs. 442. & X. vs. 180.

ἂψ ἐθέλεις θανάτοιο δυσηχέος ἐξαναλῦσαι
Ἄνδρα — — —

Unde Eurip. Suppl. vs. 44. ἱκετεύω σε — ἀνά μοι τέκνα λῦσαι φθιμένων νεκύων. Ælian. Var. Hiſt. Lib. IV. c. 18. τὸ ἀναίτιον βρέφος ἀναλῦσαι τῆς καταδίκης. Proprie notat *reſtituere in integrum* & *ſtatum priſtinum*. Pind. Nem. od. X. extr. ἀναλῦσαι φωνὴν καὶ ὀφθαλμόν. Lucian Vit. Auct. p. 385. ἀλλ' ἀνάλυσόν με πρὸς τοῦ Διὸς, καὶ ἐξ ὑπαρχῆς ποίησον ἄνθρωπον. Soph. in Electr. vs. 140. ἀπὸ τῶν μετρίων ἐπ' ἀμήχανον ἄλγος ἀεὶ στενάχουσα διόλλυσαι, ἐν οἷς ἀνάλυσίς ἐστιν οὐδεμία κακῶν. ubi, quæ ſcribit Triclin. ut eduntur, vereor ut

pro

procedant; ἀνάλυσις, legitur, ἤγουν ἀναπόδοσις, καὶ εἰς τὸ ἀρχαῖον ἐπάνοδος, καλὰ γὰρ ἦν ἐξ ἀρχῆς, εἶτα κακὰ γέγονεν, εἰ δὲ τὰ κακὰ ἀναλύσει πρὸς τὰ ἀρχαῖα, ἤτοι τὰ κακὰ ἀναλύσει. leg. puto ἀνταπόδοσις, (etſi & ἀναπόδοσις retineri poſſit) & πρὸς τὰ ἀρχαῖα, ἤτοι τὰ καλὰ —— Anton. Liber. c. XXII. κορεσθεὶς, Neptunus, τῆς εὐνῆς ἀνέλυσε καὶ πάλιν αὐτὴν ἀπέδωκε τὴν ἐξ ἀρχῆς φύσιν. Neque aliter adhibuit Apoſtol. II. ad Tim. c. IV: 6. ὁ καιρὸς τῆς ἐμῆς ἀναλύσεως ἐφέστηκε. & ad Phil. c. I: 23. ut quæ verbi vis & *mortis* & *diſceſſus* notionem in ſe comprehendit; per mortem quippe redit ſpiritus ad Deum, corpus in pulverem ſecundum Ecclеſ. c. XII: 7. quem perite etiam advocarunt Gataker. de Stylo N. J. c. VII. & Elſner. Euſtath. ad Hom. l. d p. 1091. & 1364. dici monet de ἀναλυομένοις ὑφάσμασιν, atque idem quod ἀνατρέπειν, qui uſus frequens Homero. vid. Odyſſ. B. vs. 105. & 109. T. 150. & Them. Orat. XVIII. p. 220. A. ὅσα ἂν τήμερον ὑφήνῃς μόνον αὖθις ἀναλύεις.

Vs. 159. Ἐν ἔργῳ βέλη. Turn. ἔνεργα. Eurip. Iph. Taur. vs. 1190. ἐν ἔργῳ χέρνιβες ξίφος τε σόν. Xenoph. Κ. Π. VII. p. 104. extr. ὡς δ' ᾔσθετο ὁ Ἀρταφέρνης ἐν ἔργῳ ὄντας τὸν Κῦρον ἐπιτίθεται καὶ αὐτός. Heſychio duce nil foret opus τῷ ἀποστρόφῳ praefigere ſignum apoſtrophi: ſed vid. ad vs. 22. not.

Vs. 161. Σχέδια. Lectio cujus meminit

Schol. hujus haud dubie eſt Scholion. Vid. Suid. & Heſych.

Vs. 168. Εὐξύμβολον τόδ' ἐςὶ παντὶ δοξάσαι.

i. e. ἐπιγνῶσαι, ξυμβάλλειν εὔχερές. Contrarium δυςξύμβολος. vid. Heſych. pro quo δυςξύμβλητος in Steph. Theſ. haud obvium apud Eurip. Dan. vs. 10. Add. Polluc. V: 138. & 150. Sequitur πῶς οὖν παλαιὰ πρὸς νεωτέρας μάθῃ. παλαιὰ i. e. *grandaeva*, ſic S. C. Theb. vs. 333. νέαι καὶ παλαιαί. Ælian. de Anim. Lib. I. c. 59. ult. πρεσβύτατη καὶ παλαιότατη. idem Lib. II. c. 1. ὁ παλαιότατος γέρων. Add. Dion. Chryſ. Serm. XIX. p. 261. c. & Long. Paſtor. Lib. I. p. 8. accedit nonnunquam dativus χρόνῳ, ut in Soph. Oed. Colon. vs. 114.

Vs. 172. Ὁμόπτερος. Schol. συγγενὴς exponit ex vs. 197. Heſych. ὁμόπτεροι, ὅμοιοι, ὁμότειχοι, ὁμόχρονοι ἀδελφοί, ἥλικες, ὁμοῦ ηὐξημένοι. Eurip. Electr. vs. 530. πολλοῖς δ' ἂν εὕροις βοστρύχους ὁμοπτέρους. Ad primam Heſych. expl. refer illud in Perſ. 559. ὁμόπτεροι κυανώπιδες νᾶες. Nam & navibus ſunt πτεροὶ, & Schol. illuſtrat per τοῖς αὐτοῖς πτεροῖς κουφιζόμεναι, ἢ αἱ ὁμοίως, an ὁμοίοις πτεροῖς θέουσαι. Ἀπήνην ὁμόπτερον dixit Eurip in Phoen. vs. 331. ubi vid. Schol. quem auctiorem exhibet Edit. Barneſ. Noſter in Suppl. vs. 233. κίρκοι ὁμόπτεροι. Uſus eſt etiam Plato in Phædro

dro

dro p. 349. A: jungens τῶν μετ' ἀλλήλων πορευομένους καὶ ὁμοπλεκεῖς. Add. Polluc. VI: 155. præceſſit κείρεσθαι & πενθήσιμῃ στολὴ ſæpe juncta, vid. Æſchin. in Cteſiph. p. 79. med. Lyſ. Orat. II. p. 94. & Soph. Electr. vs. 914 — 920. & de uſu verbi medii Kuſter. ad Ariſtoph. Nub. vs. 127. Vs. 171. non ſecus atque ſequentem Electræ non Chori ſermonem eſſe puto, continuatum ad vs. uſque 173.

Vs. 175. Μῶν οὖν. Si, quod placet Grammaticis, voculam μῶν conſtuit μὴ οὖν vid. Etymol. οὖν hic ex abundanti adiicitur, ut contra interdum μὴ & οὐ. Noſter Suppl. vs. 422. μῶν οὐ δοκεῖ δεῖν φροντίδος σωτηρίας. Conf. Devar. Suidas etymon quærit in μῶδος. Ceterum vid. quomodo hæc, & quæ præcedunt partim imitetur, partim reprehendat Euripides in Electr. vs. 515. ſeqq. Adde Not. Stanl.

Vs. 181. Καί μοι προσέσῃ καρδίας κλυδώνιον.
χολῆς, ἐπαίσθην δ' ὡς διανταίῳ βέλει.

Pro ἐπαίσθην Turn. edidit ἐπώσθην, ut videtur in ſuo libro legiſſe Schol. διανταίαν πληγὴν, ut apud Diod. Sic. citantibus lexicis, habes in S. C. Theb. vs. 900. ἀνταίαν πληγὰν dixit Soph. in Electr. vs. 197. & omiſſo πληγῇ An-

 tig.

tig. vs. 1315. ut Noſter infra vs. 638. Pro καρδίας ſcriptum prodiiſſe ſuſpicor καρδίᾳ. Eurip. Iphig. Aul. vs. 1580. ἐμοὶ δ' ἄλγος οὐ μικρὸν ἐστήκει φρενί, quod præter neceſſitatem mutavit Barneſ. in φρένα, non cogitans, ut videtur, ἐμοὶ poſitum pro ἐμοῦ, ſeu per ellipſin verbi εἰμὶ, pro τῇ ἐσῇ ἐμοί, quod cæterum abunde exemplis oſtenderat vs. 613. Προσίστασθαι hoc ſenſu frequens vid. Fœſii Oecon. Hippocr. & Lex. Pro *adverſari*, *offendere*, aliquoties poſuit Ariſtides vid. Tom. III. p. 528. τί ποτε ἦν ὃ σοι προσίσταται τῶν λόγων. Adde p. 495. 621. Tom. I. p. 538. & II. 392.

Vs. 179. Οὐχ ἧσσον εὐδάκρυτα. i. e. ἄγαν δακρυτά, ſeu πολυδάκρυτα, augente haud raro vocula εὖ in compoſitis. Ælian. de Anim. Lib. I. c. 54. μισεῖν ἄξιον τὸ ζῶον τῆς ἀπληστίας τῆς εἰς τὸ κακόν. ſic εὔογκος in Agam. vs. 827. Interpretis aberrationem, qui κνεφαίαν χαίτην verterit *juvenilem comam*, correxit Spanh. ad Callim. H. in Dian. vs. 126. & in Del. vs. 297. ſed jam ipſe correxerat in notis; ubi recte obſervat, hic paſſive poſitum κνέφαιος, alibi notare active. De Voce πλημμυρεὶς, quæ ſequitur illico, iterum vid. Spanh. ad Callim. H. in Del. vs. 263.

Vs. 189. Πεπαμένη. In Agam. vs. 844. πεπαμμένος νόσου, & ſic geminato μ in Them. Orat. XXII. p. 274. A. & Lycophrone aliquoties; unum ſufficit, vid. Ammon. & ad

cum

eum not. Conſequitur σαίνομαι ὑπ' ἐλπίδος, ut in Opp. I. Hal. vs. 36. ἐλπὶς σαίνει φρένας. Deinde illud ἀγλάϊσμά μοι τοῦ φιλτάτου βροτῶν Ὀρέστου imitatur Soph. in Electr. vs. 909. & 914. tum ut hic, & in Sopocle ἀγλάϊσμα de capillo, ſic *formæ decus* apud Petr. c. 109. ubi vid. quæ obſervant V. D.

Vs. 195. Ἀλλ' εὖ σαφηνῆ τόνδ' ἀποπτύσαι πλόκον.

Canterus pro εὖ coniicit ἤ, quod & ipſe præferrem, ſi libri addicerent; Schol. tamen εὖ videtur agnoviſſe, modo σαφηνῆ non explicabat per ἀκριβῶς. Si σαφηνὴς notaret *certus*, ſic legerem, ut ita quaſi opponeretur τῷ δίφρονις εἰσὶ, quod præcedit.

CAP. XXVI.

Ἐμφερὴς & ἐμφέρεια. Τελεσφόρος. Quid ἕκατι? Æſchylus tentatur. Πρός τι & περὶς οὐδέν. quid? Γελᾶν ἐν & εἰς. Æſchylus iterum iterumque emaculatur. Ariſtides explicatur. Πράγματα opes, pecunia. Βίᾳ μοίρᾳ & χρόνῳ. Ἀποροφανίζεσθαι & ὀρφανίζεσθαι. Λιπτὸς & ἐπαίτης auctor cædis. *Quid ἀρχαία φύσις? Ex Etymologico Magno macula eluitur. Suidas defenditur.* Ὁ ἐν γένει & ἐν αἵματι *pro* ἐγγενὴς & ὅμαιμος. *Æſchylus aliquoties tentatur; nec non Ariſtides.* Καὶ περὶς.

Vs. 204. Ὅμοιοι τοῖς τ' ἐμοῖσιν ἐμφερεῖς. Junxit eadem Soph. in Ajac. vs. 1174. εἰσιδών τις ἐμφερὴς ἐμοὶ ὀργάνῳ ὅμοιος. & Ariſtid. Tom. I. p. 565. θαυμαστοὶ τὸ κάλλος καί τινα τρόπον ἀλλήλοις ἐμφερεῖς. Xenoph. κ. π. V. p. 86. med. ἵνα δ' εἴπω καὶ τὸ μάλιστα τῷ ἐμῷ πάθει ἐμφερές. Ἐμφέρεια pro ὁμοιότης eſt apud Syneſ. de Inſomn. p. 154. C. adde Suidam, nec non Spanh. ad Ariſtoph. Nub. vs. 502. Ut autem cincinnum modo dixerat ἄγαλμα τύμβου, ſic σκύλων Φρυγίων ἐπὶ τύμβον ἀγάλματα συστολίσαι Eurip. in Oreſte vs. 1435. ubi vid. Schol.

Vs. 209. Scholio præfige πάρεστι δ' ᾠδῆς. Vs. ſequenti, atque reliquis deinceps ἀμοιβαίοις, quæ perſonæ ſint præfigendæ fluctuat H. Steph. putatque Chorum loqui non Oreſten; at qui poterunt commode intelligi à choro prolata illa

illa εἰς ὄψιν ἥκεις —— ? neque tamen diffiteor ſatis ex abrupto Oreſten colloqui cum Electra, nulla prævia mentione mirabundæ. Sequitur τοῖς θεοῖς τελεσφόρους εὐχὰς ἐπαγγέλλουσα. quomodo Clytemnæſtra apud Soph. in Electr. vs. 649. Apollinem precatur δῦναι τελεσφόρα εἰ ἐσθλὰ, quæ per ſomnum erant ei viſa De illo πενθούντων ἀπαγορεῦσαι vs. 207. adi Spanh. ad Callim. H. in Del. vs. 117.

Vs. 212: Ἐπεὶ τί νῦν ἕκατι δαιμόνων κυρῶ;

Habet hic vocula ἐπεὶ uſum, quem non ſatis aſſequor; niſi ſequentia legi ſuaderent per interrogationem, ironice intelligi poſſet, *quandoquidem*, *enim vero*, vel *quaſi vero aliquid à Diis jam ſim conſecuta.* Schol. ad ſenſum bene expl. γάρ. Ἕκατι ut apud Heſiod. init. Ἐργ. Διὸς μεγάλοιο ἕκητι. quod in Theog. vs. 430. monente Grævio ὅν κ' ἐθέλῃσι. Tum quomodo τυγχάνειν & κυρεῖν ponit promiſcue, ſic iterum vs. 709.

Vs. 214. Καὶ τίνα σύνοισθά μοι καλουμένη βροτῶν.

Quid ſi? καὶ τίνι σύνοισθά μοι βροτῶν κηλουμένη. nam reponit Oreſtes σύνοιδ' Ὀρέστην πολλά σ' ἐκπαγλουμένην. Neque tamen facile mutem quidquam, quia exponi poteſt per ἐπικαλουμένη, εὐχομένη, ut

ex-

exponit Heſych. De verbo ἐκπατγλεῖσθαι vid. hic Stanl. & ad Callim. H. Del. vs. 247. Spanh.

Vs. 216. καὶ πρὸς τί δῆτα τυγχάνω κατευγμάτων;

Πρὸς τί i. e. *quomodo*, qua probabili ratione interveniente ego votorum compos ſim facta? Eurip. Helen. vs. 463. πρὸς τίν' οἰκτρὸς εἶ; & πρὸς οὐδὲν εἰς ἔραν θυμούμενος pro δι' οὐδέν. Soph. Ajac. vs. 1039. Add. Dion. Chryſ. Serm. XI. p. 173. D. & ibi Caſaub.

Vs. 219. Αὐτὸς κατ' αὐτὸν γ' ἄρα μηχανορροφῶ.

Etſi haud ignorem αὐτὸς de prima perſona haud raro occurrere, hic tamen præferam καθ' αὑτόν. Succedit ἐν τοῖς κακοῖς γελᾶν, ut apud Soph. Antig. vs. 557. γέλωτ' ἐν σοὶ γελῶ. Cujus quoque γελᾶν εἰς ἐχθροὺς in Ajac. vs. 79. pro ἐπὶ κακοῖς, ut idem loquitur in Electr. vs. 885. aliique. Mox Turneb. præbet κἂν τοῖς ἐμοῖς ἄρ' εἶπερ, ἔν γε τοῖσι σοῖς. eademque vitat hiatum vs. 222. ſcribens τάδ' ἐγώ σε προὐννέπω: ſed ſententiæ incommodum manet, ut amplecter Arnaudtii correctionem.

Vs. 229. Σκέψαι τομῇ προσθεῖσα βόστρυχον τριχός

Ιδὼ

ἰδοὺ δ' ὕφασμα τοῦτο σῆς ἔργον χε-
ρὸς,
Σπάθης τε πληγὰς, εἰς δὲ θηρείων γρα-
φήν.

Pro ἰδοὺ leg. ἰδοῦ, ut in continenti vs. 245. & Eurip. Hec. vs. 808. ἰδοῦ με — quod citat Thom. Mag. ἰδεῖν καὶ σκέψασθαι jungit quoque Ariſtid. Tom. III. p. 243. Pro εἰς δὲ Turneb. habet ἤδε, ſed nihil nos cogit ab edita recedere, quæ vel intelligi poterit, ut σὺν δὲ, πρὸς δὲ, vel per mutatam ſtructuram. De picturis veſtium viſe præter Stanl. Cuper. Obſerv. Lib. II. c. XII. nec non Spanh. ad Comici Nub. vs. 53. Fragm. quod adducit Schol. eſt Hom. Odyſſ. τ. vs. 228. Conſequitur ἔνδον γενοῦ, χαρᾷ δὲ μὴ 'κπλαγῇς φρένας, de quo vid. ſupra p. 172. Infra vs. 608. ἔκπληξις κακῶν ἐκφοβεῖ φρένας. & Soph. Trach. vs. 638. ὥστ' ἐκπλαγῆναι τ' οὐμὸν ἡδονῇ κέαρ.

Vs. 236. τέσσαρας μοίρας ἔχον ἐμοί. Ariſtid. Tom. I. p. 397. πότε πλείονα μοῖραν ἔχον αἱ πόλεις; & p. 141. τὴν τοῦ βίου μοῖραν poſuit pro *portione vitæ facultatumque*. Verba quod minus adſecutus videatur interpres adſcribam οὐ δεῖ δὴ φιλοψυχεῖν, οὐδὲ τὴν εὐδαιμονίαν τούτῳ μετρεῖν, εἴ τις ὡς πλεῖστα ἔχει πράγματα, οὐδ' εἴ τις τοῦ μακροῦ γήρως ἀπέλαυσεν, οἷα δὴ ἀπολαύειν εἰώθασιν ἄνθρωποι· ἀλλ' ἡγεῖσθαι τούτῳ κάλλιστ' ἔχειν, ὅστις τὴν δοθεῖσαν αὐτῷ τοῦ βίου μοῖραν ἐν τοῖς καλλίστοις ἐξέπλησε. Vertitur *non eſt quod vi-*

vitæ cupidi ſimus, aut moleſtiarum multitudine, vel longæ ſenectutis fructu, qualem quidem homines percipiunt, felicitatem metiamur potiùs, quam cum eo præclariſſime actum putemus, qui conceſſum ſibi vitæ ſpatium in res optimas inſumpſerit. Verſionis τὸ ἄχρηςον non arguam pluribus, verbo moneo, πρᾶγμα ſumendum, ut docui p. 12. ſeqq. & quo ſenſu frequentavit Theophilus: vid. Titul. de Adoption. de Tutel. & paſſim alibi. Deinde βίος duplici pollet virtute notatque tam *vitæ ſpatium*, quam τὰ πρὸς τὸν βίον ἀναγκαῖα i. e. *facultates*. Ἐν μιᾷ μοίρᾳ χρόνε dixit Pind. Olymp. Od. VII. in fine. ἀντὶ δ' ἐν βραχεῖ χρόνῳ, ut explanat Schol.

Vs. 242. μόνον κράτος τε καὶ δίκη — συγγένοιτο. Eodem modo Soph. Philoct. vs. 545. μόνον θεοὶ σώζοιεν. Euripidis eſt Iphig. poſterioris vs. 1045. σώζου μόνον. Mox Turn. editio pro ἰδε habet ἰδών. De repetitionibus, cujus modi haec Ζεῦ Ζεῦ, vid. Spanh. ad Callim. p. 532.

Vs. 247. Απωρφανισμένυς. Uſus verbo quoque Apoſtolus I. ad Theſſal. Cap. II. comm. 17. ἡμεῖς ἀπορφανισθέντες ἀφ' ὑμῶν. Ubi ſimpliciter notat *privati*. Hyllus apud Soph. in Trach. vs. 958.

Κλαίων ὅθ' ἕνεκ' ἐκ δυοῖν ἔσοιθ' ἅμα
Πατρός τ' ἐκείνης τ' ὠρφανισμένος βίε.

An

An βίᾳ *violenta morte?* ſed & βίᾳ bene ſe habet. Quod ſi quiſpiam in Pauli loco præferendam exiſtimet *ſeparandi* notionem, per me licet; nam eodem recidet ſenſus. Pind. Pyth. Od. IV. vs. 504. ὀρφανίζει κακὰν γλῶσσαν φαεννᾶς ὀπὸς i. e. Schol. interprete ἐρημοῖ, ἀποχωρίζει, χωρίζει. Adde. Od. VI. vs. 22. & Suiceri Theſ.

Vs. 262. Γλώσσης χάριν δ' ἢ πάντ' ἀπαγγείλῃ τάδε
Πρὸς τοὺς κρατοῦντας —— ——

Γλώσσης χάριν i. e. τῇ γλώσσῃ χαριζόμενος, & hinc διὰ τὴν γλωσσαλγίαν, μὴ δυνάμενος ἐχεμυθεῖν: hoc quippe proprie notat χάριν, quod bene obſervavit quoque Ammonius in V. Ἕνεκα. Noſtro prior Heſiod. Ἐργ. vs. 709. γλώσσης χάριν ψεύδεσθαι.

Vs. 271. Τοῦ πατρὸς τοὺς αἰτίους. Abſolute αἴτιος pro φόνου αἴτιος, vid. etiam ſupra vs. 66. & ſic ἐπαίτιος in Eumen. 470. Addit caſum in Agam. vs. 1125. ut ἀναίτιος φόνου vs. 1515. Mox Turn. edidit πυρέσσειν, quam lectionem videtur quoque ſecutus Schol.

Vs. 279. Ἀρχαίαν φύσιν. i. e. τὴν περὶ τὸ νοσεῖν κατάστασιν Heſychio interprete. Frequens eſt Hippocrati vid. Foeſ. Oecon. Ariſtid. Tom. I. p. 637. τῆς ἀρχαίας φύσεως ὅτι ἐγγυτάτω γενόμενος. Vs ſeq. laudat Etymol. V. κόρση. Κόρσαι, dicit, αἱ τρίχες, Αἰσχύλος λευκὰς κόρσας, παρὰ τὸ κεί-

ρεσθαι καὶ γὰρ τὸ κεῖρεσθαι κόρσαι λέγεται, ſcribe κέρσαι. Tum λευκὰς ἢ κόρσαι præfigendum memineris fragmento anonymi apud Schol. quod niſi feceris, male cohærebunt verba, Leg. puto λευκὰς ἢ κόρσαι] ὡς τό. Η μέχελς γήρως ἀτυχήσομεν, ἢ παρ' αὐτὰ Γηράσομεν ——— ——— cujus ſit fragmentum nondum reperi. Alterum quod addit eſt Hom. Odyſſ. τ. vs. 360. vel Heſiodi Εργ. vs. 93. Ut non fuerit cur Suidam correxerit Kuſterus in V. Πλεῖν, quia Homerum ejus citet auctorem. Eandem cæterum in rem laudat Schol. Theocr. Id. XII. vs. 1. conf. Hiſt. Crit. Reip. Lit. Tom. I. p. 117. & Ariſtoph. Ran. vs. 18. ibique Biſet. ſeu potius l. d. Suid. Heſiod. Εργ. vs. 705. Ενει ἄτερ δαλοῦ καὶ ὠμῷ γήραϊ θῆκεν. Add. Flor. Lib. I. c. 22. §. 4. & ad eum not. Scholio τοῦ μὲν γὰρ πολίτας —— verba præpone οὐ κειμένου, τὰ μὲν γὰρ ἐκ γῆς.

Vs. 285. Εν γένει. Recte exponit Stanl. per ἐγγενεῖς. Soph. Oed. Tyr. vs. 1444. Τοῖς ἐν γένει τἀγγενῆ μάλισθ' ὁρᾶν μόνοις τ' ἀκούειν εὐσεβῶς ἔχει κακά. Sic ὁ ἐν αἵματι, pro ὅμαιμος, in Eumen. vs. 609. Sequitur διώκεται πόλεως, quod cum interprete non vertam *per urbem inſequitur*; ſed *expellit*: vid. not. ad S. C. Theb. vs. 90. De voce πλάστιγξ, quæ habetur in continenti, adi Spanh. ad Comici Ran. vs. 1425.

Vs. 290. Φιλοσπόνδου λίβος. Turn. λιβὸς tanquam à λὶψ, ſed videtur leg. λίβους. In Schol. ad vs. 292. leg. συγκαταπλύνειν. Ad rem faciunt

ver-

verba Oppiani V. Hal. vs. 416.

> Δελφίνων δ᾽ ἄγρη μὲν ἀπότροπος, ὐδὲ θεοῖσι
> Κεῖνος ἔτ᾽ ἐμπελάσει θυτὴρ φίλος, ὐδέ κε βωμὺς
> Εὐαγέως ψαύσειεν· ὁμωρόφιος δ᾽ ἢ μιαίνει.

Vs. 293. Πάντων δ᾽ ἄτιμον κ᾽ ἄφιλον θνήσκειν χρόνῳ. Eurip. Hel. vs. 531. ἄφιλος φίλων. & Soph. Philoct. vs. 1032. προὔβαλόν με ἄφιλον, ἔρημον, ἄπολιν, ἐν ζῶσιν νεκρόν. Verba vs. 295. κατ᾽ ἀπόφασιν legenda monet Schol. i. e. opinor per interrogationem, tanquam ſcriptum eſſet ἄρ᾽ ὐχὶ χρὴ πεποιθέναι. Tum quomodo vs. 297. corrigebat Cant. συμπιτνῦσι, ſic præbet editio Turn.

Vs. 299. Καὶ περαιτέρω πιέζει. Forte dederat Æſchylus ἢ πρὸς πιέζει, i. e. *præterea*, πρὸς τύτοις. Ariſtid. Tom. III. p. 470. τὸ γῦν ἐξοστρακισθῆναι καὶ πρὸς γε, ſ. καὶ πρός γ᾽ ἄρ᾽, εἰ βύλει φυγῇ ζημιωθῆναι κέρδος παρ᾽ ἐκείνην τὴν συμφοράν. Ut paſſim apud alios. Vs. 303. l. εἴσεαι *cognoſces*, *ſcies*, nam alloquitur chorum.

CAP. XXVII.

Locus Matthæi illuſtratur Τελεῖν dare. Πυρὸς γνάθος. *Quid* χρήζειν *interdum? An* φορεῖ *notet* τύχην? *Æſchylus tentatur atque exponitur.* Δόμοι *&* δώματα domeſtici. Διάποντος *quid? Gloſſæ emendantur. In Livio quid* permarini lares *inquiritur.* Πρόπολος *&* πρόσπολος. Πρόσω. *Conſtructionis mutatæ exempla. Locus Ariſtidis aſſeritur. Æſchyli Schol. aliquoties corrigitur.* Κεκλαυμένος. Αἰὼν *&* ἡλικία *pro* vita.

Vs. 307. Ἀντὶ μὲν ἐχθρᾶς γλώσσης ἐχθρὰ
Γλῶσσα τελείσθω· τὸ ὀφειλόμενον
Πράσσουσα δίκη μέγ' ἀϋτεῖ·
Ἀντὶ δὲ πληγῆς φονίας φονίαν
Πληγὴν τινέτω· δράσαντι παθεῖν,
Τριγέρων μῦθος τάδε φωνεῖ.

Hinc ni fallor pateſcit in Matth. c. V. comm. 38. ſupplendum quid ſit, nempe τινέτω, plenus ut ſit ſermo, ὁ ἐκκόψας ὀφθαλμὸν τινέτω ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ — Conf. in rem Grotium, ſupra vs. 121. & infra 398. Τελεῖσθαι valet δίδοσθαι. Heſych. Τελέσαι, δοῦναι Pind. Iſthm. Od. VI. vs. 67. λίσσομαί σε παῖδα θρασὺν ἐξ Ἐριβοίας ἀνδρὶ τῷδε — τελέσαι. Add. Pyth. Od. V. vs. 158. Τὸ ὀφειλόμενον idem quod τὸ καθῆκον, vid. Olear. ad Philoſtr. V. A. Lib. I. c. 11.

Vs. 323. Πυρὸς ἡ μαλερὰ γνάθος. Phrynichus

chus Comicus apud Schol. Lycophr. p. 52.

—— —— περιδέκτιον πλάκα
Ωκεῖα μάργοις φλὸξ ἐδαίνυτο γνάθοις.

Oxymori exempla, cujus modi illud vs. 313. πάτερ αἰνόπατερ, dabit plura Potter. ad Lycophr. vs. 1174.

Vs. 336. τί τῶνδ᾽ εὖ; τί δ᾽ ἄτερ κακῶν;

Turneb. δ᾽ αὖτε κακῶς; In Agam. vs. 219. τί τῶνδ᾽ ἄνευ κακῶν; Sequitur ἀλλ᾽ ἔτ᾽ ἂν ἐκ τῶνδε θεὸς χρήζων θείη κελάδους —— χρήζων ex mente Schol. poſito pro χρησμωδῶν, pro quo uſu, ne maneat dubius, vid quoque Soph. Oed. Col. vs. 1490. ibi Schol. Eurip. Helen. vs. 523. ad eum Barneſ. & Etymol. in V. χρήζω & χρηστήρ. Vs. 332. Turneb. præbet τοῦ ἐπιτυμβιδίους θρήνους, quomodo vs. 340. θρήνων ἐπιτυμβιδίων. In Schol. ad vs. 342. pro οἱ δὲ legerim potius εἰ δέ.

Vs. 349. Πολύχωστον ἂν εἶχες
Τάφον διαποντίου γᾶς
Δώμασιν εὐφόρητον,
φίλος φίλοισι τοῖς
Ἐκεῖ καλῶς θανοῦσι,
Κατὰ χθονὸς ἐμπρέπων,
Σεμνότιμος ἀνάκτωρ.

Schol. εὐφόρητον explicat εὐτυχῆ, addens, ὅτι φο-

ρά

φερὲ ἡ τύχη, quam verbi virtutem ignoro; etſi non ſim neſcius, Græcis quid ſit φέρει ὁ ἄνεμος, & ἀνέμου φορά; at ſimpliciter φορᾶς pro τύχης exempla requiro. Hinc veniebat in mentem vel ſcriptum olim fuiſſe χώμασιν εὐφόρητον, idem propemodum futurum, quod πολύχωστον, vel junctis πολύχωστον ἂν εἶχες τάφον διαποντίου γᾶς, per τὸ δώμασιν εὐφόρητον; hoc velle poëtam, tolerabile id futurum fuiſſe domeſticis, totiuſque loci ſententiam eſſe, *amplum habuiſſes tumulum ex terra aggeſtum tranſmarina, id quod domi tuis tolerabile ſuiſſet*: ſic δόμοι pro *domeſticis* infra vs. 862. in Eurip. Iph. Aul. vs. 1179. & Noſtri Agam. 594. ubi conf. Stanl. Διαπόντιος idem quod ὑπερπόντιος, quod habuimus ſuperiori fabula. In Lexicis διαπόντιος redditur *maritimus*, & πολέμους διαποντίους interpres Thuc. Lib. I. c. 141. vertit *bella maritima*, debuiſſet ni fallor reddere *transmarina*, quæ mari trajecto geruntur. Gloſſæ Philoxeni Διαπόντιος *transmarinus*. & Διαπόντιοι *permanet* l. *per mare*, ut διαποντίου expl. *trans mare*, vel *permarini*, ut editur in Gloſſ. Latino-Græc. Ariſtid. Tom. II. p. 33. σκοπῶμεν, εἰ δόξομεν ἢ ἡμᾶς αὐτοὺς γινώσκειν, ἢ τὴν πόλιν καλῶς θεραπεύειν εἰ πολιορκούμενοι μὲν αὐτοὶ ποῦθ' ἑτέρους ποιεῖν ἐπιχειρήσομεν διαπόντιοι. Conf. omnino Polluc. I: 177. & VI: 198. Liv. Lib. XL. c. 52. *Idem*, L. Æmilius Regillus, *dedicavit ædem Larium permarinum*.

Quæ-

Quæritur, hic quid per *lares permarinos* intelligi conveniat. Gyraldus putat navibus fortaſſe ſuos lares attribuiſſe veteres; quo etiam inclinat Turneb. Advers. Lib. XXVIII. c. 13. exponens *Deos marinos*. Verum haud ſane favet iſti opinationi verbi uſus *permarinus*, quin aperte impugnat adverſaturque; & quidni potius ſuſpicemur per *lares permarinos* intelligi vel domeſticos & patrios, quibus eo bello inde diſtractus aedem voverit pro reditu; vel potius perigrinos i. e. populi à quo illa victoria reportata. Vs. 352. ſequendo Schol. præfigenda fuerit perſona chori, ſermonem ita continuaturi uſque vs. 361. Vs. 343. εἰ γὰρ ſumi poſſe videtur ἀντὶ τοῦ εἴθε, vertique *utinam*.

Vs. 357. Πρόπολός τε τῶν μεγίστων
χθονίων ἐκεῖ τυράννων.

Ἐκεῖ nempe τῶν κατὰ χθονὸς, adeoque Plutonis & Proſerpinæ, de quibus accipit Schol. Πρόπολον interpres vertit *ſummum*, tanquam junxiſſet τῷ ἀνάκτωρ. Heſych. Πρόπολοι, ὑπηρέται, δοῦλοι, νεωκόροι, προφῆται. Suidas exponit θείους ἑρμηνέας. Vox juxta cum ejuſdem uſus πρόσπολος ſatis obvia: vid. Pind. Ol. Od. XIII. vs. 77. Oppian. V. Hal. 422. Them. Orat. XVIII. p. 223. D. Noſtrum in S. C. Theb. 580.

Eurip. Hel. vs. 502. Mox legere malim βασιλεὺς γὰρ ἦθ' ὄφρα ἔζης.

Vs. 368. Πρόσσω. Interpres *poſtea*, in notis corrigit præfertque *è longinquo*. à verſione non erat recedendum; Heſych. Πρόσω καὶ ὀπίσω, ἐν τῷ ἔμπροσθεν, ὅ ἐστι μετὰ ταῦτα, ——— Pind. Pyth. Od. III. vs. 196. ἐλπίδ' ἔχω κλέος εὑρέσθαι ὑψηλὸν πρόσω. & ratio aperta.

Vs. 377. Παισὶ δὲ μᾶλλον γεγένηται. An γεγένηνται? ſcil. χέρες οὐχ ὅσιαι. Quin cogitabam præterea de verbo γένεσθαι, quod meminiſſem locutionum γενέσθαι χερῶν, ἀλκῆς & ſimilium. Reſpondet Electra τοῦτο διαμπερὲς ὡς ἵκετο ἄπειρ βέλος. Quomodo in S. C. Theb. vs. 569. ἱκνεῖται λόγος διὰ στηθέων. In Agam. vs. 800. δῆγμα λύπης — ἐφ' ἧπαρ προσικνεῖται. Luc. Tom. I. p. 45. μάλα ἐυσόχως ἐνεχθεὶς ὁ λόγος αὐτὴ εἰ οἷόν τε εἰπεῖν διέκοψε τὴν ψυχήν. Lucas in Euang. Cap. II. comm. 35. καὶ σοῦ δὲ αὐτῆς ψυχὴν διελεύσεται ῥομφαία, ubi conſule Philologos & Pricæum.

Vs. 398. Ἀλλὰ νόμος μέν. Frequentius in talibus habetur μὴν, ſed & alibi alterum hujus ſupplet locum; vid. Euſtath. ad Il. Α. p. 24: 36. Vs. 388. vid. num malis ἐπιβουλευθείην. Vs. 402. Turneb. legit ἐπάγουσ' ἐπ' ἄτῃ.

Vs. 408. Πέπαλται δ' αὖτέ μοι φίλον κέαρ
τόνδε κλύουσαν οἶκτον,
Καὶ τότε μὲν δύσελπις,
Σπλάγχνα δέ μοι κελαινοῦται

Πρὸς

Πρὸς ἔπος κλυούσῃ.

Miram ſtructuræ vides ἀκαταλληλίαν, non tamen ſine exemplo Ariſtid. Tom. II. p. 367. ΥΜΕΙΣ δὲ ἐπὶ πολλῆς μὲν εἰρήνης — πολλῶν δὲ καὶ συλλαμβανόντων ὑμῖν — ἔξεςαι τῶν Ἑλλήνων πολλοὺς συνεπιλήψεσθε. Ubi fruſtra Cant. margini adſcripſerat leg. ὑμεῖν. Idem. Tom. I. p. 19. προσῆκον δὲ καὶ ΥΜΙΝ ἀμυσγέπως εἰπεῖν ποιητοῦς τε — ΠΡΟΣΧΡΕΩΜΕΝΟΥΣ — καὶ ΑΦΕΝΤΑΣ. Adde verba Platonis Tom. III. p. 195. Longus Paſtor. Lib. II. p. 32. κῆπός ἐςι μοι τῶν ἐμῶν χειρῶν ὅσα ὧραι φέρουσι πάντα ἔχων ἐν αὐτῷ — ἦρος ῥόδα, κρίνα καὶ ὑάκινθος — Thuc. Lib. II. c. 11. πᾶσι γὰρ ἐν τοῖς ὄμμασι καὶ ἐν τῷ παραυτίκα ὁρᾷν πάσχοντάς τι ἀηθὲς ὀργὴ προσπίπτει. Similia vid. apud Doctiſſ. Jenſium Lect. Luc. Lib. II. c. IV. p. 157. ſeq. & Lesbon. περὶ σχημ. p. 186. Reditur intercedentibus aliis ad priorem, uti hic, in S. C. Theb. vs. 209. δείσασα τὸν ὄτοβον ὅτι τε σύριγγες ἔκλαγξαν, ἱππικῶν τε πηδαλίων, ubi conf. Schol. In Perſ. vs. 117. πύθηται — ἔσεται — πέσῃ. Eumen. 941. πνέοι — ἐφερπέτω — τρέφοι τε, & alibi. Tum quia, quod putat Stanl. πρὸς jungendo cum κλυούσῃ, vacabit præpoſitio, ſuſpicari liceat ſcriptum prodiiſſe σοῦ πος i. e. κλυούσῃ ἔπος πρὸς σοῦ, idque pro τὸν ὑπό σου λόγον, uti expl Schol.

Vs. 421. Ἄρειον. Per ſe à Schol. potuiſſe exponi περσικὸν, ſatis conſtat ex Stephano Byzant. & ad eum not. Κυαςίας ſi explicuiſſet, ſcri-

ptum oportebat Περσικῆς. Tum. vs. 423. vid. num malis legere ἀπεργδά τοι. vid. Perſ. vs. 1062.

Vs. 449. —— δι' ὤτων δὲ συντέτραινε μῦθον. Turnebus edidit οὐ τέτραινε, plane ut legit Schol. Vs. 443. eadem præbet ἐπεράτων. In Schol. ad vs. 445. vid. num rectius legatur παρὰ τοῦ εἱρκτοῦ, ut etymon intelligatur voluiſſe indicare. Vs. 446. ἑτοιμοτέρα γέλωτος ἀνέφερον λίβη dictum ferme, ut in noſtra ſolemus lingua *het Schrejen was mij nader, dan het lachen.*

Vs. 455. Ἐγὼ δ' ἐπιφθέγγομαι κεκλαυμένα. Schol. habuit pro plurali neutro, mihi videtur potius femininum pro κεκλαυμένη. Sic infra vs. 729. τροφὸν δ' Ὀρέστου τήνδ' ὁρῶ κεκλαυμένην. & Soph. Oed. Tyr. vs. 1504. ποίας ἥξετ' εἰς ἑορτὰς, ἔνθεν οὐ κεκλαυμέναι πρὸς οἶκον ἵξεσθε. Frequens alioqui δεδακρυμένος hoc ſenſu, ut notavimus alibi. Εὔγματα, quod ſequitur vs. 461. admodum uſitatum Noſtro, quod jam obſervavit Spanh. ad Callim H. Pallad. vs. 139. Add. Soph. Antig. vs. 1199.

Vs. 472. Ἀπ' αὐτῶν αἰῶν' ἀναιρεῖν. i. e. *vitam adimere, vita privare*, ſic αἰὼν jam Hom. Odyſſ. I. ſub fin.

> Αἲ γὰρ δὴ ψυχῆς τε καὶ αἰῶνός σε δυναίμην
> Εὖνιν ποιήσας πέμψαι δόμον Ἄϊδος εἴσω.

λι

λιπεῖν αἰῶνα dixit Eurip in Bacch. vs. 92. ut βίον Heraclid. vs. 451. & 535. ἡλικίαν ἀποπνεῦσαι eſt Pind. Jſthm. Od. VII. vs. 48. Mox recte H. Steph. vidit in Schol. leg. τῆς γῆς, adde ejuſdem Not. ad. Perſ. vs. 629.

Cap. XXVIII.

Καινίζειν & καινίς. Βουλευτὸς, βουλεῦσαι. Conſtructio mutata. Ἐξαλείφειν. Ὡς — ὡς pro καθὰ — οὕτως. Æſchyli Schol. aliquoties tentatur. Locus Ariſtidis ſanatur. Ejus memoriæ lapſus. Δύσθεος unde compoſitum? Ὁρμίσαι quid? Suidæ lux. Edita in Æſchylo lectio vindicatur, idemque emendatur. Λαμπτῆρες & πηγαὶ dicuntur τυφλοῦσθαι. Τελεσφόρος ὕπνος. Νεορενὲς, νεοερνὲς & ἔρνος. Κραίνειν ὄνειρον. Ἀμφιχαίνειν & περιχαίνειν. Oſtenditur eundem montem Πάρνησον & Παρνασὸν dictum. Heſychius aſſertus. Οὕτως quid notet? τὸ στόμα & ὄμμα λέγειν &c.

Vs. 490. Μέμνησο δ' ἀμφίβληστρον ᾧ σ' ἐκαίνισαν.

Malitne quiſpiam ἐκαίνυσαν. *Vincendi* notione ipſa quidem, ut videtur, à loco aliena. Vs. 497. εἴπερ κρατηθεὶς ἀντινικῆσαι θέλεις. Sed & καινίζειν non videtur reiiculum; καινὶς certe pro *cæde* extat in Luc. Aſin. p. 153. κράτιστον ἔγνων τὸ σώζειν ἐμαυτὸν ἐκ τῆς καινίδος. Quod verbi prætermiſſum in Steph. Theſ. In rem conf.

quæ notat Potter. ad Lycophr. vs. 1099.

Vs. 492. βουλευτοῖσιν ἐν καλύμμασιν. Recte Schol. βουλευτοῖς expl. ἐπιβουλευτοῖς, ut Noſtro prior Heſiod. Ἐργ. vs. 266. βουλεύσαι poſuit pro ἐπιβουλεύειν, in verſu illo proverbiali

Ἡ δὲ κακὴ βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κακίστη.

Adi ibi not. D. Heinſ. & ex Juliano Spanh. ad Comici Plut. vs. 494.

Vs. 500. Οἰκτείρε θῆλυν ἄρσενός θ' ὁμοῦ γόνον.

Nil hic mutandum cum Arnaudtio oſtendit Hom. Il. Z. vs. 180. θεῖον γένος οὐδ' ἀνθρώπων. Alia iſtius generis jam habuimus in præcedentibus: conf. Miſc. Obſ. Vol. I. Tom. I. p. 118. Sequitur μὴ 'ξαλείψῃς σπέρμα Πελοπιδῶν τόδε, ut in S. C. Theb. vs. 15. τιμὰς μὴ 'ξαλειφθῆναι. in Ariſtid. Tom. I. p. 466. ὁ θρῆνος. & Lyſ. Orat. in Andoc. p. 105. ult τὰ ἁμαρτήματα. ut τὰς ἁμαρτίας Actor. c. III: 19. qui uſus tropicus & alibi obſervatur in N. T.

Vs. 505. Κλωστῆρα σώζοντες λίνου. Stanl. λίνου emendat,ſuffragante Spanh. ad Ariſtoph. Ran. vs. 1391. Neque aliter videtur inveniſſe Schol. λίνον enim κλωστῆρα ſi legiſſet, ſcribere nequiſſet ἐν περιφερείᾳ dictum pro τὸ κλωστὸν λίνον, foret enim idem, genus quod obvertit Stanl. ita quin auctor dare potuerit,non obſtare, ſatis docent, quæ notavimus in præ-

cedentibus. Ὡς pro καθὰ *ſicut* cum alibi legitur, tum in Soph. Oed. Col. vs. 1303. altero ſequente ὡς pro οὕτως. In Schol. ad vs. proximum pro ἐπιπλέον ſcribi poſſet ἐπιπλέοντες *fluitantes*, *innatantes*. Suberis ſimilitudine utitur quoque Plut. de San. tuenda p. 127. C. οὐ δεῖ, inquit, —— οὕτως ἐμπλήσαντας τὸ σῶμα καὶ βαρύναντας ἀποκαθαίρειν αὖθις καὶ ἀποκλύζειν, ἀλλὰ διατηρεῖν εὐσταλὲς, ὅπως, κἂν πιεσθῇ ποτε φελλοῦ δίκην ὑπὸ κουφότητος ἀναφέρηται. Nec non Ariſtides, prout nempe legimus verba in Orat. in Puteum Æſcul. p. 444. Ὅμηρος μὲν γὰρ ἔφη τὸν Τιταρήσιον ἐπιῤῥεῖν ἐπὶ τοῦ Πηνειοῦ ὥσπερ ἄνδρα ἐπινηχόμενον ὑπὸ κουφότητος τοῦ ὕδατος. Τὸ δέ μοι δοκεῖν εἰ ἐπιῤῥήξαις αὐτῷ ὕδωρ ἕτερον ἀντώθεισιν εἰς τὸ ἄνω· τὸ δὲ δύεται, ὥσπερ οἱ φελλοὶ νεύοντες εἰς μυχὸν ἐκ τοῦ μετεώρου· εἰ μὴ καὶ τοῦτ' ἐστὶν εἰπεῖν, ὅτι μοι δοκεῖ κἂν τὸ ἐπεγχυθὲν ὑψῶσαι τῇ ἑαυτοῦ κουφότητι. Pro ὑπὲρ Cant. jam legendum viderat ὑπὸ, idem pro φαλλοὶ, quod compareret in editis, ſui exemplaris margini adſcripſerat ὕφαλοι; Obſtitit τὸ δὲ δύεται, quo pertinere quoque arbitrabatur ὥσπερ οἱ —— nos referimus ad prius; & quæſo perpendas, quam pulcre reſpondeat τῷ ἀντώθεισιν εἰς τὸ ἄνω —— illud ὥσπερ οἱ φελλοὶ εἰς μυχὸν νεύοντες ἐκ τοῦ μετεώρου, nempe ἀντανίασι. Pro ἐπιῤῥίψαις quoque, quod P. Steph. & hunc ſecutus editor Anglus expreſſit, ex Junt. revocavi ἐπιῤῥήξαις, longe ni fallor præ illo ſe probaturum peritis. Illud ὥσπερ ἄνδρα ἐπινηχόμενον memoriæ credo eſt lapſus;

pſus; nam Homerus cum oleo comparat. In Schol. legendum videtur τὸ κλωστὸν — & Scholio ad vs. 508. præponendum τίμημα. Vs. 508. quem cum aliis libris prætermittit Turneb. ex Canteri mente præponendum chori nomen. Vs. 509. ἀνοίμωκτον Schol. cepit tanquam eſſet ab ἀνοιμώζω. Interpres rectius ut ἀνοιμωκτὶ apud Sophoclem; adde ſupra vs. 431. Vs. 515. vel invitis editionibus, quibus utor, leg. θανόντι.

Vs. 523. Δύσθεος γυνή. Soph. in Electr. vs. 292. δύσθεον μίσημα. Noſtro admodum frequens; in Agam. vs. 1599. δύσθεος πατήρ. Suppl. vs. 428. δύσθεοι ἐκβολαί. Add. ſupra vs. 43. & 189. quæ omnia dubitare nos non ſinunt, quin conſtituat compoſitum θεός, non θέα, quod ſuſpicatur H. Steph. in Theſ. Vs. 520. in θέλοντι ſupple εἰδέναι. Deinde ἐκ δειμάτων πεπαλμένη, ut πάλλων θυμὸς δείματι in Suppl. vs. 575. & τῷ δέει παλλόμενοι in Ælian. Lib. II. de Anim. c. 7. Vs. 521. in Edit. Turn. præfigitur nuncii perſona, ut quoque reliquis ἀμοιβαίοις. Verum adſentior Stanl. nuncio haud eſſe locum; & nutrici verba convenire ſubindicat compellatio ὦ τέκνον. Vid. & vs. 829. Pro παρῆν eadem Turn. habet πάρει, quomodo invenerat quoque Schol. ſed quo ſenſu, neſcio. Quod ſi vero nutricem colloqui ſtatuamus erunt fortaſſe qui ex eadem ἐκδόσει præferendum judica-

ca-

cabunt πέπνυσαι. Sophocles Noſtrum hic ut imitetur vid. in Electr. vs. 408. ſeqq Scholion ad vs. 516. à labe immune haud præſtiterim, etſi facile adpareat, verbis ἀντὶ τοῦ præponendum μείω γάρ ἐστι τοῦ ἁμαρτίας. an fortaſſe ſcripſerat enarrator ἀντὶ τοῦ διχάζω ὅ, πέπεισθη? Idem non video vs. 520. ἢ qui potuerit explicare γοῦν, qua virtute potius pollet alterum ἢ vs. 517.

Vs. 525. Τεκεῖν δράκοντ' ἔδοξεν. Aliud ei ſomnium fuiſſe fingit Soph. in Electr. vs. 420. ſeqq.

Vs. 527. Ἐν σπαργάνοισι παιδὸς ὁρμίσαι δίκην.

Fefellit interpretem verbi notio; hinc tanquam eſſet ὁρμῆσαι vertit *accedere*, prorſus contra loci mentem. Ὁρμίσαι ἐν σπαργάνοις valet σπαργανῶσαι, *quieſcendi ergo faſciis involvere* ac *reclinare*, vel etiam abſolute *reclinari*: conf. vs. 542. Heſychius Ὁρμίσον, δῆσον, ἀνάπαυσον. Suidas Ὁρμεῖν — Ὁρμίζω ἐπὶ θαλάσσης καὶ νεώς, καὶ ἐπὶ ἀναπαύσεως. atque iterum Ὁρμίζω ἐπὶ ἀναπαύσεως καὶ νηός. Ubi interpres circumſcribendo ſe prodit de navi tantum intellexiſſe; ſed de rerum aliarum quiete non minus accipi, oſtendit præter locum præſentem Ælian. de Anim, Lib. II. c. 1. de gruibus loquens eos dicit τὰ μήκιστα πελάγη περαιουμένας παρ' ᾠδῷ τῶν πτερῶν οὔτε ὁρμίζεσθαί πω, οὔτε ἀναπαύεσθαι. Atque

que ita ut dixi intellexit Schol. illuſtrans ὡς παῖδα αὐτῷ ἐκτεῖναι ἐν σπαργάνοις. Ut in Soph. Phil. vs. 821. νύχιος ἐκτέταται de dormiente, vel potius quaſi dormiente.

Vs. 528. Τινὸς βορᾶς χρῄζοντα νεογενὲς δάκος.

Præponenda Oreſtis perſona, ſequenti Nutricis, atque per interrogationem legendum puto τίνος. Lectio librorum aliorum, quos ſequitur Schol. νεοργενὲς per metatheſin erit idem quod νεογορνές. Sic ὁ Λήδας ἔρνος Eurip. Iphig. Aul. vs. 116. add. Noſtrum ſuperioris fabulæ vs. 1534. & Eumen. vs. 664.

Vs. 530. Καὶ πῶς ἄτρωτον οὐκ ἄρ' ἦν ὑπὸ στυγός;

Quum omnes libri conſtanter repræſentent ἄτρωτον, venit in mentem ſenſuſne fortean ſit, *nonne metus ſuboriebatur, ne velneraretur?* ut ſcriptum fuerit ὑπὸ στύγος, & τὸ ἑξῆς, καὶ πῶς; οὐκ ἄρα ὑπῆν αὐτῇ στύγος ἄτρωτον; Sic φρενῶν στύγος in Agam. vs. 1318. Neque tamen fateor ex verbis iſtum ſenſum commode profluere; ut diſtinguam potius καὶ πῶς ἄτρωτον; nempe προσέσχε τὸν μαζόν. & tum Οὐκ ἄρ' ὑπῆν στύγος; ſenſu quo dixi *nullusne horror ſuberat præbere mammas?* & reſponſi mens erit, ceu ſcriptum eſſet

eſſet τοσούτων ἐσσητῶν ζυγὸς, ὥστε δόξαι ἐν γάλ. θε. αἰ. στάσαι. Sic videmus loco conſtare integritatem, quod fieri poſſe non putabant V. D. niſi ἄτρωτος corrigeretur. Vs. ſeq. Schol. non recte accipere ἐν γάλακτι contendit H. Steph. in notis ad p. 682. & recte, vid. vs. 544. Vs. 533. Turneb. præbet κέκλαγγε, quod & in aliis libris invenerat H. Steph. nec deterius edito. Vid. Heſych. V. Κεκληγώς. Tum λαμπτῆρες ἐκτυφλωθέντες dicit διὰ τὸ ἔχειν αὐτοὺς ὀφθαλμοὺς τινὰς τροπικοὺς, ut πηγαὶ τυφλώμεναι, vid. Euſtath. ad Il. B. p. 233 : 33. In τῷ ἄκος τομαῖον ἐλπίσασα πημάτων ſubauditur commode ἔπεμψε. Tunc ὄνειρον τελεσφόρον ut apud Soph. in Electr. vs. 649. Clytemnæſtra

> Ἃ γὰρ προσεῖδον νυκτὶ τῇδε φάσματα
> Διοσσῶν ὀνείρων ταῦτά μοι Λύκει' ἄναξ,
> Εἰ μὲν πέφηνεν ἐσθλὰ, δὸς τελεσφόρα.

Vs. 540. κρίνω δέ τοί νιν ὥστε συγκόλλως ἔχειν.

i. e. *Quapropter ita conjecto & interpretor ſomnium, ut conveniat & cohæreat cum rebus, quas continet*, & adſumatur οὕτως. Verbum κρίνω de ſomnio occurrit quoque in Perſ. vs. 520. adde. Prom. vs. 484. ἐνυπνίων κριτὴν habes in Perſ. vs. 226. δύσκριτα ὀνείρατα in Agam. vs. 990. unde Ὀνειροκρίτης, & hinc ita dicti ſcriptores ὀνειροκριτικοί. De voce συγκόλλως

 adi

adi Spanh. ad Ariſtoph. Nub. vs. 445. Sequitur μαθὸν ἀμφέχασκε, quo verbo tranſlate uſus Soph. in Antig. vs. 119. σὺς, Polynices, ὑπὲρ μελάθρων φονίαις ἀμφιχανὼν κύκλῳ λόγχαις ἑπτάπυλον στόμα ἔβα —— πεϱιχαίνειν. Ælian. de Anim. Lib. I. c. 4. ult. de ſcaris εἰ δὲ καὶ ἐξίοι τὸ στόμα αὐτοῦ τις, ὁ ἔξω τοῦ οὐραῖον παρώρεξεν, ὁ δὲ περιχανὼν ἠκολούθησεν. In continenti editio Turnebi præbet δεῖ τοίνυν.

Vs. 561. φωνὴν Παρνησίδα. Quæ qualis ſit ipſe docet vs. ſequenti, nempe φωκικήν, quomodo leg. in Schol. in quo illa οἶμαι δὲ φωκικὴν λέγειν ſunt adſuta. Idem nempe mons παρνασσὸς dictus, & πάρνασος, hinc παρνησσὶς, ut à priori παρνασσὶς. Heſych. Παρνησὸς τὸ αὐτὸ ὄρος, quod nempe Παρνασὸς, de quo præcedit, intercedente tamen πάρνηθος. Negat ibi Palmerius dari montem, qui in recto caſu vocetur Παρνησὸς, falſus haud dubie. Noſter in Eumen. vs. 11. ἐς τήνδε γαῖαν ἦλθε Παρνασοῦ θ' ἕδρας. Eurip. Ion. vs. 86. Παρνησιάδες δ' ἄβατοι κορυφαί. & vs. 1268. παρνησοῦ πλάκες. add. Androm. vs. 1100. Soph. Antig. vs. 1157. Heſiod. Theog. vs. 499. quin principem poëtarum Odyſſ. T. vs 432. & alibi. Vid. omnino Euſtath. p. 706. & de literarum α, η & ε permutatione eundem ad Il. A. p. 24: 35. Add. Spanh. ad Callim. H. Del. vs. 93. Hinc in Steph. Byzant. forte nec Τεγχίνιος mutari fuerit neceſſe.

Vs. 565. μένοιμεν οὕτως. Schol. οὕτως ex-

po-

ponere videtur ἐπὶ τοσοῦτον, nec male, nam & Heſychius inter notiones quatuor, quas pandit, χρόνον tradit σημαίνειν, Οὑτωσὶ, ait, οὕτω — τέσσαρα σημαίνει, τὸ ὁμοῦ, χρόνον, τόπον ἐγγύτερον, ἀριθμόν. quanquam temporis ratione reſpexiſſe videri poſſit ad uſum, quo ſæpe notat *ita demum*. Sed & reliquas quas aperit non ita cognitas examinemus. Pro ὁμοῦ accipi videtur poſſe in Xenoph. IV. K. Π. p. 62. ὁ Κυαξάρης — τὴν μὲν νύκτα ἐν ᾗ ἐξῆλθεν ὁ Κῦρος αὐτός τε ἐμεθύσκετο μεθ᾽ ὧν παρεσκήνου οὕτως ἐπ᾽ εὐτυχίᾳ. ſic nempe locum repræſentat editio Iſingr. aliis ὡς præferentibus. Lyſ. Orat. in Agorat. p. 129. extr. καὶ Ἱππίας μὲν ὁ Θάσιος, καὶ Ξενοφῶν ὁ Καριεύς, οἱ ἐπὶ τῇ αὐτῇ αἰτίᾳ τούτῳ ὑπὸ τῆς βουλῆς μετεπέμφθησαν, οὗτοι μὲν ἀπέθανον· ὁ μὲν στρεβλωθεὶς Ξενοφῶν· ὁ δὲ οὕτως. Interpres vertit, tanquam legiſſet ὁμοίως. Tertia adhibuiſſe videtur Ariſtid. Tom. II. p. 236. πάντων ἀτοπώτατον τὰ μὲν ἐγκλήματα κοινὰ ἑκατέρωθεν εἶναι — καὶ ταῦτα τοῦ στρατεύματος ὄντος οὐκ ἐν μεθορίοις τῆς Ἀττικῆς — ἀλλ᾽ ἐν προθύροις οὑτωσὶ τῶν Θηβῶν. Vs. ſeq. Turneb. dat παρεστίχοντα, ut modo vs. 552. στίχειν ἔσω. Illa vs. 568. Αἴγισθος εἴπερ οἶδεν ἔνδημος παρών vertenda puto, *ſi Ægiſtus domi qui eſt ſciret* vel *reſciſceret*, interrogationis nota tranſpoſita poſt verſum, qui præcedit. Vs. 563. qua ratione inductus Stanl. pro οὔτις ἂν maluerit legere εἴ τις οὐ, ignoro.

Vs. 571. — κτ̀ στόμα
Ἐρεῖ — καὶ κατ' ὀφθαλμοὺς βαλεῖ.

Κατὰ στόμα ἐρεῖν valet *coram alloqui*, & κατ' ὀφθαλμοὺς βαλεῖν *in conſpectum venire*, βαλεῖν ἀντὶ τοῦ προσβαλεῖν. Æſch. de F. L. p. 48. init. ὁ καθαρὸς ὢν τὰς χεῖρας εἰς τὴν ἀγορὰν ἐμβάλλεις. Soph. Trach. vs. 760.

> Αὐτὸς βαρεῖαν ξυμφορὰν ἐν ὄμμασι
> Πατρὸς δεδορκὼς καὶ κτ̀ γλῶσσαν κλύων.

i. e. inquit Schol. κτ̀ στόμα αὐτοῦ ἱστάμενος. Tum frequens inprimis Euripidi κατ' ὄμμα λέγειν & εἰπεῖν. Vid. Rheſ. vs. 421. Herc. Fur. 910. & Electr. 910. Idem κατ' ὄμμα ἐρχέσθω μάχη oppoſite ad κρυπτὸν καταστῆναι Androm. vs. 1064. & κατ' ὄμμα τοῖς προσεύχεται θεοῖς vs. 1117. in Ælian. de Anim. Lib. I. c. 4. ult. κατὰ στόμα ἐξιέναι valet *in caput exire*.

Vs. 581. Δεῦρο. Poſuiſſe videtur pro νῦν. Heſych. Δεῦρο δηλοῖ τοῦ παρόντος, ἢ νῦν. quo ſenſu apud Oratores obvium negat Suidas. Niſi & hic malit quispiam accipere pro ἐνθάδε.

Cap.

Cap. XXIX.

Αγκάλαι Ponti &c. Ariſtides tentatur. Φρόνημα quid? ἐπιλέγεσθαι. Τλήμων pro τολμηρός. Ομαυλος & σύναυλος. Τπόπτερος & ὑποπτερoῦσθαι. Ὅστις pro quisque. Αποβύλλας. Æſchylus aliquoties illuſtratur. Quid ἐπίκοτος. Participia pro verbis intellecto εἰμί.

Vs. 585. Πόντιαι ἀγκάλαι. *Maritimos ſinus* vertit Spanh. ad Comici Ran. vs. 716. In Prom. vs. 1018. πετραίαν dixit ἀγκάλην. Urbi tribuit Ariſtid. Tom. I. p. 458. ὦ λιμένες πιθοῦντες τὰς τῆς φιλτάτης πόλεως ἀγκάλας. prout è Mſſ. edidit Jebb. Modo non præferenda ſit editionum priorum lectio τὰ τῆς φιλτάτης πόλεως, & pro ἀγκάλας corrigendum ἀγκάλαις. certe portuum ἀγκάλας meminit Euſtath. ad Il. B. p. 234 : 4. atque ſic *Brachia portuum*, *montium* paſſim Lat. & *ſcopulorum* in Virg. III. Æn. vs. 536. In Schol. ad vs. ſeq. leg. ἐμπυρίων. & Scholio, quod πλάθουσι habet præfixum, præfigendum videtur βλαστοῦσι.

Vs. 594. Ἀλλ' ὑπέρτολμον ἀνδρὸς
φρόνημα τίς λέγοι,
Καὶ γυναικῶν φρεσὶν τλημόνων ;

Schol. videtur conſtruxiſſe λέγει φρεσὶν, quod exponit ἐννοήσῃ. quo fere ſenſu ἐπιλέγεσθαι apud au-

auctorem vitæ Homeri haud procul à principio ἐν μυθώδεσι τούτοις λόγοις, εἴ τις μὴ παρέργως, ἀλλ' ἀκριβῶς ἕκαστα τῶν εἰρημένων ἐπιλέγοιτο, φανεῖται πάσης — τέχνης ἐντὸς γενόμενος. ἐπιλέγεσθαι καὶ γιγνώσκειν copulat Them. Orat. XXII. p. 267. B. & Heſych. Επιλεγόμενος explicat ἐπιλογιζόμενος. Jungerem ego φρεσὶν τλημόνων i. e. ταῖς διανοίαις τολμηρῶν. Viris φρόνημα tribuit, ut Anacreon. Od. II. φύσις ——— δέδωκεν τοῖς ἀνδράσι φρόνημα. & pro *fiducia*, *arrogantia*. Noſter in Suppl. vs. 918. ἐκ τοῦ φρονήματος ἀτιμάζεις χθόνα. Suadendi admonendique ſenſu, ut φρόνησις, occurrit in Agam. vs 839. Tum, quemadmodum exponit Heſychius, pro βούλημα, θέλημα habetur in Suppl. vs. 936. Denique ut hic loci ὑπέρτολμον φρόνημα, ſic ſupra vs. 229. τὸ παντότολμον φρονεῖν. ubi minus accurate interpres reddit *ſapere*, rectius Schol. illuſtrat per τολμᾶν. Ceterum τλήμων ſicut in verbis adpoſitis, ita apud Soph. in Electr. vs. 278, atque alibi. Infra vs. 629. dicit γυναικοβούλους μήτιδας φρενῶν, ſenſu non valde diverſo. Verſibus ſtrophes & antiſtrophes conciliandis non immorabor, Schol. recte monet ἀλλὰ valere ἤ, neque iſtud novum, ſæpius uſu veniente, ut iſtius voculæ locum teneat. Ariſtid. Tom. III. p. 52. οἱ μὲν — ἀλλὰ καὶ.

Vs. 597. ξυζύγους ὁμαυλίας. Heſych. Ομαυλον, ὁμόνοιτον. Oppian. II. Cyneg. vs. 319. de perdicibus damiſque

Ηθά-

Ἠθάλεοί τε πέλωσι καὶ ἀλλήλοισιν ὅμαυλοι,
Εὐνάς τ' ἐγγὺς ἔχουσι καὶ οὐκ ἀπάνευθε νέμονται.

Eodem refer σύναυλος in Soph. Ajac. vs. 619. θείᾳ μανίᾳ ξύναυλος. Utramque vocem iſthac notione prætermiſit H. Steph.

Vs. 600. Θηλυκρατὴς ἀπέρωτος
τὸς ἔρως παρανικᾷ
κνωδάλων τε καὶ βροτῶν.

Interpres Vertit *mulieribus imperans amor inamabilis vincit & beſtias & homines*, ut videtur appoſite ad loci ſenſum. Minus aperta ſtructuræ ratio. Quamvis enim Genitivi pendere videantur à παρανικᾷ, vel ſic obſcurum manet; qua polleat virtute præpoſitio; nam ſi pro *præ* ſumas, erit antiptoſis, & dicendum fuiſſet κνώδαλα τε καὶ βροτούς. Hoc ſi minus arriſerit; vid. an placeat τὸ παρὰ exercere vim adverbii πέρα, vel etiam τὸ ἀπὸ, ut dictum intelligamus, quomodo in noſtra lingua *het van iemand winnen.*

Vs. 601. Ἴστω δ' ὅστις οὐχ ὑπόπτερος
φροντίσιν δαείς.

Ὅστις non notat ὁ, ſed ἕκαστος, ut recte vertit interpres. Ὑπόπτερον Schol. exponit κοῦφον, quæ duo junxit Them. Orat. XIIX. p. 220. C.

Verbum ὑποπεπρῆσθαι habet Baſ. in Hexaëm. Hom. VIII. p. 79. A. Mox pro πυρδαῆ Schol. cum edit. Turn. legit πυρδαής. Vs. 610. eadem habet μοιρόκραντον.

Vs. 618. Ἀπερβούλως. Vox ignota H. Steph. occurrit & apud Dion. Chryſ. ſed ubi Vales. not. ad Harpocrat. V. ἀπερβούλευτον, migrare jubet in ἀπερβούλευτα. Vs. 606. ubi admiſeris Cant. correctionem καταίθουσα, leg. in Antiſtrophe πτήσουσα. & vs. 619. metro iterum jubente πνείονθ'

Vs. 624. Γυναικοβούλους τε μήτιδας φρενῶν.

Hic quid ſuadeat ſubaudire εἰργάσατο non video. Eccur enim non adſumamus μνήσομεν, ut ad ſuperius δυσφιλὲς γαμήλευμα. Idem non puto vs. 622. δ' poſitum pro γὰρ; ſed ἀκαίρως δ' vertendum *quanquam loco non commodo*, quod ante omnia facti tam atrocis mentio fuerat facienda. Vs. 619. Turneb. edidit ἀγανόφρονι. Vs. 625. omiſit. & 627. pro τίων δ' præbet τιῶνδ'.

Vs. 627. Δηΐοις ἐπικότως. Aliquoties verbo utitur. Vid. Prom. vs. 162. & S. C. Theb. 791. Heſychius Ἐπικότως, ἐπιστρεφῶς. Cujus de expoſitione quid ſtatuam ibi dixi, nec dum muto ſententiam, ut quæ firmatur etiam ex loco præſenti. Ad γνώμην, quæ occurrit vs.

635.

635. Vid. quæ notat Spanh. ad Callim. H. Cer. vs. 117.

Vs. 643. παρεκβάντες. Notat Schol. participium eſſe pro verbo, ut in fragmento, quod ſubdit, Hom. Il. Θ. vs. 307. quodque repetit ad Eumen. vs. 786. Sed rectius Euſtath. p. 601. extr. ſupplet ἐςὶ, addens ex Sophocle πρῶτά σε κεκλόμενος, quod legitur Oed. Tyr. vs. 163. adde Oed. Col. vs. 1572. μή τις Διὸς κεραυνὸς, ἤ τις ὀμβρία χάλαζ' ἐπιρρήξασα; Neque aliter Noſter rurſus vs. 756. οὖσα pro ἐςί. Ubi ſi quis exiſtimet minus commode idem verbum participio ſuperaddi, poterit is ſupplere τυγχάνει, vel κυρεῖ. quanquam Herodotus ſcribere non dubitarit Lib. I. c. 56. ταῦτα γὰρ ἦν —— ἐόντα. quem iterum vid. cap. 8. Add. quæ ſcripſi ſupra p. 168.

CAP. XXX.

Ποδαπός. Nominativus pro vocativo. Ἔμπορος *&* σύνεμπορος. *Ellipſis vocula* ἤ. *Æſchylus explicatur, Schol. emendatur. Quid* τόπαρχος *&* τελεσφόρος γυνή? *Æſchylus vindicatur atque exponitur.* Τέκμαρ *quid?* λέγ' εἴ τι δεῖ *&* χρήζεις. *In Euripide verſio correcta, nec non Æſchylo. Ejus Schol. tentatur.* Συμβάλλειν *&* συμβολεῖν. *Quid* πανδίκως? εἰς τὸ πᾶν. Πορθμεῦσαι *&* πρεῦσαι γραφὰς *&c.* Κατ' ἄκρας πορθεῖν *&c.* Ἐπασπᾶν *&* ἀπᾶσθαι. Εὔσκοπος, ἄσκοπος. *Æſchylus vindicatur atque explicatur.* Εὔβουλος *&* εὔβολος. Καρανῶσαι *quid?* Κατανύσαι. *Quid* ἡμερεύειν *&* διημερεύειν? Τὰ προσφορά τινος. *Alia quædam.*

Vs. 655. Ποδαπὸς ὁ ξένος. Verte *unde*, ſeu *cujas es hoſpes?* non *cujas eſt*, prout male interpres hic pariter, atque vs. 573. Nominativi ponuntur Attice pro vocativis, vid. Bos ad Luc. c. XVIII. com. 13. Ex Noſtro, ut videtur, citat Euſtath. ad Il. Φ. p. 1337: 42. & exponit ποίου ἐδάφους ἢ γῆς. In Schol. ad vs. 653. legi poſſet ὑπακούσεις, ſed nec ἀποκρίσεις reprobem.

Vs. 657. Φέρω καινοὺς λόγους. An κοινούς? Ob illud Soph. in Electr. vs. 1209. ubi idem Oreſtes τίς ἂν ὑμῶν τοῖς ἔσω φράσειεν ἂν ἡμῶν ποθεινὴν κοινόπουν παρουσίαν; hoc ut dicat *quibus adfero ſermones, quos utriuſque ſcire intereſt.* Sed

Και-

καινοὺς non moveam. Infra vs. 733. πάγγελτος φάτις. & κοινόπους παρουσία potius ad itineris pertinet ſocietatem & communem Oreſtis & Pyladæ adventum, licet interpres reddiderit, ut hic κοινοὺς λόγους ſi ſcriptum eſſet intelligeremus.

Vs. 659. ἐμπόρους. i. e. ὁδοιπόρους, ut in Soph. Oed. Colon. vs. 955. 307. & 25. ubi Schol. ἐμπόρων ἀντὶ τοῦ ὁδοιπόρων διὸ τὸ χ. vitii nota adpoſita, à quo Noſter fuerit immunis, ut qui inſtitutum tropum perſequitur. συνέμπορος pro *ſocio* nemo, quod quidem ſciam, improbavit, præter alios Noſter utitur infra vs. 731. & in Suppl. vs. 946.

Vs. 662. Ἐξελθέτω τις δωμάτων τελεσφόρος Γυνὴ, τόπαρχος. —— ——

i. e. ἢ τόπαρχος. Ut in Eumen. vs. 791. τί ῥέξω; γένωμαι. pro ἢ γίνωμαι, quod nec latuit Schol. cujus explicatio ἀρχηγὸς, διοικητὴς, non videtur eſſe τοῦ τελεσφόρος, ſed ad τόπαρχος referenda, quod verbi non comparet in Steph. Theſ. nec vertendum adeo erat *loci domina*, ſed *dominus*, quod manifeſtum ni fallor eſt ex eo, quod ſubdit, ἄνδρα δ' εὐπρεπέστερον, puta ἐξελθεῖν. Δόμων ἄνακτα vocat Eurip. Helen. vs. 472. & 512. Per τελεσφόρον γυναῖκα intelligit matrem familias, heram, quacum de negotio tranſigi poteſt. Heſych. Τελεσφόρος οἶκος, τοῦ γεγαμηκότος.

κότον καὶ τεκνώσαντος. pulcre ſane, quiſquis ille demum, ita qui fuit locutus.

Vs. 663. Αἰδὼς γὰρ ἐν λεχθεῖσιν οὐκ ἐπαργέμους
Λόγους τίθησιν. Εἶπε θαρσήσας ἀνὴρ
Πρὸς ἄνδρα, κἀσήμηνεν ἐμφανὲς τέκμαρ.

Recte ſtatuit Stanl. exemplo carere, ut, quæ Schol. eſt ſententia, negatio ſimplex abundet; neque tamen ideo quidquam in τῷ κειμένῳ corrigendum; ſenſus planus eſt & expeditus, modo per ὑπερβατὸν prolata ſic ordines verba, αἰδὼς γὰρ οὐκ ἐντίθησι τοῖς λεχθεῖσι λόγους ἐπαργέμους. *Neque enim vir cum viro ſermonem ſi habeat, pudor intermiſcet verba obſcura*; ſecus nempe ac fieri ſolet cum muliere ſi colloquatur. Τέκμαρ valet πέρας, τέλος: ut expl. Heſych. Pind. Pyth. Od. II. vs. 90. θεὸς ἅπαν ἐπὶ ἐλπίδεσσι τέκμαρ ἀνύεται. Εμφανῆ τεκμήρια φέρειν dixit Soph. in Electr. vs. 1214. & Noſter in Prom. vs. 824. τεκμήριον δῶναι μύθων. Conf. Lexica. Τῷ ἐπάργεμος utitur ſæpius, vid. Stanl. ad Prom. vs. 498. & Georg. d'Arnaud Not. ad Heſych. V. Ἄργεμα.

Vs. 666. Λέγοιτ' ἂν εἴ τι δεῖ. Eurip. in Electr. vs. 905. λέγ' εἴ τι χρῄζεις. & vs. 1049. λέγ' εἴ τι χρῄζεις κἀντίθες παῤῥησίᾳ. cujus ſenſum vereor ut ceperit interpres vertens *dic ſi quid*

cu-

cupis & oppone libere. Quid ſi *expone?* vid. not. ad Actor. Cap. XXV. comm. 14.

Vs. 674. Πατὴρ δεῦρ' ἀπεζύγην πόδας. In parentheſi leg. puto; *quemadmodum me huc veniſſe videtis.* Schol. verba ad vs. 672. manifeſto in mendo cubant; quo qua ratione ſint liberanda non video; nam ſi, quod proximum eſt, corrigas ἢ καὶ Αὐλίς. turpiſſimum ei errorem affinges. Scripſerat fortaſſe Δαυλὶς ὡς καὶ Αὐλίς. ut doceret gentile fominihum ſe habere ut Αὐλίς, quod probat Inſcriptio apud Golzium. Conf. Steph. Byzant. & ad eum Berkel. συμβαλὼν ἀνὴρ eſt *obvius*, pro quo alias συμβολεῖν vid. S. C. Theb. vs. 358. Heſych. & Lexica.

Vs. 679. πανδίκως μεμνημένος εἰπέ. Sic πανδίκως ἀπεύχομαι Eumen. vs. 807. & στελεῖν χθονὶ Soph. Trach. 620. ubi exponunt Schol. ἀνενδοιάστως. Verſu proximo ἄλλως valet *aliam ob cauſam*, nec omitti debebat in verſione. Illud μηδαμῶς λάθῃ non aſſecutus Schol. bene interpres *ne obliviſcare.*

Vs. 682. Εἰς τὸ πᾶν ἀεὶ ξένον. Supple χρόνον, addit in Eumen. vs. 673. πιστὸς εἰς τὸ πᾶν χρόνον. & pro eo εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον vs. 487. Plerumque omittit, ut in eadem fabula vs. 404. vs. vs. 83. 291. 894. Alibi notat *per omnia*, *in omnibus*, *prorſus*, *omnino.* Prom. vs. 735. τύραννος εἰς τὰ πάνθ' ὁμῶς βίαιος. Conf. Agam. vs. 690. & Eumen. vs. 52. Infra vs. 939.

ἐλα-

θάνε ἐς τὸ πᾶν ὁ φυγὰς Schol. exponit εἰς τὸ τέλ☉. & in Eumen. vs. 541. ἐς τὸ πᾶν λέγω illuſtrat καθολικῶς. Omiſſa præpoſitione τὸ πᾶν eſt in Prom. vs. 215. Agam. 1002. 1177. Heſych. Τὸ παράπαν, παντελῶς. quod habes in Ariſtid. Tom. III. p. 479. & apud alios. vid. & Suid. Subſequitur ἐφετμαῖς πορθμευμάτων πάλιν. quomodo etiam loquitur Eurip. in Iphig. Taur. vs. 735. Ὅρκον δότω μοι τούσδε πορθμεύσειν χθονός. Sophocli πορεύειν Oed. Col. vs. 1672. Ubi dicit τόνδ' ἐ-μπεδαλαῖς πατρὸς τυχεῖ περάσαι σὺν χρόνῳ. In Schol. licet ſcriptum mallem διακόμισον, nullus tamen adfirmem, ſic eum dediſſe. Conf. cum Noſtri verbis Soph. in Electr. vs. 1215.

Vs. 684. Νῦν γὰρ λέβητ☉ χαλκέυ πλευρώματα

Σποδὸν κέκευθεν ἀνδρὸς εὖ κεκλαυμένυ.

Haud abſurda eſt Stanl. divinatio κεκαυμένυ. Favet ſane Sophocles manifeſto Noſtrum imitatus in Electr. vs. 54.

——— ἄψορρον ἥξομεν πάλιν
Τύπωμα χαλκόπλευρον ἠρμένοι χεροῖν
——— ——— ———
Ὅπως λόγῳ κλέπτοντες, ἡδεῖαν φάτιν
Φέροιμεν αὐτοῖς, τοὐμὸν ὡς ἔρρει δέμας
Φλογιστὸν ἤδη καὶ κατηνθρακωμένον.

Vs.

Vs. 761.

Καί νιν πυρᾶ κείαντες εὐθὺς ἐν βραχεῖ
Χαλκοῦ μέγιστον σῶμα δειλαίας σποδοῦ
Φέρουσιν ἄνδρες —— ——

& vs. 1225.

Ὦ ξεῖνε δὸς νῦν πρὸς θεῶν εἴπερ τόδε
Κεκεύθεν αὐτ' τεῦχος εἰς χεῖρας λαβεῖν.

junge vs. 1218.

Vs. 689. Οἱ 'γὼ κατ' ἄκρας ὡς πορθούμεθα.

Stanl. conjectanti πορθούμεθα gratiam facimus. Sequentia ſatis oſtendunt, aliter poëtam haud prodidiſſe. Sic κατ' ἄκρας πυρὶ πέσοι Soph. Antig. vs. 207. κατ' ἄκρας ἑάλωκεν Themiſt. Orat. IX. p. 123. B. & quæ ſimiles locutiones paſſim obviæ. Eodem redit illud Soph. in Electr. vs. 768. πρόῤῥιζον ἔφθαρται τοῖς πάλαι δεσπόταις τὸ πᾶν γένος.

Vs. 691. Ὡς πόλλ' ἐπωπᾶς κἀκ ποδῶν εὖ κείμενα,
Τόξοις πρόσωθεν εὐσκόποις χειρούμενη.

Turn. ἐπ' ὤπαις. Hinc Cant. ἐπ' ὠπᾶς *coram, in conſpectu*, credo ut ἄγρα dicatur χειροῦσθαι non modo propinqua, ſed & longe remota. Verum verbum ἐπωπᾶν habes quoque Eumen. vs.

274. & 974. ἀπὸ σκοποῦ frequentat Oppianus; vid. III Cyneg. vs. 84. 160. 271. 405. & Lib. IV. vs. 14. In Schol. expoſitione κινουμένη quidpiam putabam inhæſiſſe vitii; ſed attendens ad τὰ κείμενα, quod quaſi opponitur, nil viſum eſt tentandum. Τόξοι πόῤῥωθεν εὔσκοποι ſunt ſagittæ eminus ſcopum ferientes. Vid. Polluc. IX: 107. & Heſych. Contrarium ἄσκοπος in hoc Luc. Tox. p. 109. ἄσκοπα τετοξευκαμένων.

Vs. 693. Καὶ νῦν Ὀρέστης (ἦν γὰρ εὐβούλως ἔχων
Ἔξω κομίζων ὀλεθρίου πηλοῦ πόδα)
Νῦν δ' ἥπερ ἐν δόμοισι βακχείας καλῆς
Ἰατρὸς ἐλπὶς ἦν, παροῦσαν ἐγγράφει.

Inter alia quamplurima, de quibus partim jam egimus, partim agendum reſtat, & hic locus mire exercuit Criticorum ingenia. Veteres Grammatici ἐγγράφει habuiſſe videntur pro imperandi modo, qui ſi ſit ſaltem ἔγγραφε ſcribendum putabat H. Steph. ipſe licet in Theſ. L. Gr. obſervet γραφέω Atticis uſurpari ἀντὶ τοῦ γράφω. Ulterius progreditur Canter. corrigens ἀποῦσαν ἐγγράφου, quomodo in Prometheo loquitur vs. 688. ἐγγράφου σὺ μνήμοσιν δέλτοις. Felicius verſatus interpres, niſi quod ſub-

ſubobſcurius reddit *ſpem præſentem in quæſtionem adducit.* Ordo & ſenſus eſt, tanquam ſcriptum legeres Καὶ νῦν δ' Ὀρέστης ἐγγέγραφε τὴν ἐλπίδα βακχείας καλῆς, ἥπερ μόνη ἰατρὸς παρῆν ἐν τοῖς δόμοις. *Et nunc Oreſtes damnis reliquis, quæ imprecatio cauſata, ſua morte ſpem quoque addit, quæ ſola nobis ſupererat, fore ut aliquando lætitia baccharemur.* Seu brevius, *& nunc cum Oreſte omnis ſpes futuræ lætitiæ in domo periit.* Ἥπερ ἐν δόμοις ἰατρὸς ἐλπὶς ἦν παροῦσαν ἐγγέγραφε dicitur, pro ἐγγέγραφε τὴν ἐν δόμοις ἰατρὸν ἐλπίδα, ἥπερ παρῆν. imitante oratione caſum relativi. Reſpicitur tacite ad Pandoræ pyxidem. Poſterius νῦν ob intercedentem parentheſin, quod fieri ſolet, & de quo infra quidpiam notabimus, repetitur. Ἦν ἔχων εὐβούλως noto ſchemate dictum pro εἶχεν εὐβούλως i. e. φρονίμως, συνετῶς, vid. Heſych. Aliud εὔβολος, quo deſtituitur Steph. Theſ. in Oppian. III. Hal. vs. 71. ubi εὔβολον ἄγρην Schol. recte explanat εὔκολον, εὔστοχον, ἐπιτυχῆ. Ad Noſtri Schol. quod attinet, niſi dederat fortaſſe, quod tamen vix eſt probabile, πέζῳ αὐτῆς ἀφανισθῆσαι ἀρχῆς, vereor ut magis ceperit ſenſum, quam V. D. Alterum ejus interpretamentum ad verſum præcedentem hauſtum ex vs. 774. Ὀρέστης ἐλπὶς οἴχεται δόμων. Æſchylum hic ut imitetur Sophocles vid. in Electr. vs. 812. ſeqq. conf. 930. & 1255.

Vs. 702. Πρὸς δυσσεβείας ἦν ἐμοὶ τόδ' ἐν φρεσὶ
Τοιόνδε πρᾶγμα μὴ καρανῶσαι φίλοις
Καταινέσαντα καὶ κατεξενωμένον.

Mallem ſi per libros liceret ἦν δ' ἐμοί. Πρὸς δυσσεβείας ἦν ἐμοὶ perinde eſt, tanquam ſcripſiſſet ἔδοξεν εἶναι δυσσεβές. & τοιόνδε valet *tantam*, *tanti momenti rem*. Conf. vs. 745. Καρανῶσαι idem quod πληροῦν, uti expl. Heſych. *peragere*. Supra vs. 526. τῇ τελευτᾷ καὶ καρανοῦται λόγος, ubi κεφαλαιοῦται exponit Schol. quomodo iterum Heſychius. Verba poſtrema interpreti non fuere pervia; καταινέσαντα erat vertendum *cum promiſerim*, Strophio nempe; vid. vs. 678. Soph. Oed. Colon. vs 1704. κατῄνεσσν μήποτε προδώσειν τὰς δ' ἑκών· Add. Suid. ξυναινέσαι habuimus in Agam. vs. 1217. Alterum κατεξενωμένον vel intelligi debet de Ægiſto & Clytemnæſtra, à quibus hoſpitio erat dignatus, & utroſque tam Strophium, quam hos complectentur verba καρανῶσαι φίλοις: vel itidem poterit accipi de Strophio; qui, ſi perageret mandata Oreſtes, revertenti atque referenti reſponſum jus hoſpitii obtulerit; vid. vs. 681. fortaſſe & ideo κατεξενωμένος, quod Strophius eum compellaverat ὦ ξένε vs. 678. Sed primum eligam ego.

Vs.

Vs. 708. ἀλλ᾽ ἔσθ᾽ ὁ καιρὸς ἡμερεύοντας ξένους
μακρᾶς κελεύθου, τυγχάνειν τὰ πρόσφορα.

Eo intelligo ſenſu ἡμερεύειν, quo exponit Poll. I : 64. τὸ δι᾽ ὅλης τι πρᾶξαι ἡμέρας ἡμερεῦσαι καὶ διημερεῦσαι. uti & Heſych. Διημερεύοντες explicans πᾶσαν ποιοῦντες τὴν ἡμέραν. Gloſſ. Vet. διημερεύω *omnem diem exigo*, in quocunque nempe labore, vid. & Schol. Soph ad Electr. vs. 790. hic loci ſupple ἐν τῇ ὁδῷ, ſeu potius ἐν τῇ μακρᾷ κελεύθῳ, quod ex genitivis additis adſumi convenit; quos ceterum non putem regi ab ἡμερεύειν; ſed τὰ πρόσφορα, atque diſtinctionem tollendam: firmat me in iſta opinatione Eurip. in Hel. vs. 515. ubi parili ratione habemus τὰ πρόσφορα τῆς νῦν παρούσης συμφορᾶς. Supra vs. 668. πόνων θελκτήρια dixerat ſenſu non multum diverſo. adde mox vs. 712. qui una cum duobus antecedentibus non comparet in Turneb.

CAP. XXXI.

Quid ὀπιϑόπȣς? *In Æſchylo verſio correcta.* Præſentia *verborum pro* futuris. *Themiſtius aſſeritur. Æſchylus ſæpius exponitur. Præpoſitio uni verbo præfixa in altero* ἀπὸ κοινȣ̃ *adſumitur.* Πύλαι *pro* ὁδοί. *Heſychio lux.* Η κρᾶδοι hera. *In Sophocle verſio correcta.* Κεύϑειν γέλων *&* δάκρυα. *Æſchylus tentatur. Quid* μητρόϑεν *&* à matre. *Æſchyli artificium ſingulare.* Νυκτίπλαγκτος. ἀνάγκη *&* γαστρὸς ἀνάγκη. *Quid* λιψȣρία? *In Heſychio recepta lectio defenditur.*

Vs. 710. ἄγ' αὐτȣ̃ εἰς ἀνδρῶνας εὐξένȣς δόμων·
ὀπιϑόπȣς ἢ τάσδε καὶ ξυνεμπόρȣς.

Gravius allucinatur doctiſſimus interpres ὀπιϑόπȣς vertens *pediſſequas*, obverſante opinor ita ſcribenti loco Eurip. in Hippol. vs. 54. πολὺς ἅμ' αὐτῷ προσπόλων ὀπιϑόπȣς κῶμος λέλακε. & vs. 1179. ὀπιϑόπȣς φίλων ὁμήγυρις. Verum eadem heic ſi obtineret ſignificatio, ſcriptum oportebat ὀπιϑόποδας. Redde ergo *reverſus*. Heſychius ad hunc ipſum fortaſſe locum, Ὀπιϑόπȣς, ἀποστρέψας.

Vs. 715. Κοινωσόμεσϑά τοι κ' ȣ̓ σπανίζοντες φίλων

βουλευσόμεσθα τῆσδε συμφορᾶς πέρι.

Pro βουλευσόμεσθα, quod ſuos credo debet natales H. Steph. correctioni, ut ubique impugnat temporum hanc præſentis Aoriſtique enallagen, Turneb. habet βουλευόμεσθα. Non fuiſſe autem mutandi cauſam, etſi ex iis, quæ alibi produximus conſtare poſſit; tamen abs re non fuerit quædam ſuperaddere. Xenoph. Κ. Α. Lib. VI. p. 219. med. νομίζων καὶ τὴν τιμὴν μείζω οὕτως ἑαυτῷ γίνεσθαι —— καὶ εἰς τὴν πόλιν τοὔνομα μειζόνως ἀφίξεσθαι αὐτοῦ. Sic Edit. Iſingr. cum Mſſ. Steph. quod magis probo μεῖζον, & dederat forte Xenophon μεῖζον ἀποφίξεσθαι. Rurſus Lib. VI. Cyropæd. p. 89. ſub princ. ἣν διαλυώμεθα τὸ στράτευμα, τὰ μὲν ἡμέτερα ἀσθενέστερα γίνεται, τὰ δὲ τῶν πολεμίων πάλιν αὐξήσεται. Stephanus excudit γίγνοιτο ἄν. Them. Orat. XXXIII. p. 366. D. ἐὰν μὴ πρὸ τοῦ λόγου ὁμολογήσετε καὶ χαλεπαίνειν μηδὲ θορυβήσειν. Idem Orat. XX. princ. ἀπειλεῖ δεινὰ ἄττα με ἐργάζεσθαι, διαγράψειν μὲν —— ἐξαλείψειν δέ. & tamen illud p. 239. A. τῶν τριάκοντα τυράννων ἀπειλούντων —— ἀποκτενεῖν τε καὶ ἐξελαύνειν καὶ ἀνήκεστα ἐργάσεσθαι non tulit Petavius reponens ἐλάσειν. Adde Noſtrum in Prom. vs. 171. ibique Schol. B. & Soph. Trach. vs. 369.

Vs. 719. Πότε δὴ στομάτων
Δείξομεν ἰσχὺν ἐπ' Ὀρέστῃ;

Sup-

Supple εἰ μὴ νῦν, *ſi nunc non facimus*, ὑπόληψις eſt πρὸς τὸ σιωπώμενον, & per interrogationem legendum.

Vs. 724. Νῦν γὰρ ἀκμάζει πειθὼ δολία
Ξυγκαταβῆναι, χθόνιον δ' Ἑρμῆν,
Καὶ τὸν νύχιον τοῖσδ' ἐφοδεῦσαι
Ξιφοδηλήτοισιν ἀγῶσιν.

Vitioſe Turneb. ξιφοδμήτοισιν. Superioris fabulæ vs. 1537. ξιφοδηλήτῳ θανάτῳ θύσας. Verba priora ſic accipe; νῦν γὰρ ὦ πειθὼ δολία ἀκμάζει σε συγκαταβῆναι: ſunt enim æque vocativi, atque illa ὦ πότνια χθὼν & ἀκτή. Sequendo Schol. ἀκμάζει duplici virtute foret poſitum hic pro *pollet*, *valet*, ſeu ut ipſe expl. καιρὸν ἔχει; cum altera periodi parte Ἑρμῆν ἐφοδεῦσαι, notaret *tempus eſt*. In ἐφοδεῦσαι repetenda videtur ex verbo altero ἡ σὺν, quod cum alibi fieri oſtendi, tum ex hoc Baſilii conſtat Tom. I. p. 590. c. Ὅλως δὲ (ὁ δαίμων) καταστοχεύεται τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων ἐγχορεύων τε καὶ ὀρχούμενος ταῖς δειλαῖς ψυχαῖς. pro ἐνορχούμενος. Conf. Cl. Hemſterh. ad Comici Schol. in Plut. vs. 151. Contrario modo verbo ſemel poſito præpoſitio qua cum eſt compoſitum repetitur. Herodotus cum alibi, tum Lib. V. c. 81. καὶ μὲν ἔσυρον Φάληρον, καὶ δὲ τῆς ἄλλης παραλίης πολλοὺς δήμους. Lib. VIII. c. 33. Κατὰ μὲν ἔκαυσαν Δρύμον πόλιν, κατὰ δὲ Χαράδραν. cap 89. ἐν δὲ τῷ πόνῳ τούτῳ ἀπὸ μὲν ἔθανε ὁ στρατηγὸς — ἀπὸ

δὲ

ἢ ἄλλοι πολλοί. Add. Lib. IX. c. 5. Verbum repetit cum præpoſitione Lib. III. c. 36. & alibi.

Vs. 730. Ποῖ δὴ περνῆς γείλιστα δωμάτων πύλας;

i. e. *quo & in quem finem vias emetiris per conclavia?* πύλαι hic ſunt πυλῶν ὁδοὶ, vel ἔξοδοι ut in S. C. Theb. vs. 58. viæ quæ ducunt per fores in conclavia. Heſych. V. Πύλαι, καὶ τὰς ὁδοὺς πύλας λέγουσι, non generatim opinor quaslibet ὁδοὺς, ſed cujuſmodi dixi, per anguſtias quæ ferunt, ut per fauces montium & ædium januas. Δόμων πύλας dixit quoque Eurip. in Electr. vs. 661.

Vs. 732. Αἴγιστον, ἡ κρατοῦσα τοῦ ξένους, καλεῖν
Ὅπως τάχιστ' ἄνωγεν; ———

Duplici fungitur munere ἡ κρατοῦσα, nominis puta, pro ἡ δεσπότης, & participii. Soph. Trach. vs. 408.

Πρὸς τῆς κρατούσης Δηϊανείρας Οἰνέως
Κόρης δάμαρτά θ' Ηρακλέους (εἰ μὴ κυρῶ
Λεύσσων ματαια) δεσπότην τε τῆς ἐμῆς.

Vs. 735. ——— ——— πρὸς μὲν οἰκέτας

Οἰ-

> Θέτε σκυθρωπῶν ἐντὸς ὀμμάτων γέλων
> Κἄθυσ᾽ ἐπ᾽ ἔργοις διαπεπραγμένοις.

Σκυθρωπὸν habet Turn. editio, nec diſtinctione poſita poſt διαπεπραγμένοις verſ. ſeq. præbet κοινῆς, nempe δόμοις, iterum, ſed male, interpunctione omiſſa. Noſtri locum ſibi imitandum propoſuit Eurip. in Oreſt. vs. 1121. ubi Pylades.

> Τοὺς πρὸς αὐτὴ θήσομεσθ᾽ ἁπάσχομεν.

ad hæc Oreſtes.

> Ὡς ἐνδακρύουσί γ᾽ ἔνδοθεν κεχαρμένη.

& vs. 1319. Electra

> Κἀγὼ σκυθρωποὺς ὀμμάτων ἕξω κόρας,
> Ὡς δῆθεν οὐκ εἰδυῖα τ᾽ ἀξειργασμένα.

Ut & Sophocles Electr. vs. 808.

> Ἆρ᾽ ὑμὶν ὡς ἀλγοῦσα κ᾽ ὀδυνωμένη
> Δεινῶς δακρῦσαι κἀπικωκῦσαι δοκεῖ
> Τὸν υἱὸν ἡ δύστηνος ὧδ᾽ ὀλωλότα;
> Ἀλλ᾽ ἐγγελῶσα φροῦδος, ———

Minus bene poſtrema vertit interpres, *ſed in his malis adhuc perditiſſima mulier ridet*, pro *imo vero ſola cum eſt ridet.* aut ſi mavis per interrogationem prolata, *an potius videtur tibi ſola cum eſt ridere?* Apul. Metam. VIII.

p.

p. 156. Edit. Goud. *At ille, quamquam perfecto voto, proſtrato inimico lætus ageret; vultu tamen gaudium tegit, & frontem aſſeverat, dolorem ſimulans — & omnia quidem lugentium officia ſollerter affingit; ſed ſolæ lacrymæ procedere noluerunt.* ubi conf. quæ notat Pric. & Noſtrum in Agam. vs. 803. κεύθειν γέλων dixit ut Hom. Odyſſ. τ. vs. 212. δόλῳ δ' ὅγε δάκρυα κεῦθε. Vs. 739. leg. φήμης ὕφ' accentu addito.

Vs. 747. φίλον δ' Ὀρέστην τῆς ἐμῆς ψυχῆς τριβήν,
Ὃν ἐξέθρεψα μητρόθεν δεδεγμένη,
Καὶ νυκτιπλάγκτων ὀρθίων κελευσμάτων,
Καὶ πολλὰ καὶ μοχθήρ' ἀνωφέλητ' ἐμοὶ
Τλάσῃ. ———

Accuſativi φίλον δ' Ὀρέστην etſi pendeant ab ἐξεδεξάμην vs. 760. tamen omnem nequicquam inſumſeris operam, ubi ad juſtam ſtructuræ ſeriem verba velis exigere. Inde quippe à vs. 747. ad 762. omnia ita ſunt turbata atque abrupta, ut, quo in genere regnat Æſchylus, atque inimitabilis exitit, mirando artificio quaſi præſentem ſiſtat mulierem nutricem ad nuncium de obitu cari ſui alumni acerbiſſimo dolore ſauciam, neque narrari de

 ea,

ca, ſed ipſam coram delamentantem audire videaris: Quumque inſtituta oratio hunc fere in modum fuiſſet deducenda, τὰ μὲν γὰρ ἄλλα τλημόνως ἤντλουν κακά. ὅτι δὲ πεύθομαι τὸν φίλον Ὀρέστην τεθνάναι, ὃν ἐξέθρεψα μητρόθεν δεδεγμένη, καὶ οὗ χάριν ἔτλησα πολλὰ καὶ μοχθηρὰ νυκτίπλαγκτα ὄρθια κελεύσματα, νῦν δὲ ἀνωφελῆ, τοῦτ' ἐμοὶ οὐκ ἀνεκτόν. & ut reliqua quoque paucis complectar, ſenſus eſt, *ego vero iotrix quæ fui, imo latrix nutrixque ſimul, nam una utroque munere ſum functa, ambæ eundem tulerunt laboris fructum, quanta ſpe excidi? Oreſten quippe, quem educandum patri ſusceperam, & circa quem omnis mea verſabatur cura, mortuum cum audio, quo iſtud animo feram?* Nunc de ſingulis; ψυχῆς τριβὴν dixit, ut alii μέλημα, vid. hic Stanl. & Kuſter. ad Ariſtoph. Eccleſ. vs. 900. Add. Pind. Pyth. Od. X. vs. 92. μητρόθεν i. e. à partu, ſimulac in lucem erat editus. Supra vs. 607. ἐπεὶ μολὼν μητρόθεν quod Gregor. Palamæ Declam. invectivæ Mentis in Corpus p. 6. τοῦ ξυνοῦ ἱερὸν ἐκπίπτοντες. Herodiano in Commodo p. 392. ἅμα τῷ τῆς γαστρὸς προελθεῖν. Themiſt. Orat. IX. p. 121. A. ἐκ τῶν ὠδίνων σε νίκη ὑπεδέξατο. & Orat. IV. p. 59. A. πόλις αὐτὴ ἐμαιεύσατο ἐκ τῶν ὠδίνων. Idem Orat. XVIII. p. 224. C. σεβαστὸς ἐκ τοῦ λίκνου καὶ τῶν σπαργάνων. Conf. ad. S. C. Theb. vs. 670. Νυκτίπλαγκτα ὄρθια κελεύσματα vocat, quæ de nocte in ulnis geſtantem per cubiculum vagari coegerint clamoris ſedandi er-

go. Sic εὐνὴν νυκτίπλαγκτον dixit in Agam. vs. 12. πίνον vs. 388. δείματα ſupra vs. 521. In Schol. ad vs. 749. lin. 4. l. τῷ κλαίων. Pro ἀναφέλητ᾽ legere malim ſejunctis vocibus ἀνωφελῆ τ᾽; etſi non ignorem Sophoclem hinc videri derivaſſe illud Electræ in cognomini fabula vs. 1248.

> Οἴμοι τάλαινα τῆς ἐμῆς πάλαι τροφῆς
> Ανωφελήτου, τὴν ἐγὼ θάμ᾽ ἀμφί σοι
> Πόνῳ γλυκεῖ παρέσχον ———

Vs. 751. ——— τὸ μὴ φρονοῦν γὰρ ὡσπερεὶ βοτὸν
> τρέφειν ἀνάγκη, πῶς γὰρ οὔ; τρόπῳ φρενός·
> Ου γάρ τι φωνεῖ παῖς ἔτ᾽ ὢν ἐν σπαργάνοις,
> Η λιμὸς, ἢ δίψη τις, ἢ λιψουρία
> Εχει· νέα δὲ νηδὺς αὐτάρκης τέκνων
> Τούτων πρόμαντις οὖσα ——— ———

Niſi is eſſet, quem diximus, ſermonis character, corrigendum edicerem τρέφει ἀνάγκη, opponit enim φρενί; quin quaſi exponit per illa νέα νηδὺς αὐτάρκης πρόμαντίς ἐστι. Schol. & quod editur explanat, & τρέφει. vs. 753. Sententia erit, ἡ γὰρ ἀνάγκη τῆς γαστρὸς αὐτάρκης πρόμαντις τρέφει, καὶ ποιεῖ τρέφεσθαι τὸ βρέφος τὸ μὴ φρονοῦν ὥσπερ βοτὸν, τρόπῳ φρενός. *Neceſſitas loco rationis alit ſicuti pecus infantem nondum rationis uſu præditum.*

tum. Vel etiam hoc modo, ἢ γὰρ ἀνάγκη τρόπῳ φρενὸς τρέφει παῖδα ἔτι ὄντα ἐν σπαργάνοις ὡσπερεὶ βοτὸν μὴ φρονοῦν· πῶς γὰρ οὔ; ſic γαςρὸς ἀνάγκη in Agam. vs. 735. ſequendo editam talis fuerit inſtituendus ordo: ἀνάγκη γὰρ ἐςὶ τρέφειν τὸ μὴ φρονοῦν ὡσπερεὶ βοτὸν τρόπῳ φρενός· πῶς γὰρ οὔ; οὐ γὰρ τι φωνεῖ — *Quicquid enim ratione non utitur pecudis inſtar alendum; & qui aliter poſſis facere? quando ſermonis indicio prodere nequit infans in faſciis dum eſt famem, ſitim* &c. Dices fortaſſe ſatis bene & hoc procedere, fateor; ſed latuit te prætermiſſum τρόπῳ φρενὸς, quod ſi reddi poſſit, ut fecit interpres, *prudenti modo*, digitum non verterim, ſive hoc, ſive illo legatur modo; verum dubito an cuiquam ſe ſit probaturum. Vs. 754. ut non ſpernerem ἢν vel εἰ, ſi adeſſet, ſic τῷ ἢ, quod habemus, non ſubſtituam. Λιψουρία male vertit interpres *urinandi libidinem*, converſum oportebat *humectatio*, ex λίβειν idem quod λείβειν; non ex λίψ, ἐπιθυμία. Neque enim clamores vagitumve edet infans veſiculam exonerans, niſi rariſſime ægre & cum dolore forte eunte lotio; ſed faſciis urina madidis ei incommodantibus in horas. Nullius pretii eſt ejuſdem conjectura δίψαια; quia de δίψη jam præceſſit. Λιψυδρία tanquam legiſſet, citat ad Heſychium Sopingius V. λιψύδριον, cui nullo jure ab Palm. ſurrogari λειψύδριον ex dictis jam liquet opinor; aliter ſi ſtatuis poteris

ris vocare in partes Euſtath. ad Il. Δ. p. 351: 12. Conjecturis vero ſi eſſet locus quidni ſcriptum fuiſſe liceret ſuſpicari δυσυρία *urinæ cum dolore excretio?* Sed ſcil. Viris doctis obſtitit νέα γὰρ νηδὺς τούτων πρόμαντις οὖσα, quæ ut optime dicuntur de *fame* & *ſiti*, ſic in faſcias urina madidas moleſtasque infanti non quadrat fateor: ſed quicquid hoc eſt incommodi, id ex ſermonis charactere repetendum. Vs. 755. δὲ cum Schol. non ſumo pro γὰρ, ſed ἀλλά. Participium οὖσα eſt pro ἐστὶ, de quo in præcedentibus; vel ex φωνεῖ verbum quodpiam poterit intelligi; aut ipſum quoque huc trahi, ut ſit *etſi ſermone deſtituatur, defectum abunde ſupplere teneram alvum*, ἤ τις ἀντ' αὐτῆς φωνεῖ. Aliter paulo Schol. tu elige, quod præplacebit.

Cap.

CAP. XXXII.

In Æſchylo edita lectio vindicata. Macula è Suida & Thucydide ſublata. Dualis *pro* plurali *& contra* Τέλος ἔχειν. Δέχεσθαι *&* ἐνδέχεσθαι partum. *Quid* ἐνδέχεσθαί τι τινί? *Inquiritur quo ſenſu* ἐνδέχεσθαι *poſitum ſit apud Demoſthenem. Æſchylus explicatur.* Ὀρθῶσαι *&* κατορθῶσαι φρενί. Ἄνωχθι. Ζήλη æmula, rivalis. Ἄπειρος *&* ἔφοδος *adjective uſurpata. Ariſtidis locus defenditur. In Thucydide codicum quorundam lectio revocatur.* Ἔχειν *pro* noſſe. Νῦν modo.

Vs. 756. —— —— πολλὰ δ' οἴομαι
Ψευσθεῖσα παιδὸς σπαργάνων φαι-
δρύντρια,
Γναφεὺς τροφεύς τε ταὐτὸν εἰχέτην
τέλος.

Nec hic tentem quidquam; fulloniam exercebant viri, hinc maſculinis utitur poëta, & in tertia loquitur perſona, non prima εἶχον, licet nutrix utroque ſe dicat functam munere. Verti debuiſſe εἰχέτην *habuerunt*, non *habuiſtis*, vel puer videat; Suidas V. ἔχετον, ἐχέτην δυϊκῶς ἀντὶ τοῦ εἶχον l. εἰχέτην, nempe inciderat auctor gloſſæ in locum, ubi duale verbum conſtruebatur cum nomine plurali; quod tritum æque & obvium, atque in quibus pluralibus accedit dualis. Vid. exemplorum

rum affatim apud Arnaudtium Lect. Græc. Lib. II. c. VIII. p. 185. ſeqq. Adde ſi lubet Euſtath. ad. Il. A. p. 86 : 21. Quo magis mirum Reineſio Inſcript. XLI. Claſſ. I. tantopere diſplicuiſſe συνεξέξαντε —— ὑπερτιθέσαν, ut antiquo Græcorum idiomati adverſari pronunciaret ; ſed obſtitit eadem numerorum enallage Pindari criticis Olymp. Od. II. vs. 158. Cæterum in ejuſdem temporis numero peccatum reſidet in Editt. Thuc. II. c. 86. perperam exhibentibus διέχετον pro διεχέτην. τέλος expono *fructum*, *exitum*. Heſychius ἔχει τέλος ; τετελεύτηκε Λάκωνες. Dicas Laconum fuiſſe phraſin ; atqui Atticis eadem fuit uſitatiſſima : videor tamen mihi ſimile quid legiſſe apud Plutarchum ; ſed locum non ſuggerit memoria. Noſter in Prom. vs. 13. ἐντολὴ Διὸς ἔχει τέλος. Xen. VIII. κ. π. p. 129. med. ὡς ταῦτα τέλος εἶχεν —— Diod. Sic. Lib. XIII. p. 352. med. πράξεων τέλος ἐχουσῶν. Iterum Xenoph. κ. π. VII. p. 109. ult. οὗτος μὲν γὰρ ἔχει τὸ κάλλιστον τέλος, νικῶν γὰρ τετελεύτηκεν. ut Joſeph. B. J. Lib. VII. c. 5. §. 6. & εὑρέσθαι τέλος c. 8. §. 1. Add. Parthen. Erotic. c. 10. Marci cap. III. comm. 26. Luc. XXII : 37. Epiſt. ad Hebr. c. VII : 3. & quos non alios. In Eurip. Oreſte vs. 1547. τέλος ἔχει δαίμων βροτοῖς ſimplex ponitur pro παρέχει. Præterea nec ψευσθεῖσα ſollicitandum puto, ἀλλὰ potius accipiam ἀντὶ τοῦ πάντα, hoc ut dicat, *in*

omnibus ſpem ſuam eluſam. De voce χειρωναξία, quæ illico ſubſequitur, adi Potter. ad Lycophr. vs. 521.

Vs. 760. Ὀρέστην ἐξεδεξάμην πατρί. Superius vs. 748. dixerat, ὅν ἐξέθρεψα μητρόθεν δεδεγμένη. Vox propria ſcil. obſtetricum, quæ, ut videtur, ſimul nutricum officia obibant. Ariſtid. Tom. I. p. 24. τῇ Λητοῖ πλανωμένῃ διὰ πάσης γῆς καὶ θαλάττης ἡγεῖται, Minerva, πρὸς τὸν εἱμαρμένον χῶρον, οὗ μόνον ἦν αὐτῇ τεκεῖν· καὶ ἐπειδὴ ἔτικτε, μαιοῦταί τε καὶ δέχεται τοὺς παῖδας. Heſiod. Θεογον. vs. 479.

> Ὁππότ' ἄρ' ὁπλότατον παίδων ἤμελλε τεκέσθαι,
> Ζῆνα μέγαν· τὸν μέν οἱ ἐδέξατο Γαῖα πελώρη
> Κρήτῃ ἐν εὐρείῃ τραφέμεν ἀντιταλλέμεναί τε.

Conf. modo ſcripta ad vs. 748. Idem vero hic loci ἐκδέξασθαι πατρὶ, quod in laudato Heſiodi verſu δέξασθαί οἱ τρέφειν —— valet enim ἐκδέξασθαί τι τινὶ, τὸ παρ' αὐτοῦ ληφθὲν πάλιν ἐγχειρίσαι αὐτῷ. neque aliter intelligo locum Geneſ. c. XLIV. comm. 32. ὁ γὰρ παῖς σου ἐκδέδεκται τὸ παιδίον παρὰ τοῦ πατρὸς λέγων —— Salmaſ. de Modo Uſur. p. 585. explicat *ſpopondit*, *fidejuſſit*, quod recidit eodem; re tamen multum differunt ἀναδέχεσθαι & ἐκδέχεσθαι, ſed quod nec Salmaſium latere potuit, qui tantum ad geneſios locum ſcripſit illa. Ut adeo hic optime Schol. ἐκ τοῦ παρακολουθοῦντος explanet per ἔθρεψα, ἀπέσωσα, *accepi alendum curandumque*. Junxit hæc Soph. in Electr. vs. 13. ubi itidem Oreſtis loquitur τροφεύς.

—— σὲ

——— σὲ πατρὸς ἐκ φόνων ἐγώ ποτε
Πρὸς σῆς ὁμαίμου καὶ κασιγνήτης λαβὼν
Ἤνεγκα, κἀξέσωσα κἀξεθρεψάμην.

Conf. Harpocrat. in V. Ἐκδεξάμενοι, & ex eo Suid. in quo pro ἐκείνῳ reſcribe ἐκείνοις, cum Harpocratione duce, tum ipſo Demoſthene. Cujus V. Philippica, ut hic laudat Harpocration, & iterum in V. Ἐπικηρυκεία, eſt, quæ hodie *de Pace* inſcribitur. Verba quæ inde citat leges p. 42. ſegm. 22. Edit. Lutet. atque ita ſe habet locus unde depromuntur Εἰ γὰρ Ἀργεῖοι μὲν καὶ Μεσσήνιοι καὶ Μεγαπολῖται καί τινες τῶν λοιπῶν Πελοποννησίων, ὅσοι γε δὴ τὰ αὐτὰ τούτοις φρονοῦσι, διὰ τὴν πρὸς Λακεδαιμονίους ἡμῖν ἐπικηρυκείαν ἐχθρῶς σχήσουσι, καὶ τὸ δοκεῖν ἐκδέχεσθαί τι τῶν ἐκείνοις πεπραγμένων — φοβοῦμαι. Hic commendat Harpocrat. ſenſus inveſtigandi curam aliis; quid ſi is operetur, quem expoſui p. 402. ſitque *comprobare*, *oſtendere ſibi placere*. Certe verborum nexum ſi conſideres, nihil aliud videtur velle Orator, quam *ægre laturos Meſſenios* —— *quod de pace egerint cum Lacedæmoniis Athenienſes, quo facto hi videantur declaraſſe ſibi placere, & calculo ſuo probare facta eorum, quæque ipſi ab illis perpeſſi ſint.* Wolfius nullo ſenſu convertit *propter acta quædam ſua impedita.* Διεχέσθαι λόγον quid ſit vidimus p. 368. quo refer λόγους ἐκδέχεσθαι in Eurip. Phoen. vs. 462. alium locutionum earundem uſum docebunt, quæ notavi p. 402. Ceterum non diſſimiles

Nutricis heic loci Philænidis ſunt querelæ apud Ariſtaen. Lib. I. Epiſt. 25. licet diverſa de cauſa ortæ; nempe in haec erumpit verba τούτοις οὖν ἐδακνόμην· τί δὲ οὐκ ἤμελλον ζήλην ἐμοὶ καθορῶσα τὴν ἐμὴν ἀδελφὴν, ἣν ταῖς ἐμαῖς ἀνέτρεφον ἀγκάλαις; τοιαῦτά μοι παρ' αὐτοῦ τὰ τροφεῖα. &c. Ubi notes verbum ζήλη, ex quo intelligimus uſum vocis adjectivum, non niſi ſubſtantive vulgo cognitum. Gloſſ. Vet. Ζήλη Pelix, *pellex, rivaria.* Eadem ratio eſt τοῦ λῆρος, quoties pro homine ληρώδει, uſurpatur: neutrum poſuit Ariſtid. Tom II. p. 323. μικρόν τι καὶ λῆρον τὸ διάφορον τῆς πίστεως. ubi fruſtra Cant. φλαῦρον corrigit; & ſic ἔφοδος in Polyaeni Lib. I. cap. ult. §. 3. συνιδὼν, Xenophon, ἀπό τινος ὄρους ἔφοδον ὄντα τὸν λόφον, ἐφ' οὗ τὴν φυλακὴν εἶχον οἱ βάρβαροι ——— τὴν πορείαν ἐπὶ τοῦτο (rectius opinor legetur τοῦτον, niſi per ellipſin V. μέρος voles intelligere) ἐποιεῖτο. & Thuc. Lib. VI. c. 66. ἔρυμα ἧ ἐφοδώτατον ἦν (τὸ χωρίον) τοῖς πολεμίοις λίθοις λογάδην καὶ ξύλοις διὰ ταχέων ὤρθωσαν. Sic leg. ex libris melioribus, revocata, quæ ex editt. hodie exulat genuina atque unice vera lectione, pro εὐεφοδώτατον, quod librariorum inſcitia produxit. Si enim, qua parte munimentis inſtruebant, erat εὐεφοδώτατον, neceſſe eſt in aliis fuerit εὐέφοδον, quod falſiſſimum arguunt hiſtorici verba, ſimulque cap. 64. ut vel ſolo hoc criterio ſcripturæ τὸ ἄχρηστον pateſcat pleniſſime. ἔφοδον erat haud dubie alibi; nam quid natura aut arte ita da-

tur

tur communitum ut omnino ſit inacceſſum? Δυσέφοδον, ſi quid uſquam, Capitolium erat Romanum, neque tamen ἀνέφοδον, ut patuit in Gallorum aſcenſu. Qua ergo ἐφοδώτατος erat locus, ibi munitione erecta effecerunt δυσεφοδώτερον, quod miror tot editoribus non ſuboluiſſe; facem licet præferente Schol. qui ſi quod vulgarunt agnoviſſet, explanare utique haud potuiſſet προσβῆναι δυνατὸν, ſed εὐχερὲς, aut ſimili modo. Quid quod H. Stephanus in Theſ. L. Gr. ne mentione quidem facta lectionis ſpuriæ ſic citat locum, prout adſcripſimus.

Vs. 770. —— αὐτὴν ἐλθεῖν —— ——

Ἄνωχθ᾽ ὅσον τάχιστα γηθούσῃ φρενί·
Ἐν ἀγγέλῳ γὰρ κρυπτὸς ὀρθώσῃ
φρενί.

Euripidis verſum, quem ex Euſtathio produxit Stanl. colorem hinc traxiſſe facile largior; at ex eo in Noſtri verbis nil mutem. Supra vs. 729. dixerat famulus, vel potius chorus, qui, in ſequentibus quoque loquitur,

Τροφὸν δ᾽ Ὀρέστου τὴν δ᾽ ὁρῶ κεκλαυμένην,

Hic idem exhortatur illam, ne lacrymans heræ mandata perferat Ægiſto, ἀλλὰ γηθούσῃ φρενί; rationem ſubnectit his verbis:

Ἐν ἀγγέλῳ γὰρ κρυπτὸς ὀρθώσῃ φρενί.

Poſita enim nutricis, perſona nuncii ſi indueris, ex voto tibi cedent omnia, ἐς ὀρθὴν

ἐλπί-

ἐλελίσσῃ ὢν φρονεῖς. Κρυπτὸς Attice poſitum ἀντὶ τῷ κρυπτῷ, de quo ſupra. Phraſin quam præ manibus habemus uſurpavit quoque in Suppl. vs. 922. ubi conf. Schol. & hujus fabulæ vs. 510. Tum γαθύσῃ φρενὶ, ut φαιδρᾷ φρενὶ vs. 563. ἄνωχθι, ut in Eurip. Alceſt. vs. 1054. & Rhes. 987. In Schol. leg. vel. εἰ χαίρεις, vel χαρήσῃς; aut potius χαρεῖσαι, & præfigenda videntur verba contextus Γαθύσῃ φρενί.

Vs. 772. ἀλλ' ἦ φρονεῖς εὖ τοῖσι νῦν ἠγγελμένοις.

Hic accipio νῦν pro ἤδη, πρότερον, modo, non vs. 694. ubi ſic exponebat Schol. Sequitur ἔχεις τι τῶν λελεγμένων δίχα; i. e. noſtine, ſciſne? ut in Soph. Antig. vs. 9. ἔχεις τι κεἰσήκουσας; Ariſtid. Tom. III. p. 182. ἔχειν ἰατρικὴν ἐπιστήμην. Add. p. 180. & Xenoph. Epheſ. Lib. II. p. 26. vs. 17. atque ita frequenter alibi. προέχειν pro prænoſſe videtur poſuiſſe Herodot. Lib. IX. c. 4. & iſti affini notione propria ἀντὶ τοῦ ante occupatum habere, Ariſtid. Tom. II. p. 92. niſi cum interprete malis ſumere pro principatum habere. Vs. 777. Turneb. Edit. lectione admiſſa πράσσε τὰ πεπραγμένα, erit pro τὰ πρακτέα. Vs. 779. quomodo legendum vidit Stanl. exhibet Editio m. d.

CAP.

CAP. XXXIII.

Παραιτεῖσθαι pro αἰτεῖσθαι. Æſchylus ſæpius explicatur. Λύειν *&* luere cædem, ſanguinem. Ἐπίφορος *quid?* Ἔπος ἄσκοπον. *Inquiritur quo ſenſu* πλεῖστον *Æſchylus dixerit* θῆλυν *&* ἐρωσάταν. Γόης *&* γοητεία *quid proprie? Item* κρεκτὸν *&* κρέκειν? Περαίνειν conficere. *Theophilus tentatur.* Τιθέναι φονίαν proſternere.

Vs. 781. Παραιτουμένη μοι δὸς τύχας. Pariliter Noſtri Criticis Pind. Schol. ad illud Nem. Od. X. vs. 56. παραιτεῖται χάριν monent ſubaudiri παρὰ σοῦ; ſed eosdem miror notare minus συνήθως τὸ παραιτεῖται poni ἀντὶ τοῦ αἰτεῖται, cum abunde ſit obvium. Demoſth. Adverſ. Med. p. 333. Segm. 103. παραιτήσομαι δ' ὑμᾶς μηδὲν ἀχθεσθῆναί μοι. Ariſtid. Tom. III. p. 410. παραιτοῦμαι δ' ὑμενῆ — εἶναι τοῖς — Idem Tom. II. p. 72. Add. Noſtri Schol. B. ad Prom. vs. 34. Bud. Comm. p. 1035. & Lexica Mox Vs. 791. Turn. habet ἀμείψῃ, quomodo & legerat in ſuo libro Schol. vel Attice accipe ἀμείψει. Tum in Schol. ad vs. 793. l. τῷ δρόμῳ; & in verbis Æſchyli pro ἐν ob metrum ſcribe ἐνί.

Vs. 792. Ἴσθι δ' ἀνδρὸς φίλου πῶλον εὖ-
νιν ζυγέντ' ἐν ἅρματι

Πε-

Πημάτων ἐν δρόμῳ προστιθεὶς
Μέτρον —— ——

Hypallage eſt in verbis ἴδοι — προστιθεὶς, pro εἰδὼς προσθείη, ut in Soph. Oed. Colon. vs. 1559. τυγχάνων ἀπεχόμην. & Virg. I. Æn. vs. 69. *ſubmerſas obrue puppes*. Deinde geminum illud in Prom. vs. 580. ἐνέζευξας ἐν πημοναῖς. Uſum τοῦ πῶλος apud Tragicos frequentem oſtendit Potter. ad Lycophr. vs. 453.

Vs. 795: —— τίς ἂν σωζόμενον ῥυθμὸν
Τοῦτ' ἰδεῖν δάπεδον
Ἀνομένων πημάτων ὄρεγμα.

Nil facile mutem. Precatus erat chorus Oreſti viam ingreſſo ad patrem ulciſcendum adeſſe ut velit Iupiter; nunc addit neminem alium in tam arduo negotio opem ei præſtare poſſe. Itaque ſic hæc acciperem, tanquam ſcriptum eſſet τίς γὰρ ἂν ἄλλος ἢ σὺ Ζεὺς δοίη ἰδεῖν ῥυθμὸν σωζόμενον καὶ τὸ ὄρεγμα τῶν πημάτων ἀνομένων καὶ τοῦτο τὸ δάπεδον. Sic ῥυθμὸς σωζόμενος reſpondebit τῷ μέτρον προστιθεὶς, & καὶ τὸ ὄρεγμα reſpiciet ad ἐν δρόμῳ. Heſych. Ὄρεγμα, βῆμα. Denique δάπεδον locum tenebit τοῦ ἅρμα. Ἀνύμενα πήματα reddo *mala exantlanda*, *perficienda*, non *finita*. Per Deos τοὺς ἔσωθεν δωμάτων πλουτογαθῆ μυχὸν νομίζοντας *Penates* intellige cum Spanh. ad Call. H. in Cerer. vs. 88. & Julian Imper. p. 68.

Πη-

πεπραγμένων ſcholium eſt, ut obſervat Canterus; verti debebat *perpetratorum* i. e. caeſi Agamemnonis.

Vs. 801. λύσασθ' αἷμα προσφάτοις δίκαις.

i. e quaſi ἀφαγνίσασθε; *expiate*, quæ duo juncta incedunt in Ariſtid. Tom. I. p. 445. τὸ δ' παρόντος ἀεὶ καθαρὰ δυσχερῆ λύον καὶ ἀφαγνιζόμενον (ὕδωρ) Liv. I. c. 26. *ut cædes aliquo piaculo lueretur*, & Cic I. Verr. c. 30. *innocentium ſanguis iſtius ſupplicio luendus eſt.* Ejuſdem ſcil. originis λύειν & λύειν unde Lat. *Luo*, cujus de ſignificationum ratione dicere forte liceret quædam nondum occupata, ſi per typographi liceret feſtinationem. Vid. interim Martinii Lexicon V. *Luo.*

Vs. 804. τόδε καλῶς κτάμενον. Satis obvium αἷμα pro *cæde*, vid. Agam 1468. Eum. 755. Suppl. 458. Eurip. Oreſt. 1626. hic ex Schol. mente, ut videtur, αἷμα κτάμενον erit αἷμα ἀναιρεθησόμενον, durius imo duriſſime ex meo quidem ſenſu; Sed de hoc ſtatuat quiſque uti volet; phraſin εὖ δοῦναι habet Soph. Oed. Colon. 669. conf. ſupra p. 259.

Vs. 810. ——— ξυλλάβοι δ' ἐνδίκως
Παῖς ὁ Μαίας ἐπιφορώτατος
Πρᾶξιν οὐρίαν θέλων.

 Πολ-

Πολλὰ δ' ἄλλα φανεῖ χρήζων,
Κρυπτά. ——— ———

Bene monet Schol. de uſu tropico τοῦ ἐπιφορώτατος; vid. Bud. Comm. p. 416. manet in metaphora addens πρᾶξιν οὐρίαν, quod vel regitur ab omiſſa τοῦ, vel θέλων prius præferam, & pro θέλων, quod videri poſſet adſcriptum fuiſſe τοῦ χρήζων explanandi ergo, etſi haud inconcinne legeretur πλεῖν i. e. δοῦναι, παρέχειν; tamen ita qui corrigere inſtitueret, me quidem ſibi non haberet adſentientem, qui non video in edita deſiderandum quid ſit. Schol. explicatio τοῦ ἐπιφορώτατος per λογικώτατος ad ſenſum attendendo Scholii ſequentis ſatis commoda, etſi à voce ipſa alienior. θέλων & χρήζων, quod fit ſæpiſſime conditionaliter ponuntur ἀντὶ τοῦ, ἐὰν θέλοι καὶ χρήζοι. Subdit Æſchylus Ἄσκοπον δ' ἔπος λέγων. Senſu alio, quam legimus in Longi Paſtor. Lib. IV. p. 140. ὅτε οὔτε Δρύας ἀσκόπως ἔρριψεν, οὔτε Διονυσοφάνης ἀμελῶς ἤκουσεν. tropo non invenuſto, quo & pertinet ejuſdem locus p. 127. οὐκ ἀπὸ σκοποῦ ὑπὲρ αὐτοῦ ἔλεγεν.

Vs. 818. Καὶ τότε δὴ πλοῦτον
Δωμάτων λυτήριον,
Θῆλυν οὐριοστάταν
——— μεθήσομεν
πόλει. ———

Do-

Docta eſt Schol. explicatio τοῦ θῆλυν per γεννητικὸν, ſed brevior, quam ut eam interpres convertere ſciverit in ſuum uſum. Senſus ſequendo enarratorem hic eſt, *interfectis Ægiſto & Clytemnæſtra; opes ædium liberas iri dimiſſum in civitatis commodum, hactenus quæ fuerint nemini utiles.* quippe à triparcis illis κατάκλειστοι ἐν θύραις καὶ σκότῳ πεφυλαγμέναι — ut verbis utar Luciani. Ea ſcil. opum eſt natura, ut ſicuti occupatæ varioſque in uſus expenſæ & poſſidenti pariunt commoda, & civibus; ita in arcis abſconditæ non magis proſint, quam quidvis viliſſimum. Prius Noſter hic ſiſtit per τὸ θῆλυν; hoc latet in οὐρειοφάντων. i. e. οὐρίως φανθέντα, ut recte idem explanat Schol. Nempe οὔρειον expono στεῖρον, ἄγονον, ἀχρεῖον, ut in οὔρειον ὠὸν, idem quod ὑπηνέμιον: niſi quis malit accipere pro occaſioni inhianti, qua evolare ſibi detur; ſed illud præfero. Interim quamvis ut videmus belle ſatis procedat ſenſus ex mente Schol. tamen aliud quid præterea videtur requirere illud λυτήριον μεθήσομεν, cui ſi addideris, quod neceſſe eſt oppoſitum intelligi, erit tanquam ſcriptum legeremus hunc circiter in modum, καὶ τότε δὴ πλοῦτον μεθήσομεν τῇ πόλει λυτήριον τὸ τέως, ὥσπερ κόρη, κατάκλειστον καὶ ἀχρεῖον. Nec dubitem fere quin Luciano haec ipſa Noſtri verba inſervierint in Timone, unde quæ inprimis huc facere, atque paraphraſios vice fungi poterunt, adpone-

nere non fuerit alienum. Sic p. 84. Edit. Amſtelod. legimus τὰς θύρας ἀναπεπτάσαι τῷ Πλέτω καὶ ἀφιέναι περινοστεῖν ἐλευθέρως οὔτε ἀποκλείοντας οὔτε ζηλοτυπῦντας. Hinc Plutum querentem; ὅτι κατακέκλεισαι πρὸς τῇ πλεσίων ὑπὸ μοχλοῖς καὶ κλεισὶ καὶ σημείων ἐπιβολαῖς, ὡς μηδὲ παρακύψαι οἱ ἐς τὸ φῶς δυνατὸν εἶναι. (quo refer, quæ habentur p. 89.) Deinde quibuſdam interjectis ὅτι ἐν χαλκῷ ἢ σιδηρῷ θαλάμῳ καθάπερ Δανάη παρθενεύεται ὑπ᾽ ἀκριβέσι καὶ παμπονήροις παιδαγωγοῖς ἀνατρεφόμενος τῷ τόκῳ καὶ τῷ λογισμῷ — ἱκανὴν εἰσομένοις οὐ τὸ αὐτοὺς ἀπολαύειν ἔχειν, ἀλλὰ τὸ μηδενὶ ἀποδιδόναι τῆς ἀπολαύσεως. Tandem comparationem, quæ hujus inprimis eſt loci, & quam jam attigerat in verbis adpoſitis, latius hunc in modum inſtituit p. 91. εἰ δέ τις ἐλεύθερον γυναῖκα εἰς τὴν οἰκίαν νόμῳ παραλαβὼν ἐπ᾽ ἀρότῳ παίδων γνησίων, ὁ δὲ μήτε αὐτὸς προσάπτοιτο ἀκμαίας καὶ καλῆς παρθένυ, μήτε ἄλλῳ προσβλέπειν ἐπιτρέποι, ἄγονον δὲ καὶ στεῤῥὰν κατακλείσας παρθενεύοι — καθ᾽ ὅπως ὁ τοιῦτος οὐ παραπαίειν δόξειεν ἄν, δέον παιδοποιεῖσθαι καὶ ἀπολαύειν τῦ γάμυ, κατομαραίνων εὐπρόσωπον οὕτω καὶ ἐπέραστον κόρην — διὰ παντὸς τῦ βίυ.

Vs. 820. Κρηκῦ γοήτων νόμον. Heſych. Κρέκελος, θρῆνος. & Etymol. in V. κερκὶς, Κρεκεῖν ἐστιν ἠχεῖν. l. κρέκειν, & vid. H. Steph. Indic. Theſ. L. Gr. De uſu verbi γόης hic quem præſtat adi Euſtath. ad Il. Ζ. p. 510. med. & Σ. 1199 : 41. Suidas Γοητεία ἀπὸ τῦ ἀνάγειν νεκρῦς διʼ ἐπικλήσεως, ὅθεν εἴρηται ἀπὸ τῶν γόων καὶ τῶν θρήνων τῶν περὶ τῦ τάφυς γινομένων. In Schol. leg. νόμον.

Vs. 830. Περαίνων ἐπίμομφον ἄταν. Recte

Schol.

Schol. per ἄταν ἐπίμομφον intelligit Clytemnæſtram, & περαίνειν exponit *conficere*, *perimere*, quo refer hoc Ariſtid. Tom. I. p. 535. ἐφάνη τὸ χρῆμα περανθέν, i. e. *conſumtum*, ut bene vertit Cant. ſic fere nos *het is gedaan*, & *gedaan met.* vid. & not. ad vs. 875. Ordinem verborum hunc ſi inſtituamus, σὺ δὲ ὅταν ἥκῃ τὸ μέρος τῶν ἔργων σου θαρσῶν τῷ ἔργῳ πατρὸς ἐπαΰσας τῇ θροούσῃ πρὸς σὲ τέκνον αὐδὰν μητρὸς, καὶ περαίνων ἴσθι. nihil cum Schol. erit ſupplendum, niſi ἴσθι *eſto*. Θαρσῶν ἔργῳ πατρὸς erit *fiduciam cape ex cæde patris*, *ad audaciam te erigat parentis cædes ab illa peracta*. Apud Theophil. ad Inſtitut. Tit. de his qui ſui vel alieni juris ſunt, leges τὴν τῶν δεσποτῶν ἐξουσίαν ἀμείωτον εἶναι χρὴ κατὰ τῶν οἰκετῶν, ἀλλ' οὐ δεῖ τούτῳ τῷ νόμῳ περιαιρεῖσθαι, quod qua ratione notare poſſit, quod debet, dum oſtendent alii, ego interim legam παραιρεῖσθαι, aut ſi malis ὑφαιρεῖσθαι; quibus convenit expoſitio, quam ſubdit τουτέστιν οὐ δεῖ τι ποτὲ τῶν δεσπότου οἰκείων μειοῦσθαι ipſiusque reſcripti verba, *Dominorum poteſtatem in ſervos ſuos illibatam eſſe oportet, nec cuiquam hominum jus ſuum* DETRAHI.

Vs. 836. φονίαν ἄταν τιθείς. Eidem adſentior Schol. expl. καταβάλλων, ſic enim leg. i. e. *proſterne*. Supra vs. 574. νεκρὸν θήσω. & ſic Eurip. Med. vs. 374.

CAP. XXXIV.

Ὑπάγγελος. Αἱματοσταγής. Æſchylus explicatur. Quid ἑλκαίνειν? Heſychius emendatur. Ἑλκοῦσθαι & δάκνειν accipiuntur tropice. Ἀμφέρειν. Βλέπειν vivere. Λόγοι θνήσκοντες. Δειματοῦσθαι. Æſchylus iterum atque iterum exponitur. Πυνθάνεσθαί τι. Æſchylus tentatur. Verbum nonnunquam ex præcedenti nomine ſupplendum. Αὐτὰ ἰδεῖν &c. Quid ἐλέγχειν? Suidæ gloſſa examinatur.

Vs. 838. Ἥκω μὲν οὐκ ἄκλητος, ἀλλ' ὑπάγγελος.

ὑπάγγελος i. e. ὑπ' ἀγγέλων κληθεὶς, ut Noſtrum manifeſto imitatus loquitur Soph. in Ajac. vs. 290. τί τὴν δ' ἄκλητος, οὔθ' ὑπ' ἀγγέλων κληθεὶς ἐφορμᾷς πεῖραν; & in Trach. vs. 395. ὅδ' ἀνὴρ οὐκ ἐμῶν ὑπ' ἀγγέλων, ἀλλ' αὐτόκλητος ἐκ δόμων πορεύεται. In Eurip. Androm. vs. 562. μυρίων ὑπ' ἀγγέλων μετῆλθόν σε. Similia ϖελοστολογίας ſpecimina obſervavimus in præcedentibus; & apud Herodotum ſingulis fere paginis ſunt obvia. Add. Luc. cap. I. comm. 20. & ibi Philol.

Vs. 842. Γένοιτ' ἂν ἄχθος δηματοσταγὲς φόνῳ
Τῷ πρόσθεν ἑλκαίνοντι καὶ δεδηγμένῳ.

Putat Stanl. legi poſſe αἱματοσταγὴς, imo vero ita reſcribi neceſſe eſt, quod nullus editæ ſit ſenſus. Sic φόβος αἱματοσταγὴς in Agam. vs. 1318. νεκρὸς in S. C. Theb. 843. ἔθνος Eumen. 366. & αἱμοσταγὴς in Eurip. Theſ. vs. 25. ubi vid. Barneſ. Senſus eſt *nuncium de morte Oreſtis novam cauſaturum cruentationem, necdum ceſſante priore, quam Agamemnonis cædes cauſata fuerat.* Intenditur Electra, forte quoque Nutrix, & ſi qui alii ſuperant Oreſti faventes, quos eſſe negat Senex apud Eurip. in Electr. vs. 605. Ordo eſt, ἄχθος ἂν γένοιτο αἱματοσταγὲς τῷ ἑλκαίνοντι καὶ δ. τῷ πε. φόνῳ. caſus τῷ φόνῳ pendet ab utroque participio, eſtque ſextus, non tertius, ut cepit interpres, quem plane fugit verborum ſenſus. Ἑλκαίνειν Steph. in theſauro omiſſum, idem eſt, quod ἑλκοῦσθαι *exulcerari*, quo utitur Ælian. de Anim. Lib. I. c. 30. Luc. c. XVI. comm. 20. Eurip. Hec. vs. 405. tropice pro λυπεῖν idem in Alceſt. vs. 879. ἔμνησας ὅ μου φρένας ἥλκωσεν. ubi vid. Schol. adde Suppl. vs. 223. & ſic δάκνειν, unde rurſus Eurip. in Rheſi vs. 596. χωρεῖτε λύπη καρδίαν δεδηγμένοι, ut καρδίᾳ δηκτὸς ſupra in Agam. vs. 1480. Conf. vs. 800. Heſych. Δεδηγμένος, βεβλημένος. Quo refer Noſtrum præcedentis fabulæ vs. 1173. Πέπληγμαι ὑπαὶ δήγματι φοινίῳ. Lycophr. vs. 954. συμφορᾶς δεδηγμένοι Add. Kuſter. ad Ariſtoph. Acharn. vs. 1. Hinc opem ferimus Heſychio foe-

foediſſime habito, ubi legitur Ἑλκανᾶσα, ἑλκωμένη, ἢ ἑλκοποιημένη ὑπὸ πυρός. Emendo Ἑλκάνασα, ἑλκωμένη, ἑλκοποιημένη, ὑπόπυρος. Aut ſi mavis ἡλκωμένη, ἡλκοποιημένη —— Illud Schol. εἰς ἐπὶ μαχαίρας ἐ περικαλυφθέντι, ἀλλ' ἀσιμνήσω minus capio; an pro δεδηγμένῳ in ſuo libro invenerat δεδειγμένῳ? an leg. ὡς ἐπὶ, vel ὑπὸ μαχαίρας. Cæterum ut vs. 840. habemus φάτιν ἐφίμερον, pro quo male in Turn. ἐφήμερον, ſic φιλότητος ἐφίμερον in Heſiodi Aſp. vs. 15. ἀμφέρειν ut Lat. *circumferre*, *ſpargere*, *narrare*. Eurip. Phoen. vs. 1722. σφιγγὸς ἀναφέρεις ὄνειδος ubi Schol. exponit ἀναπλεῖς. Idem in Helen. vs. 718. ὁ θεὸς ὡς ἔφυ τι ποικίλον καὶ δυστέκμαρτον εὖ δὲ πῶς ἀναστρέφει ἐκεῖσε κἀκεῖσε ἀναφέρων.

Vs. 844. Πῶς ταῦτ' ἀληθῆ καὶ βλέποντα δοξάσω;

Ἡ πρὸς γυναικῶν δειματούμενοι λόγοι
Πεδάρσιοι θρώσκουσι θνήσκοντες μάτην.

Ἀληθῆ καὶ βλέποντα opponit λόγοις θνήσκουσι μάτην. Βλέπειν *videre* pro *vivere*, unde copulantur βλέπειν καὶ ζῆν in Perſ. vs. 299. Rumor quia proprie dici non poterat βλέπειν, nec λόγοι θνήσκειν, hinc addit opinor ibi ἀληθῆ, hic μάτην. Soph. Phil. vs. 350. λέγοντες εἴτ' ἀληθὲς, εἴτ' ἄρ' οὖν μάτην *vere an an falſo loquentes*, ut hic *falſo morientes*, quippe qui *vivere* dici nequeant. Et

Eu-

Eurip. Jon. vs. 275. τόδ' ἂν ἀληθὲς ἢ μάτην λόγος; Noſter in Agam. vs. 500.

Εἴτ' οὖν ἀληθεῖς, εἴτ' ὀνειράτων δίκην
Τερπνὸν τόδ' ἐλθὸν φῶς ἐφήλωσε φρένας.

Unde ſimulque ex loco præſenti & vs. 886.

Τὸν ζῶντα καίνειν, τοὺς τεθνηκότας λόγῳ.

derivatum credo illud Soph. in Electr. vs. 63.

Ἤδη γὰρ εἶδον πολλάκις καὶ τοὺς σοφοὺς
Λόγῳ μάτην θνήσκοντας, εἶθ', ὅταν δόμους
Ἔλθωσιν, αὖθις ἐκτετίμηνται πλέον.

Δειματούμενοι λόγοι videntur dici rumores ad terrorem conficti. Suid. Δειματοῦται, φοβεῖται. Heſych. φοβερῷ λέγ. Ariſtoph. Ran. vs. 144. μή μ' ἐκπλήττε μηδὲ δειμάτου. Add. Lexica. Ἐκδειματοῦν frequens Heliodoro vid. Lib. I. p. 5. Lib. IV: 186. & VI: 293.

Vs. 848. Ἠκούσαμεν μὲν πυνθάνου δὲ τῶν ξένων
Ἔσω παρελθών· οὐδὲν ἀγγέλων σθένος,
Ὡς αὐτὸς αὐτὸν ἄνδρα πεύθεσθαι πέρι.

Non facillima hæc viſa interpretibus, cum verſio oſtendit, tum propoſitæ conjecturæ. Stanl. corrigit αὐτὸς αὐτὸν — πάρα nullo omnino ſenſu, quum ſtructuræ ratione errore putido. Canterus ſuſpicatur ſcribendum αὐτὸν αὐ-

τῶ, ut videatur τὸ πλεῖ habuiſſe pro verbo ἀντὶ τοῦ περίεστι. Senſus hujus ex mente foret, *integrum*, ſeu *facultas*[*quippe eſt temet percontari ipſos de viro.* Attentius conſideranti atque examinanti ſingula non una ſe oſtendit explicandi ratio. Scilicet primo ſe ſiſtebant verba tanquam hoc ordine legenda ἐκεῖ σπεύδομεν μὲν ἡμεῖς, ἅ σοι ἀγγέλλομεν, εἰ δὲ οὐδὲν σθένος ἐστὶ παρ᾽ ἡμῶν σοι ἀγγέλλειν, αὐτὸς ἔσω παρελθὼν πυθοίμην τὸν ξένον, ὡς περίεστί σοι πυθέσθαι αὐτοῦ τὸν ἄνδρα. *Siquidem facultas eſt tibi ipſos percontari de Oreſte.* atque hac conſtructione verbum adhibuit Ariſtoph. in Acharn. vs. 203. τὸν ἄνδρα πυθοίμην τὸν ἀλεκτρύονα ἀμύντορα. & Theſmoph. vs. 626. τὸν ἐμὸν ἄνδρα πυθοίμην; quin ipſe Noſter in Agam. vs. 626. Μενέλεων πεύθομαι εἰ νόστιμος ἥξει. porſus nempe quomodo & ἐρωτᾶν cum accuſativo reperiri monet H. Steph. in Thes. apud Ariſtoph. & Platon. obque rariorem uſum obſervari vult. In hac autem explicandi via ut ut fortaſſe alii tuto ſe acquieſcere poſſe putabunt, tamen tantum abeſt mihi ut probetur, ut falſiſſima videatur. Quum enim Ægiſtus his verbis concludat ſermonem τί τῶνδ᾽ ἂν ἄπιστ᾽ ὤστ᾽ δηλώσῃ φρενί; ecquis credat nutricem Oreſtis mentionem fuiſſe facturam? Videt jam ſentitque unusquisque, orationis tractum requirere, ut αὐτῶν referatur generatim ad res, quas nunciaverat, non ad ξένους, quod in propoſita explicatione obtinet;

net; adeoque examinandum reſtat, qua ſtructuræ ratione accipere conveniat illa εἰς αὐτὸς αὐτῶν ἄνδρας πεύθεσθαι πέρι. Quæ cum cohæreant arctiſſime, aut potius opponantur verbis, quæ proxime præcedunt, adparet ἄνδρα non alio poſſe referri, quam quo verſu ſequenti ἄγγελος, i. e. ad perſonatum nuncium de morte Oreſtis, ipſum puta Oreſten atque Pyladen; hanc autem ſtructuram quod, quantum quidem mihi conſtat, non admittat πυνθάνεσθαι, & ſi admitteret, non ἄνδρα dictura fuiſſet nutrix, ſed ἄνδρας, ut ξένον, non ξένω vs. 848. auſim pene adſeverare locum eſſe ὕπουλον, neque alio pacto ſanabilem, quam ſi ſcribas εἰς αὐτὸς αὐτῶν ἄντα πεύθεσθαι πέρι. Venuſte oppoſitis ἄντα πεύθεσθαι *coram ſciſcitari*, & *ex nunciis diſcere*. Pendebit autem αὐτὸς & πυνθάνεσθαι à εἰδέναι, ex prævio εἰδέναι adſumendo, quo loquendi modo ſæpius Noſtrum uti vidimus in ſuperioribus, nec ignorant alii. Omnibus præivit Hom. Il. B. vs. 189.

> Τὸν δ᾽ ἀγανοῖς ἐπέεσσιν ἐρητύσασκε παραστὰς
> Δαιμόνι᾽ ——— ——— ———

Supple ex ἐπέεσσιν verbum εἰπών, & vid. Euſtath. p. 152: 9. eundemque p. 130. & 182. ult. Soph. Trach. vs. 395. ἀνὴρ οὐκ ἐμῶν ὑπ᾽ ἀγγέλων ἀλλ᾽ αὐτόκλητος πορεύεται. pro ὁ κληθεὶς ὑπ᾽ ἐ. ἀ. Ariſtid. Tom. III. p. 242. αἰσχρὸν ἡ μισθο-

φορεῖ, καὶ τὸ νέμειν, puta μισθὸν, tanquam dixiſſet φέρειν μισθόν. Conf. quæ notat Hemſterh. ad Ariſtoph. Plut. vs. 503. & 566. Ἄντα πελάθειν dictum erit, ut ἄντα εἰσιδεῖν, & ἰδεῖν in Eurip. Alceſt. vs. 877. & Heſiod. Θεογ. vs. 700. πεύθεσθαι πέρι habes in Longi Paſtor. Lib. III. p. 75. & Xenoph. Epheſ. Lib. V. p. 82. Quid quod ad Schol. verba ubi attendas, nec ipſe videatur legiſſe ἄνδρα, ſed quod ſubſtituimus; nam exponit οὐ τοσοῦτον ἰσχύει εἰπεῖν ἄγγελος ὡς αὐτόπτης. Adde quod auctor ipſe nos eodem ceu manu ducat, cum ſub Ægiſti perſona ſtatim ſubdit ἰδεῖν ἐλέγξαι τ' αὖ θέλω τὸν ἄγγελον. Quaſi nimirum diceret *recte tu vero nutrix iſtud mones, ipſum videre atque exquirere volo nuncium.* Alias poſſem in medium proferre explicationes, ut ſi vel leg. conjicerem pro πέρι, πάρει ſententia emergeret in ſpeciem haud inepta *quin accede ipſe ſciſcitaturus ipſos de viro.* Aut ſi cavere voluiſſe ponamus nutricem ex præcepto chori vs. 768. ne ſatellitio ſtipatus adiret, foret nulla facta in τῷ κειμένῳ mutatione, *non eſt quod hæſites ſolus ipſos accedere nuncios atque percontari de Oreſte, neque enim ſunt armati viribus.* Verum cum neutra procedat, iterum abuti nolo lectoris otio in recenſendis incommodis, quibus ſunt obnoxiæ.

Vs. 847. Ἰδεῖν ἐλέγξαι τ' αὖ θέλω τὸν ἄγγελον,

Εἴτ'

Εἴτ', αὐτὸς ἦν θνήσκοντος ἐγγύθεν παρών

Εἴτ' ἐξ ἀμαυρᾶς κληδόνος λέγει μαθών.

Οὔτοι φρένα κλέψειαν αἱματωμένην.

Nihil numerorum permutatione crebrius, ut non ſit, cur κλέψειεν corrigamus cum V. D. commemoraverat enim Nutrix *nuncios hoſpites*. De vi & uſu vocularum τὶ αὖ adi Perizon. ad Ælian. Var. Hiſt. Lib. II. c. 13. not. 8. ἐλέγξαι, eſt ἐρευνᾷν καὶ ἀνακρίνειν δι' ἐπιμόνου ἐρωτήσεως. vid. Schol. Eurip. ad Hippol. vs. 271. ubi, cum ſimiliter Noſtro præmiſiſſet tragicus πυθέσθαι, ſubiicit ἐλέγχειν. Adde Iphig. Taur. vs. 530. 1081. & 1179. Xenoph. IV. κ. α. p. 188. prope fin. ἀπαγόντες τοὺς ἀνθρώπους ἤλεγχον ἀναλαβόντες, εἴ τινα εἰδεῖεν ἄλλην ὁδόν. & Lib. III. p. 186. med. συναγαγόντες τοὺς αἰχμαλώτους ἤλεγχον τοὺς κύκλῳ πᾶσαν χώραν. Ubi Suidas exponit ratione diverſiſſima ἐφανεροποίουν ἢ ἀνέκρινον. Modo Suidæ ſit imputanda iſta, quæ videtur, hæſitatio, ut dubitem, facit Phavor. qui hunc in modum ſcribit ἤλεγχον ἀντὶ τοῦ δῆλον τὸ πρᾶγμα ἐποίουν, καὶ ἤλεγχον ἀντὶ τοῦ ἀνηρεύνων Ξενοφῶν — verbis iiſdem, quæ indicavimus, ſubjectis, & quæ Suidam citaſſe diximus. Adde Callim. H. Del. vs. 88. & de *patefaciendi* uſu Philologos ad Joh. cap. III. comm. 20. Ceterum non uno loco haec Noſtri ſibi imitanda propoſuiſſe

Sophoclem & Euripiden, arguent, quæ ſubdam. Prior in Oed. Tyr. vs. 7.

> Ἁ'γὼ δικαιῶν μὴ παρ' ἀγγέλων τέκνα
> Ἄλλων ἀκούειν αὐτὸς ὧδ' ἐλήλυθα.

Et in Electr. vs. 932. Chryſothemide interrogante Electram τοῦ τάδ' ἤκουσας βροτοῦ; haec reſpondet τοῦ πλησίον παρόντος ἡνίκ' ὤλλυτο. Eurip. Hel. vs. 116. εἶδες σὺ τὴν δύστηνον, ἢ κλύων λέγεις; alter reponit ὥσπερ σέ γ' οὐδὲν ἧσσον ὀφθαλμοῖς ὁρῶ. idem Electr. vs. 547.

> Οἱ δὲ ξένοι ποῦ; βούλομαι γὰρ εἰσιδεῖν
> Αὐτοὺς ἐρέσθαι σοῦ κασιγνήτου πέρι.

Et Iph. Aul. vs. 1607. ἐγὼ παρών τε καὶ τὸ πρᾶγμ' ὁρῶν λέγω. adde Lucian. de Luctu p. 436. Tandem illud φρὴν ὀμματωμένη non longe recedit ab illo Epicharmi νοῦς ὁρῇ καὶ νοῦς ἀκούει — cujus paſſim fit mentio: vid. Kuſter. ad Ariſtoph. Plut. vs. 48. conf. Eurip. in Helen. vs. 120. αὐτὸς γὰρ ὄσσοις εἰδόμην, καὶ νοῦς ὁρᾷ. Ipſam Noſtri vocem habet Gregor. Palama Declam. qua Corpus diluit intentatas Mentis criminationes p. 39. Ἐγώ σε ait ἀπὸ γενέσεως ἀβλεπτοῦσαν εἰς γνῶσιν ὠμμάτωσα. adde infra in Suppl. vs. 476.

CAP.

Cap. XXXV.

Æſchyli Scholiaſtes emaculatur. Θεῖος *quid?* Ἐφεδρος. *Schol. Sophoclis lux.* Πάλιν ἄψαι. *Æſchylus tentatur.* Τελεῖσθαι, πλεισθαι *&* finiri *pro* deleri, occidi. Οἰχέσθαι mortuum eſſe. *De ſtructura varia & notione verbi* χαλᾶν. Laxare *idem quod* ſolvere. *Non videri reprobandum fuiſſe in Nepote* Laxare vincula epiſtolæ. *In* τί γάρ; *ſupplendum* ἄλλο.

Vs. 857. Τὸ δ' εὐνοίας
Πῶς ἴσον εἰπὼν ἀνύσωμαι;

An ἴσον conſtruendum cum ἀνύσωμαι? ita fere putem, & ad ſenſum rectius videtur, quam accipere pro ἀληθὲς cum Schol, vertendum ſic fuerit, *quid præ benevolentia & favoris ſtudio loquens impetrabo, quod aequum ſit?* In Schol. ad vs. 860. lin. 2. l. πλεῖον τοῦ τὸ πείθειν. Ἀνδροδάικτοις, quod ſequitur occurrit quoque in Ariſtoph. Ran. vs. 1295. ubi vid. Spanh. Ἀγαμεμνόνιοι οἶκοι ſunt Oreſtes & Electra vid. quæ ſcripſi ad vs. 350.

Vs. 865. Ἕξει πατέρων μέγαν ὄλβον
Τοιάνδε πάλην μόνος ὢν ἔφεδρος
Διοσοῖς μέλλει θείοις Ὀρέστης
Ἅψειν. ——— ———

Tur-

Turneb. Editio πατρῷον & ὤν ἄρ' ſine μόνος, & pro θείοις habet θεῖος, quam genuinam exiſtimo ſcripturam: θεῖος dicitur Oreſtes ob certamen, in quod erat deſcenſurus, quodque ei magnam nominis famam erat pariturum, adeoque *memorandus* ἄξιος λόγου ὥστε θαυμάζεσθαι, uti expl. Heſych. nam quis ſenſus erit θείοις ſi legas, quod Spanh. vertit *divis?* hinc pro *magno* in Perſ. vs. 74. Idem ceterum Spanh. interpretis errorem circa vocem ἔφεδρος corrigit ad Ariſtoph. Ran. vs. 804. Callim. H. Del. 127. nec non Julian. Imper. p. 262. ubi & mutata ſententia θεῖος legit vertitque *divinus*. De ἔφεδρος vid. Schol. Demoſth. ad Orat. in Pac. p. 41. extr. ubi quæ leguntur, ut ferme perpetuo, ad verbum quoque reperies in Suida, & unde, ut & hoc attingam, percipies cur Schol. Soph. ad Ajac. vs. 617. ἔφεδρον exponat τὸ μὴ πλανώμενον εἰς τὸ ἀγωνίζεσθαι τοῖς νικῶσιν. Add P. Fabri Agon. Lib. I. c. 24. & Spanh. ad Julian. p. 206. πάλην ἅψαι ſcripſit, ut μάχην συνάψαι in Perſ. vs. 335. Illud πῶς ἔχει, πῶς κέκρανται δόμοις; ſimile Noſtro *hoe is 't afgeloopen?* Turneb. dat κέκρανται.

Vs. 875. οἴμοι πάν, οἴμοι δεσπότου πληγμένου.

f. οἴμοι πάν' οἴμοι —— i. e. πάνυ. Tum πλήσσω hic notes pro *occidi*, *interfici*, qui uſus omnium

ûm verborum *faciendi* eſt communis, ſic mox διαπεπραγμένος. & vs 830. περαίνειν. Pari- li ratione πληρουμένης in Luc. cap. XIII. comm. 32. ubi vid. quæ notarunt V. D. & Suiceri Theſ. Eccleſ. ſic Lat. *finiri* pro *deleri*, *extingui*. Vid. Flor. Lib. II. c. 15. §. 1. & ad eum not. Dukeri. Vs. 872. legi poſſet ἀποστατῶμεν; vis. Suid. in V. ἀποστατήσω. Sed editam non puto ſollicitandam.

Vs. 877. Αἴγισθος οὐκέτ' ἐστιν· ἀλλ' ἀνοίξατε
Ὅπως τάχιστα, καὶ γυναικείας πύ-
λας
Μοχλοῖς χαλᾶτε. ——

Ut Eurip. Hippol. vs. 1162. Ἱππόλυτος οὐκέτ' ἐστίν. Pro quo uſu οὐκ εἶναι & οὐκ εἶναι vide exempla larga manu congeſta à philologis ad Matth. c. II. comm. 18. Turneb. γυναικείους πύλας legit, idque præfero. Conſtruendi ratio πύλας μοχλοῖς χαλᾶν obſtitit non nihil Arnaudtio, cui ex uſu conſuetiore dicendum potius fuiſſe videbatur πύλης μοχλούς: Ego æque recte convenienterque linguæ rationi dici puto μοχλοῖς πύλας, atque μοχλοὺς πυλῶν, itemque πύλας, χαλᾶν; quin etiam πύλας ἀπὸ μοχλῶν, & μοχλοὺς ἀπὸ πυλῶν. Nempe χαλᾶν plane eſt idem quod λύειν, ut Latinis *laxare*, quod *ſolvere* in talibus; hinc quod Noſtro χαλᾶν μοχλοῖς πύλας, id Eurip. Iphig. Taur. vs. 99.

 κλῇ-

κλῇθρα λῦσαι μοχλοῖς. ut λυθέντα κλεῖθρα ſupra S. C. Theb. vs. 401. unde ſimul liquet, in altero ejuſdem fabulæ loco vs. 1304. non magis πυλῶν recte intelligi, quod ſtatuebat Vir doctus, quam πύλας, quin accuſativo ſuffragari locum indicatum. Sic *laxare clauſtra* Virgil. II. Æn. vs. 259. ubi vid. not. Atque ita quod Eurip. Iph. Aul. vs. 325. σήμαντρα ἀνεῖναι, & Thucydidi Lib. I. c. 132. extr. λύειν τὰς ἐπιστολὰς, id quin recte & perite Nepos in Vita Pauſ. cap. IV. princ. convertere potuerit per *vincula epiſtolæ laxare*, quis dubitabit? ut verear ne creduli nimis fuerint V. D. Codd. qui *laceravit* ſubſtituunt. μέλαθρα διαχαλᾷν habemus in Iphig. prioris vs. 1340. Nec ambigendi locus videtur relinqui, quin, ut Virg. Lib. II. Georg. extr. dixit *equûm ſolvere colla*, ſic dicere liceat *laxare colla* intellecto utrobique *jugo*; quando non χαλᾷν modo, ſed & λύειν *portas* uſurpari vidimus. Denique ne ſingula exſequar; ut λύειν ἐκ δεσμῶν ex Herodoto proferunt Lexica; ſic χαλάσαι ἐκ δεσμῶν invenies in Noſtri Prom. vs. 175. ubi bene explanat Schol. per alterum: quod vero addidi; phraſin hujus loci, efferri quoque poſſe addita præpoſitione χαλᾷν πύλας ἀπὸ μοχλῶν, & μοχλοὺς ἀπὸ πυλῶν, ut ſtatuam facit illud Sophoclis in Electr. vs. 1596. χαλᾶτε πᾶν κάλυμμ' ἀπ' ὀφθαλμῶν.

Vs.

Vs. 880. Οὐχ ὡς δι' ἀρῆξαι διαπεπραγμένῳ·
τί γὰρ;

In τί γάρ; ſupple ἄλλο, ut facit Schol. ad Agam. vs. 1148. adde ejuſdem fabulæ vs. 1247. Interpres verterat opinor *ad quid enim?* non ut impreſſum habemus *ut quid.*

CAP. XXXVI.

Agitur hoc capite de Æſchyli loco difficili. Inquiritur an Græcum ſit πίπτειν ἐπὶ ξυρῦ, ut θῆναι, ἐπ' ἀκμῆς & εἶναι ἐπὶ ξυρῦ. Emendatio proponitur in Æſchylo. Ἐπίξηνον, αὐχὴν, πλήττειν πίπτειν *verba ſacrificalia.* Φάσγανον ἐπ' αὐχένος βάλλειν. Παρέχειν δέρην. *In Euripide quid ſit* ἐπ' ὤμων σφάττειν? *Quid* αἴρειν κανῦν *apud Ariſtophanem? Idem nomen bis repetitum* παῖ, παῖ, *pro plurali* παῖδες. *Quo ſenſu* ἐπαίρειν θύματα *dixerit Sophocles? Ritus aræ luſtrandæ, deque ſolennibus quibuſdam locutionibus. Conjectura proponitur de ſenſu phraſis Euripideæ* ἐνδεξιῦσθαι βωμόν. Αἴρειν *pro* adferre & προσαίρειν. *Æſchines adverſus Valeſii emendationem vindicatur. Aræ luſtrationem excipiebat victimæ percuſſio. Quid ſit* ἐνάρχεσθαι κανᾶ? *In caniſtro quæ deponi mos fuerit? Aperitur ſignificationis ratio locutionis modo dictæ, nec non alterius* ἐξάρχεσθαι κανῦν. Ἄρχεσθαι *cum compoſitis regit tam quartum, quam alterum caſum. Euripides emaculatur.* Inchoare aras.

Vs. 883. Ἔοικε νῦν αὐτοῦ ἐπὶ ξυροῦ πέλας
Αὐχὴν πεσεῖσθαι πρὸς δίκην πεπλη-
γμένης.

Eſt locus eorum è genere, quorum ſenſus ex ſermonis nexu faciliime percipitur; ſed qui, ſingula ad examen ubi revoces, in verborum ſtructura fruſtra quæritur, me certe ut expediam non invenio: nam cùm ordo ſit, νῦν ὁ αὐχὴν αὐτοῦ πεπληγμένης πρὸς δίκην ἔοικε πεσεῖσθαι ἐπὶ ξυροῦ πέλας. & hoc pro νῦν αὐτὴ ἡ Κλυταιμνήστρα πεπληγμένη δικαίως πεσεῖται ἐπὶ ξυροῦ πέλας τοῦ Αἰγίσθου. ecquis tam duri fuerit ſtomachi, qui concoquat πίπτειν ἐπὶ ξυροῦ πέλας τινός? Sophoclem atque Euripidem dixiſſe ſcio βῆναι ἐπὶ ξυροῦ, vid. hujus Herc. Fur. vs. 630. illius Antig. 1009. ſed in quo nihil eſt, quod averſetur ratio. Jam ſi quis hac difficultate motus incommodum declinari poſſe autumaret, vel parva mutatione legendo pro πεσεῖσθαι, ἔσεσθαι, vel intellecto εἶναι, ἵστασθαι ſimiliſve poteſtatis alio verbo infinito; is ſe majoribus etiam implicaret. Nam quid foret ineptius, quam percuſſæ cervicem adhuc verſaturam in diſcrimine? verbum autem extrinſecus adſumi linguæ vetat indoles, & conſtans uſus τοῦ ἔοικα, quod perpetuo junctum ſolet incedere cum futuro infinito, ut hic cum πεσεῖσθαι. Tertia quidem ſuboriebatur ſuſpicio, eſſetne ſcribendum πεπληγμένου, ad Ægiſtum ut referatur; verum eo nil

pro-

profici ſentiebam ad tollendam difficultatem, quæ eadem manet. Altius itaque vulnus inflictum ſuſpicans, quam quod ita facile poſſet ſanari, eo tandem fui adductus, ut perſuadere mihi coeperim, pro ἐπὶ ξυρȣ̃, emendandum ἐπιξήνȣ. Noſter præcedentis fabulæ vs. 1286.

> Βωμȣ̃ πατρῴȣ ἀντ' ἐπίξηνον μένει
> Θερμῷ κοπείσης φοινίῳ προσφάγματι.

ubi vid. not. nec ut verum fatear potui à me impetrare, ut, retractans denuo verba, iſta perſuaſione animum liberarem, quod commodior nulla ſe oſtendat expediendi ratio; & pulcra videbatur acceſſio ad reliqua ſacrificalia, excepturis ſe ita ἐπίξηνον, αὐχὴν, πλήττειν πίπτειν. De primo jam quidpiam monuimus; πεσεῖν invenies in Eurip. Jphig. Aul. vs. 1113. Taur. vs. 1194. & paſſim, ut Virg. *cadet hoſtia.* ad alterum referas licet illud Eurip. in Oreſt. vs. 51. φάσγανον ἐπ' αὐχένος βαλεῖν. ut εἴς τινα Iphig. Taur. 785. & δέρην παρέχειν εὐκαρδίως, quo bis utitur, nempe Hec. vs. 549. & Iphig. Aul. 1560. Eodem Barneſio pertinere viſum ἐπ' ὤμων σφάττειν in Electr. vs. 813. Enim vero vereor, ne ſint, qui ἐπ' ὤμων intelligant de miniſtorum humeris, in quibus impoſitum vitulum jugulaverit Ægiſtus. En tibi verba:

——— ——— ὅτι καινȣ̃ δι' ἑλὼν

Αιγαίως ὀρθὴν σφαγίδα, μοσχίαν τείχω
Τεμὼν, ἐφ' ἁγνὸν πῦρ ἔθηκε δεξιᾷ,
Κᾆσφαξ' ἐπ' ὤμων μόσχον, ὡς ἦρεν χεροῖν
Δμῶες. ——— ——— ———

Hinc Heſychii gloſſa Επ' ὤμων, ἐπὶ τῶν ὤμων. Sed de his ſtatuat quiſque, ut volet. Illud facile agnoſcent omnes, inſerviiſe locum eidem poëtæ, quum in dicta fabula vs. 1143. Electram introduceret ſic inter alia ad matrem loquentem:

Θύσεις οἷα χρή σε δαίμοσι θύειν,
κανοῦν δ' ἐνῆρκται, καὶ τεθηγμένη σφαγὶς,
Ηπερ καθεῖλε ταῦρον, οὗ πέλας πεσῇ
Πληγεῖσα ——— ——— ———

Quæ hoc lubentius adſcribo, quod dicendi anſam ſuppeditant de quibuſdam formulis ſacrificalibus nondum ſatis ad liquidum perductis; in quibus varias inprimis virorum doctiſſimorum expoſitiones experta, quæ præ manibus adeſt, κανοῦν ἐνῆρκται. genuinum nativumque ſenſum, quod ſciam, aperuit nemo; operæ ergo fuerit eum inveſtigari. Uſum locutione iterum invenio Eurip. Iph. Aul. vs. 1471.

Κανᾶ δ' ἐναρχέσθω τις, αἰθέσθω δὲ πῦρ
Προχύταις καθαρσίοισι, καὶ πατὴρ ἐμὸς
Ενδεξιούσθω βωμὸν ——— ———

& ἐξάρχεσθαι κανοῦν ibid vs. 435. Prius quoque habet Æſchines Orat. adverſus Cteſiph.

ſiph. p. 67. Edit Ald. legimus ibi ἐνήρκτω μὲν τὰ κανᾶ (prave editur κοινᾶ) παρέστηκε δὲ τοῖς βωμοῖς τὰ θύματα· μέλλετε δὲ αἰτεῖν τοὺς θεοὺς τ' ἀγαθὰ καὶ κοινῇ καὶ ἰδίᾳ ——— ſed ubi calculum non tulit H. Valeſii in not. ad Harpocrat. V. κανηφόροι corrigendum ſuſpicati vel ἐνήρκτω, vel ἐπήρκτω. Nollem factum à viro eximio. Conjecturæ præſidium eſſe putabat in Ariſtoph. Av. vs. 851. Soph. Electr. vs. 637. & Eurip. Herc. Fur. 926. ut facile adpareat, eum confundere, quæ probe erant diſtinguenda: nam ad Comici locum quod attinet, non notat ibi αἴρεσθε τὸ κανοῦν, quod vulgo αἴρειν τὸ κανοῦν, de quo mox videbimus, ſed *tollere*, *portandum ſuſcipere*; nam ducebatur pompa, (quo refer Thuc. Lib. VI. c. 56. & not.) & rogat vs. 864. ſacerdos, ἀλλὰ ποῦ 'στιν ὁ τὸ κανοῦν ἔχων; verba haec ſunt,

Παῖ παῖ τὸ κανοῦν αἴρεσθε καὶ τὴν χέρνιβα.

Obiter obſervo παῖ παῖ αἴρεσθε —— dici pro ὑμεῖς ὦ παῖδες ὁ μὲν αἰρέσθω τὸ κανοῦν, ὁ δὲ ἕτερος τὴν χ. ut Hebræi fere loquuntur in diſtributione indicanda, vid. Glaſſii Philol. Lib. III. Tract. I. Canon. V. In Sophocle quid ſit ἐπαίρειν θύματα, etſi pro certo non definiam, facit tamen praepoſitio ἐπὶ, de ſublatione atque impoſitione injectioneve τῶν θυμάτων in aram ignemque ut intelligam. Euripidis vero locus hoc minus erat advocandus, quod perſpicuum manifeſtumque ſit, quo ſpectet, ad morem pu-

puta aræ, priusquam victima cæderetur, luſtrandæ, quod fiebat circumlatis circa eam caniſtro & χέρνιβι, id quod ibi dicitur ἑλίσσειν τὸ κανοῦν ἐν κύκλῳ βωμοῦ. alibi λαβόντα τὸ κανοῦν ἐν κύκλῳ θρέξαι τὸν βωμὸν, ut in Iphig Aul. vs. 1568. i. e. περιθρέξαι, & hinc apud Ariſtoph. Pac. vs. 956. λαβόντα τὸ κανοῦν ΠΕΡΙΙΕΝΑΙ τὸν βωμὸν ΤΑΧΕΩΣ, & quidem, ἐπὶ δεξιὰ, unde fortean lucem accipit illud ἐνδεξιοῦσθαι βωμὸν, quod ex Euripide ſuperius habuimus, & vulgo vertitur *tenere aram dextra*. adde ſi lubet alterum ejuſdem locum ex Electra. Correctionem alteram ipſa ſatis verbi inſolentia deſtruit. ἐναίρειν pro *occidere, perdere*, non ignoro; compoſitum ex αἴρω *tollo*, *fero* uſus an ferat, vehementer dubito, nec qua ſignificatione obtinere poſſit exputo. Sed liberalis ero concedamque, tam bene ἐναίρειν & ἐπαίρειν κανᾶ fuiſſe uſitata, quam bene αἴρειν κανᾶ. Aſt quo ſenſu? Nil profecto aliud notabunt quam ad ſummum *ferre* aut *tollere in* & *ſuper*. Valet enim αἴρειν in hac phraſi *adferre*, *admovere*, idemque quod προσφέρειν. Eurip. in Electr. vs. 800. οἱ μὲν σφαγεῖον ἔφερον, οἱ δ' ἦρον κανᾶ. Pherecrati προσαίρειν in fragmento apud Suid. V. αἴρειν, πρόσαιρε, dicit, τὸ κανοῦν, εἰ δὲ βούλει πρόσφερε. & ſic in aliis: idem Euripides fabulæ modo citatæ vs. 791. λουτρὰ τοῖς ξένοις τις ὡς τάχιστα αἰρέτω. Vid. omnino Suidas l. d. atque iterum in V. Αἶρε. Aliter autem locutio-

tionem cepiſſe Valeſium ſatis prodit locus Euripidis, quem ſubnectit, & cujus de ſenſu vidimus. Jam ſi quis Viri Cl. cauſam acturus dicere vellet, judicaſſe eum fortaſſe verba Æſchinis de aræ agere luſtratione, nec videri obſtare quidquam, quo minus ita interpretemur, is vereor, ne vehementer erret, quod ex Euripidis & Comici locis modo productis, colligendum videatur, aræ luſtrationem fuſis precibus, ſine mora victimæ ſecutam percuſſionem; apud Æſchinem autem cum non αἰτῶσι τοὺς θεοὺς τ' ἀγαθὰ, ſed μέλλουσιν αἰτεῖν, res ipſa loquitur, non poſſe Æſchinem ullo pacto hinc explicari. Sed dudum fortaſſe impatiens moræ noſtram requiris ſententiam de locutionis mente, quam diverſiſſime exponant V. D. Wolfio in Æſchine vertente *jam initiata ſunt caniſtra*; Lambino *caniſtrorum dies agi jam coeptus eſt.* Nec de qua magis conveniat inter Euripidis interpretes; Eraſmo convertente *auſpicari caniſtra* i. e. *auſpicari tollere e corbe frondes.* Barneſio *depromere caniſtra*, interprete denique in uno loco *auſpicari caniſtris*, in alio *caniſtrum ad ſacra auſpicanda parare.* Mihi nihil aliud notat, quam *adparare* & *præparare caniſtra*, i. e. curare in promtu ut ſint, & expedita, quibus inſtrui oportebat, quæ, qualia fuerint, docet Ariſtoph. in Pac. vs. 948.

Τὸ κανοῦν πάρεστιν ὀλὰς ἔχον καὶ στέμμα καὶ μάχαιραν.

Καὶ πῦρ γε τουτὶ, κ' ὐδὲν ἴσχει πλὴν τὸ προσβατον ἡμᾶς.

Add. Æl. Lib. XI. Var. Hiſt. c. 5. Acuendum fuiſſe cultrum, antequam deponeretur in caniſtro, per ſe intelligitur, & patet inſuper ex verbis Euripidis in Electra, quæ ſupra laudavimus. Idem autem quin ſit ἐνῆρκται τὸ κανοῦν, quod Comico τὸ κανοῦν ἐστιν ἔχον ὀλὰς κ. ς. κ. μ. dubitari nequit. Quod ſcripſit πάρεστιν ἔχον, tacite declarat, non fuiſſe modo ἐνηργμένον, ſed ut erat inſtructum præparatumque jam admotum aræ, non adferendum, ſed adlatum: adeoque utramque phraſin & ἐνάρχεσθαι, & αἴρειν τὸ κανοῦν comprehendi. Denique, ne quid omiſiſſe videamur ad Æſchinis locum vindicandum, memineris illud ipſum ἐνῆρκται τὰ κανᾶ legi apud Polluc. Lib. VIII. 83. non aliunde, quam ex Æſchine eo tranſcriptum, ut jam monuit Iungerm. Rationem ſi forte requiras ſignificationis prima ſpecie tam inſolentis, petendam illam eſſe reſpondeo, ex iis, quæ brevitatis ergo, quæ in iſtius modi formulis ſolennibus fere regnat, omiſſa ſupplere convenit: hoc autem indicio progreſſus non difficulter eo pervenies, ut ἐνάρχεσθαι τὸ κανοῦν dictum ſtatuas ἀντὶ τοῦ ἄρχεσθαι εὐτρεπίζειν καὶ παρασκευάζειν τὸ κανοῦν, τουτέστιν ἀπὸ τοῦ ἐντιθέναι αὐτῷ ὅσα δεῖ. Alterum ἐξάρχεσθαι pro ἄρχεσθαι ἀπὸ ἢ ἐκ τοῦ παρασκευάσαι αὐτό. Regimen ne obſtet, in memoriam revocabis, ἄρχεσθαι cum compoſitis non modo alterum, verum &

quar-

quartum caſum admittere: vid. Bud. Comm. p. 140. & Euſtath. ad Il. B. p. 182: 46. ubi fragmentum, quod adfert, κατάρχομαι νόμον Βακχεῖον, eſt Eurip. in Hec. vs. 684. ſed in quo perperam, vel metro arguente, hodie legimus νόμων βακχείων. vid. not. Barneſ. eadem iterum conſtructione loquitur in Androm. vs. 1198. θανόντα δεσπόταν γόοις Νόμῳ τῷ νερτέρων κατάρξομαι. quod in Vulg. Lex. falſo Herodoto tribuitur. add. Lycoph. vs. 209. Pindari eſt Nem. Od. III. vs. 16. ἄρχε δόκιμον ὕμνον θύγατερ, & νόμον αἱματηρὸν ἐξάρχειν Lycoph. vs. 250. Habes de locutionis ſenſu, indole atque ſtructura; cognoſce de verſione; quæ ſi mihi eſſet adornanda, redderem *inchoare caniſtrum* auctore Virgilio, in quo eodem modo invenio *inchoare aras* Lib. VI. Æn. vs. 252.

Tum Stygio regi nocturnas inchoat aras.

quod ex Græco ἐνάρχεσθαι κανᾶν ſuos repetere natales mihi prorſus perſuadeo, ut nec obſcurum in poſterum futurum ſit, cur Servius explicuerit *perficit*, addatque *eſſe verbum ſacrorum.* Nunc ad alia.

CAP.

CAP. XXXVII.

Λόγῳ θανεῖν. Ἀνδροκμής. Ἀρκοῦντως ἔχει. *An* Imperativus *Attice ponatur pro* Indicativo ? *Æſchylus exponitur.* Πλὴν & ἔμπαλιν *unde? Grammaticorum error circa ſenſum eorum. Homerus expl. Suidas defenditur.* Πῶ δ', & ἵνα δ' τὰ καὶ τί *quia?* Εὐόρκωμα. *Æſchyli Schol. aliquoties tentatur.* Γενέτλιος. Τίμι☉. *Antonius Liberalis aſſeritur.* Ἔνδον εἶναι, ἔσω καθῆσθαι & ſedere domi. *Alia.*

Vs. 886. Τὸν ζῶντα καίνειν τὰς τεθνηκότας λόγῳ.

Infinitivum regi puto à τίνα βοὴν ἵστης i. e. τί βοᾷς, unde adſumendum erit βοῶ. Nec tamen inficias iverim, alia quoque poſſe intelligi. V. Gr. πῶς εἰκὸς & ſimilia. Phraſios exempla larga manu dabit Leopard. Emend. Lib. VII. c. 22. & Kuſter. ad Comici Theſm. vs. 704. Soph. Philoct. vs. 1295. Τίς αὖ παρ' ἄντροις θόρυβ☉ ἵσταται βοῆς; Τί με καλεῖσθε; τοῦ κεχρημένοι ξένοι; Præſenti in loco Noſtrum præter Euripidem iam à Stanl. citatum, imitatur idem Soph. in Electr. vs. 59. ubi Oreſtes Τί γάρ με λυπεῖ, ὅταν λόγῳ θανὼν, Ἔργοισι σωθῶ; & Trach. vs. 1179. ὁ δ' οὖν ὁ θὴρ Κένταυρ☉ —— οὕτω ζῶντά μ' ἔκτανεν θανών. Add. ſupra ad vs. 844.

Vs. 889. Ἀνδροκμῆτα πέλεκυν. Eandemne intelligemus ſecurim peti à Clytemnæſtra, qua

qua τὸν ἄνδρα percuſſerat? atque inde ἀνδροκμῆτα. vid. Eurip. in Electr. vs. 1158. An generatim pro *magna?* ut ἀνδροκμῆτας μόχθους in Eumen. vs. 247. Schol. expl. μεγαλοκμῆτας. ſignificatione paſſiva vox nondum ſe mihi obtulit, quanquam ejus generis verba ſæpe ἐπαμφοτερίζουσι. Conf. Spanh. ad Jul. Imper. p. 199. Sequitur τῶδε δ' ἀρκούντως ἔχει. ut Eurip. in Hec. vs. 318. τοῦτ' ἂν ἀρκούντως ἔχοι. Idem fere ἅλις ἔχειν Soph. Oed. Tyr. vs. 1080. ἅλις νοσοῦσ' ἔχω. junge Suid. Ad illud ἐν ταυτῷ τάφῳ κείσῃ. θανόντα δ' οὔτι μὴ προδῷς ποτε confer Eurip. in Electr. vs. 1144. & Iph. Aul. vs. 461. Et ad vs. 896. ejuſdem Electr. vs. 1206. ſeq.

Vs. 900. Ποῦ δαὶ τὰ λοιπὰ Λοξίου μαντεύματα

τὰ πυθόχρηστα; πιστὰ δ' εὐορκώματα;

Ἅπαντας ἐχθροὺς τῶν θεῶν ἡγοῦ πλέον

Pyladis ſunt verba ad Oreſtis hæſitationem, quam ſiſtit verſus proximus Πυλάδη, τί δράσω; μητέρ' αἰδεσθῶ κτανεῖν; Poſtrema interpres reddit *omnes prius hoſtes, quam deos exiſtimes,* quem ego ex Græcis ſenſum non eruo. Grotius vertit *omnes tibi hoſtes judica præter Deos.* in cujus interpretatione acquieſco. Nam per interrogationem, ut præcedentia, in-

intelligi nequeunt, quoniam ſic ſcriptum oportebat ἠγήσῃ. Scio Grammaticos quoſdam tradere *imperativos* apud Atticos uſurpari pro *indicativis*; ſed debetur hoc commentum eorum inſcitiæ; Quum enim non aliud iſtius enallages exemplum, adferant quam illud οἶσθ' ὧν ὁ δρᾶσον, & ποίησον, dictum putant pro δράσεις, ποιήσεις, quum debuiſſent per hyperbaton intelligere, pro δρᾶσον ὧν, ὃ οἶσθα. Neque tantum eo erroris, quem indicamus prolapſi illi, ſed in alium ex eadem origine natum Viri docti, qui perperam ſcriptum opinantur δρᾶσον pro δράσων, in qua allucinatione verſatur Florens Chriſt. ad. Comici Pac. vs. 1061. Camerarius ad Sophoclem mox citandum, & quo fruſtra diu quæſito uti tandem nunc conceditur H. Steph. in Lib. de Dial. p. 21. quin ut videtur Kuſterus quoque Suidam cum ederet, ut illico videbimus; ne de antiquioribus criticis hic loquar, quando in Eurip. Hec. vs. 225. in Cycl. 131. & alibi mutationem jam factam invenio in δράσεις, quam vereor ne ſubierit etiam Luc. in Hermot. p. 594. Dare non poterat aliter, quam ἀλλ' οἶσθ' ὃ δράσομεν in Tox. p. 108. ut nec Eurip. in Hec. vs. 998. οἶσθ', οὖν, ἃ λέξαι σοί τε καὶ παισὶν θέλω. atque hic omnium frequentiſſime uſurpavit; loca vid. apud Muret. Var. Lect. Lib. III. c. XII. & Kuſter ad Ariſtoph. Equit. vs. 1155. qui tamen apud Suidam in Edit.

Edit Mediol. cum exhibeatur οἶδ᾽ ὡς ποίησον, in ſua excudi voluit ποιήσων, ſecutus ut videtur vulgatam hodie lectionem, quam & H. Steph. tuetur l. d. in Soph. Oed. Tyr. vs. 551. unde verba Suidas adducit. Addo aliud Euripidis exemplum, quod omiſere Viri docti, omniumque aptiſſimum eſt exterminandæ de participio ſubſtituendo ſuſpicioni; habetur id in Iphig. Taur. vs. 1203. ubi Iphigenia cum dixiſſet, Οἶσθα νῦν ἅ μοι γενέσθω, reponit Thoas, σὸν τὸ σημαίνειν τόδε. i. e. γενέσθω νῦν μοί, ἃ οἶσθα, nempe ποιητέα, ſive ἐμὲ θέλε μοι γενέσθαι. Unde ſimul cuivis apertum eſſe puto perperam interrogationis notam ſubiici locutioni. Diffiteri interim nolo, & Græcum fore οἶδ᾽ ὧν ὁ ποιήσων, fuerit enim pro οὐ οὖν ὁ ποιήσων οἶδα ὅ,τι δεῖ ποιεῖν; ſed hoc non quæritur; verum an ita locuti ſint ſcriptores, id quod probandum erat ſic corrigentibus. Ad Noſtri locum ut redeam, poſſet is per interrogationem legi, ſi ſcriptum eſſet ἡγῇ. ſic in Prom. vs. 41. Οὐ τοῦτο δειμαίνεις πλέον; in Suppl. 1020. τὸ σωφρονεῖν τιμῶσα τοῦ βίου πλέον. Sententia foret *tune omnes tibi homines malis eſſe hoſtes, quam Deos?* Sed ut dixi Grotium ſequor, & aliter paulo ſumo πλέον *præter*, quam in Eumen. vs. 164. κρατεῖν τὸ πᾶν δίκας πλέον i. e. παρὰ τὸ δίκαιον, ut expl. Schol. licet re ipſa eodem redundet; idem nempe heic loci πλέον eſt, quod πλὴν, quomodo apud Longum Lib. IV.

P.

p. 140. μηδὲν γέγονε Φιλήμονος καὶ ὅρκων πλέον. Pro πλέον Attici, ut notum, dicebant πλεῖν, hinc propagatum πλὴν, quæ unice vera hujus voculæ origo, non quam grammatici ſomniant; Εμπλην ne cui obſtet, quod cognitum vulgo non ſit ἔμπλεον, en enim, qui & hoc utitur, Soph. in Trach. vs. 1037. ubi Senex ad Herculem σὺ δὲ σύλλαβε, σοί τε γὰρ ὄμμα ἔμπλεον ἢ δι' ἐμοῦ σώζειν. Eſt præterea ea & hujus ſignificatio, quæ facile prodat originem; neque unquam credo notat quod volunt Grammatici Εγγὺς, πλησίον, adducto Hom. Il. Β. vs. 526. Βοιωτῶν ἔμπλην ἐπ' ἀριστερὰ θωρήσσοντο. Verum quidni hic potius accipiamus pro ἔμπλεον, *plus*, *magis*; ut dicat ὅτι ἐθωρήσσοντο πλέον ἐπὶ τὰ ἀ. τῶν Β. Idem tenendum puto de hoc Heſiod. Aſp. vs. 372. Ηνίοχοι δ' ἔμπλην ἔλασαν καλλίτριχας ἵππους. add. Lycophr. vs. 1029. Pro *præter* extat in Callim. H. Del. vs. 73. Suidas Εμπλην, πλησίον, ἐπλησίαζον, ——— Jugulandum exiſtimat Kuſter. interpretamentum poſterius, ἐμοὶ οὐ πιθανὰ λέγων. Secutus enim Etymol. cum deducat à πίπλημι, cur non ſtatuamus credidiſſe eum, ſeu quemcunque alium, quem exſcripſit, ἔμπλην eſſe quoque imperfectum alterum, ſeu ut vulgo nuncupatur, Aoriſtum ſecundum, adeoque & ἐπλησίαζον poſſe ſignificare? nec ut video diſplicuit gloſſa Grævio ad Heſiodi l. d. Tum ut Noſter πού δὲ ſeu δαὶ, ita & Eurip. Troad. vs. 428. Ποῦ δ'

Α-

Digitized by Google

ἀπόλλωνος λόγοι, οἵ φασιν. Sophocli ἵνα placuit in Oed. Tyr. vs. 972. τὰ σέμν' ἵν' ἥκει ἐ θεῦ μαντεύματα; & vs. 966. ὦ θεῶν μαντεύματ' ἵν' ἐστί; ubi non pœnitebit inſpexiſſe Schol. Comminationes Apollinis, ni faceret, habes vs. 267. ſeqq. Conf. in rem Eurip. Electr. vs. 967. ſeqq. Vox δυορκώματα, ut εὐόρκωτος in Polluc. Lib. I: 39. oſtendit, verbum δυορκεῖν fuiſſe uſitatum. Apud Schol. ad vs. 900. pro διλέγωσιν vid. num malis δύο λέγωσιν. V. 901. corrige ξυνωμόσαμεν. Vs. 902. non videtur procedere πλέον λέγε. An f. ἄγε —— ἢ σοῦ θεούς.

Vs. 912. Οὐδὲν σεβίζῃ γενεθλίους ἀράς; i. e. ἐντρέπῃ, αἰδῇ; ut in Perſ. vs. 696. Deinde γενέθλιος hic valet μητρῷος; ut in γενέθλιον αἷμα apud Eurip. in Oreſt. vs. 89. ubi vid. Schol. Ad illud vs. 910. Η μέτρα τούτων ὦ τέκνον παραιτία refer Luciani Dial. Minois & Soſtrati. De verbo γηράναι vide, quæ obſervat Cl. Weſſeling. Lib. I. Obſerv. c. 30. Sequitur in continenti ποῦ δὴ ὁ τιμός; ubi vocem notes in Steph. Theſ. non obviam; in notis de accentu monet, rectius videri cum Grammaticis quibuſdam ſcribi τίμος remoto tono in priorem ſyllabam, memor fortaſſe, quod legerat apud Ammon. in V. Σταφύλη. Cæterum ſatis hinc patet, quo jure Munker. apud Anton. Liber. c. XVII. pro ἐπὶ γυναικὶ ἄερα ὡς τίμον corrigi velit τίμιον. Vs. 917. Edit. Turneb. habet σοῦ, ut videtur quoque inveniſſe Schol, nec ma-

le; intelligi quippe poterit ἔργον, vel ſimile.

Vs. 919. Μὴ λέγχῃ τὸν ὄντ' ἔσω καθημένη. i. e. *mulier cum ſis virum ne dictis inceſſas.* Sic ſtatim τίκτει ἀνδρὸς μόχθος ἡμένας ἔσω. ut recte exponit Schol. per γυνὴ οὖσα. Supra in S. C. Theb. vs. 207. Μέλει γὰρ ἀνδρὶ, μὴ γυνὴ βουλευέτω τἄξωθεν, ἔνδον δ' οὖσα μὴ βλάβην τίθει. Cæterum reſpici videtur ſimul ad comparationem, quam Heſiodus inſtituit Θεογον. vs. 594. ſeqq. ubi inter alia, quæ apud ipſum legas.

——— ἔνδοθε μένοντες ἐπηρεφέας κατὰ σίμβλους,
ἀλλότριον κάματον σφετέρην ἐς γαστέρ' ἀμῶνται.

Οἰκουρὸν vocat in Agam. 1635. & ſic *Sedere domi* de muliere itidem Lat. vid not. ad Petron. c. 77.

Vs. 934. Τλήμων Ορέστης. Idem audit Eurip. in cognomini fabula vs. 74. & alibi. De ἐπήκεσον, quod præceſſit, ne quid notem, otium facit Vir eruditus in Obſerv. Miſc. Vol. I. Tom. III. p. 418. Suidæ Ακρίζω eſt τὸ ἄκρον κόπτω, plane nimirum ut explicat Schol. Eurip. ad Oreſt. vs. 275. De illo vs. 428. ubi Oreſten Οφιν vocat Clytemnæſtra, vid. Potter ad Lycophr. vs. 1120.

CAP. XXXVIII.

Æſchylus ſæpius explicatur. Quid ἐπολολύξαι? Αναψυχεῖν *&* ψυχεῖν τινὸς *&* ἔκ τινος. Προσαγορεύειν. Τυγχάνειν ὀνόματος. Πνέειν κότον *&c.* Εν contra. *Æſchylus varie tentatur.* Θρέεδς *quid notet?* Πίπτειν μετά τινος *dicitur* fortuna. *Quædam alia.*

Vs. 938. Ελακε δ' ἐς τὸ πᾶν
Ο πυθοχρήστας φυγάς.

Heſych. ἔλακε, ἤλαυνε —— quomodo Oppian. IV. Cyneg. vs. 292.

—— ἐδαίσρεον οἷς ἑτάροισι
Σύρειν τε, κλείειν τε, χορόν τ' ἐλάεσκε γυναικῶν.

Deinde πυθοχρήστας φυγὰς, ut quem prædixerat venturum Caſſandra; vid. Agam. vs. 1290. ſeqq.

Vs. 942. Επολολυξάτω δεσποσύνων δόμων,
Αναφυγὰς κακῶν, καὶ κτεάνων τριβὰς,
Υπὸ δυοῖν μιασόροιν,
Δυσοίμου τύχας.

Mentem loci vereor ut ceperit doctiſſimus interpres. Tollenda eſt gemina diſtinctio poſt δόμων & τριβὰς, atque inſtituenda hæc ſtructu-

jæ ſeries: Ἐπολολυξάτω (exul Oreſtes) τὰς ἀναφυγὰς τῶν δόμων τῶν δ. ἐκ κ. τοῦ δυσοίμου τ. καὶ τὰς τριβὰς τῶν κτ. ὑπὸ δ. μ. ſenſu apertiſſimo, modo volueris largiri ἐπολολυξάτω in priori periodi parte alia, alia poſteriori pollere virtute, ibi *lætitiam cum clamore prodat*, hic *lugeat.* ἀναφυγαὶ κακῶν erit, pro ἐκ κακῶν, ſic Joſeph. A. I. Lib. VI. c. 10. §. 3. οὐκ ἔχων ἀναφυγεῖν ἐκ τῶν ὑπεσχημένων. ut in Soph. Philoct. vs 1058. εἰ δ' ἴδοιμι ὀλωλότας τούτους, δοκοῖμ' ἂν τῆς νόσου πεφευγέναι; De regimine, cujusmodi illud τριβὴ ὑπὸ — dictum ſatis ad S. C. Theb. vs. 903. κακὰ τῆς δυσοίμου τύχης, mala ſunt, quæ cauſata fuerat inauſpicata fortuna. Heſychius Δύσοιμος, ἐπὶ κακῷ ἥκουσα, δύσοδος. Add. Suid. Verum cum facile prævideam fore, qui poſteriorem verbi uſum ægre in Æſchylo ſint admiſſuri, quod alibi, ut in Agam. vs. 1245. videatur adhibuiſſe ſenſu priori, & obſervatum ſit dudum, alteram notionem media demum invaluiſſe Græcitate; vid. Caſaub. ad Ariſtoph. Eq. vs. 613. en quomodo hoc incommodo, ſi ſit tale, remoto procedendum putem; Nempe pendere regique poterit τριβὰς ab ἀναφυγὰς, tanquam eſſet ἐπολ. τοῦ δεσπ. δ. ἀναπεφυγέναι ἐκ τῶν κ. καὶ τὰς τριβὰς τῶν κτ. ὑπὸ δ. μ. ſic duplici regimine erit poſitum verbale ἀναφυγὴ, ut plane intellexit Schol. ad vs. 943. Per μιάστορας Ægiſtum indicat & Clytemnæſtram, quod monere non attineret, niſi ex verſione obſcurum eſſet,

quo

quo retulerit interpres. Quod ſi tandem, ut ex antiſtrophe colligitur; & attigit Canterus, verſus ſtrophes undecimus intercidit, ejus deſiderium minus nos tangit, quod eo citra magnum ſenſus, ſtructuræ nullo diſpendio caremus.

Vs. 950. —— δίκαν δέ νιν
Προσαγορεύομεν
Βροτοὶ τυχόντες καλῶς.

Diſtinguit poſt τυχόντες interpres, accipitque pro ὄντες. Enim vero male. Tu me ſi ſatis audias non divelles καλῶς; ſed ex verbo adſumes τοῦ προσαγορεύματος i. e. τοῦ ὀνόματος. Heſych. Προσαγορεύουσι, καλοῦσι. Apollod. Lib. I. c. 7. §. 2. Αἰόλος — τοὺς ἐνοικοῦντας Αἰολέας προσηγόρευσε. Verti oportuit *verum nomen aſſecuti*, vel *proxime accedentes ad verum nomen.* Eurip. Iph. Taur. vs. 1321. Ὦ θαῦμα πῶς σε μεῖζον ὀνομάσας τύχω; adde Ariſtid. Tom. I. p. 18. Vs. 211. τυγχάνειν καλῶς valet *proſpere evenire* & *ſuccedere*, adeoque εἶναι. Vs. 947. in verſione à typotheta aberrante videtur profectum *pugna* pro *pœna*. Vs 948. μάχᾳ, eſt pro ἐν μάχᾳ, & leg. fortean δ᾽ ἐν μάχᾳ. in Schol. παρέσῃ. Sequitur ὀλέθριον πνέουσ᾽ ἐν ἐχθροῖς κότον, quod bene reddit interpres *adverſus hoſtes*, ἀντὶ τῶν ἐχθρῶν; ſic Soph. Ajac. vs. 1335. βουλήσῃ ποτὲ Καὶ δειλὸς εἶναι μᾶλλον ἢ 'ν ἐμοὶ θρασύς. Ad loquendi genus refer,

quod ſupra in Agam. 1244. ἄσπονδον ἀρὰν φίλοις πνέουσαν, & in Eum. vs. 844. πνέω μένος ἅπαντά τε κότον.

Vs. 955. Αξέν᾽ ἀδόλως δολίαν
βλαπτομένας ἐν χρόνοις
Θεῖσαν ἐποίχεται.

Apertum ſatis mendum obſidet illud θεῖσαν, pro quo τίσας reponit Stanl. Totius loci ſententia valde eſt impedita; in quam dum inquiro, variæ oboriuntur ſuſpiciones, e quibus lector eruditus eligat, quam vero proximam judicabit, aut quod præſtiterit, impertiat. Primo coniiciebam leg. ἀξείναν δόλοις δολίαν.

βλαπτομένα δ᾽ ἐν χρόνοις
τίσασ᾽ ἐποίχεται.

ad Dicen ut referatur, & ſenſus ſit, ἡ δὲ Δίκη βλαπτομένη τίσασα δόλοις ἐποίχεται τὴν δολίαν ἐν χρόνοις. Senſu ſatis adpoſito, niſi Dicen ſuo officio jam defunctam legeremus in antecedentibus, neque ita legendo nominativus ὁ Λοξίας ὁ Παρνάσιος deſtitueretur verbo, unde pendeat, & foret adeo ceu in parentheſi legendum καθάπερ καὶ ὁ Λοξίας ὁ Π. Hoc cum minus ſatisfaceret, nec viderem, quo poſſet referri ἄξενα, aut quomodo commode legeretur ἀξέν᾽ i. e. ἀξένα cum ὄχθη, ut conſtrueretur (nam ὄχθος, τὸ, unde foret ὄχθει, mihi igno-

gnotum) ariolabar anne fortaſſe ἄξεν eſſet verbum pro ἐπήγαγε. ſententia foret ἅπερ i. e. καθάπερ ὁ Λ. ὁ. Π. τίσεις ἐποίχεται τῆς ἀδελ. δολ. βλαπτ. ἐν χρόνοις. Sed & ἀξέναν δόλοις tentabam, de Clytemnæſtra ut accipiatur, & ordo eſſet, καθάπερ ὁ Λ. ὁ Π. —— τίσεις ἐπ. δόλοις τῆς ἀξέναν καὶ δολίαν βλ. ἐν χρόνοις. Mutationi videbatur favere, quod ſupra legimus vs. 888. δόλοις ὀλούμεθ', ὥσπερ οὖν ἐκτείναμεν. & Oreſtis ac Electræ verba apud Eurip. in Electr. vs. 983. Ορ. Ἀλλ' ἢ τὸ αὐτὸ τῆσδ' ὑποστήσω δόλον. Ηλ. Ὧι καὶ πόσιν καθεῖλες Αἴγισθον κτανών. & quod apud Noſtrum dixerat Oreſtes vs. 564. Καὶ δὴ θυρωρῶν οὔτις ἂν φαιδρᾷ φρενὶ Δέξαιτ', ἐπειδὴ δαιμονᾷ δόμος κακοῖς. Unde recte ἄξενος eadem Clytemnæſtra, & quæ præterea Agamemnonem & Caſſandram ἀπὸ ξένης reduces & advenas ſuſtulerat. Tandem ſi quis poſthabita difficultate, quæ in ἄξεν' ſubnaſcitur, ab edita nolit facile recedere, is ἀδόλως δολίαν Clytemnæſtram ideo per oxymoron a poëta dictam fingat, quia magni cum gaudii teſtificatione maritum reducem exceperat. vid. Agam. vs. 882. —— 922. & 940. reliquoſque ἀμοιβαίους uſque ad 984. nec non vs. 1245. ubi Caſſandra ita introducitur locuta ὡς δ' ἐπωλολύξατο Η παντότολμος, ὥσπερ ἐν μάχης τροπῇ. Δοκεῖ δὲ χαίρειν νοστίμῳ σωτηρίᾳ. Quin cogitavi corrigere ὅλοις, ut ὅλοις ἐν χρόνοις foret *per integros annos*, quomodo ἐντὸς χρόνου *intra annum* vertit interpres Herodoti Lib.

VIII.

VIII. c. 104. ſed quem uſum infimæ potius Græcitati tribuunt: vide du Cangium, & Hemſterh. ad Comici Plut. vs. 584. Quin etiam; ſed ohe jam ſatis ariolationum! & me ipſum multitudo obruit, ut liberum mihi eligendi ius non ſit; faciant ergo alii. Schol. ut legerit; non conſtat; poſſet tamen videri pro θέσαν inveniſſe δίκαν. Ceterum ut ex Stanl. emendatione τίσας ἐποίχεται copulata incedunt, ſic in Pind. Pyth. Od. II. vs. 44. Ἰξίονα φαντὶ ταῦτα βροτοῖς λέγειν τὸν εὐεργέταν ἀγαναῖς ἀμοιβαῖς ἐποιχομένους τίνεσθαι. Quod ſi quis pro παρνάσιος legere vellet παρνάσιον ſuſpicionis auctorem poſſet citare eundem Pind. Pyth. Od. X. vs. 13. ὁ Παρνάσιος αὐτὸν μυχὸς διαυλοδρομᾶν ὕπατον παίδων ἀνέειπεν. De voce μυχὸν conf. Spanh. ad Call. p. 430.

Vs. 958. Κρατεῖται πῶς τὸ θεῖον παρὰ τὸ μὴ ὑπουργεῖν κακοῖς.

Abeſſe poterat παρὰ, atque adeo videri vacare, ſed per tmeſin à verbo ſuo avulſam ſi intellexeris, minime fuerit otioſa, leniet enim, quod durius paulo dictum erat, eritque *quodammodo* cohibetur, ut bene in notis Stanl. & eodem tendit Grotii verſio.

Vs. 960. Ἄξιον δ' οὐρανοῦχον ἀρχὰν σέβειν,

Πα-

Παρὰ τὸ φῶς ἰδεῖν, μέγαν τ' ἀφη-
ρέθην
Ψάλιον οἴκων.
Αναγε μὰν δόμοις πολὺν ἄγαν χρό-
νον
Χαμαιπετῆ σε κεῖσθ' ἀεὶ,

Hæc ſicut eduntur qui intelligat, næ is mihi fuerit magnus Apollo; unde non mirum vix ſani aliquid continere verſionem. Quid mutatum iverit Stanl. cognoſces è notis: ego tentabam:

——— μέγαν τ' ἀφηρέθην
Ψάλιον οἴκων·
Αναγέα, μὴ 'ν δόμοις πολὺν ἄγειν χρόνον
Χαμαιπετῆ τε κεῖσθ' ἀεὶ,
Τάχα δ' ὁ παντελὴς χρόνος ἀμείψεται
Πρόθυρα δωμάτων ——— ———

Sententia, niſi me fallit animus, longe erit loco accommodatiſſima. τάχα δ' ὁ π. χρόνος ἀμείψεται τὰ πς. τῶν δ. τὸ μὴ ἄγειν με πολὺν χρόνον ἀναγῆ ἐν τοῖς δόμοις, καὶ χ. κεῖσθαι ἀεί. Fundamentum correctionum eſt in verbis proxime ſubjectis ὅταν ἐλάσῃ ἀπὸ τῆς ἑστίας τῆς ἐμῆς καθαρμοῖς οὐ μόνον πᾶν μῦσος, ἀλλὰ καὶ ἅπαν ἐλατήριον, ut cujus ſcil. nullus tunc erit amplius uſus. Priora verba ſic ordinabis ſublata poſt σέβειν virgula, ἔστιν ἰδεῖν παρὰ τὸ φῶς ἄξιον εἶναι σέβειν τὸ οὐρανοῦχον ἀρχάν. hoc nempe dicit *vel cæco adpareat hinc, deos eſſe reverendos*, rogas unde? reſpondeo quod ita

 me-

meritas pœnas inflixerint Clytemnæſtræ. ἀφαιρεθῆναι ſibi dicit χαλινὸν οἴκων, pro, liberum jam ſibi reditum in ædes paternas conceſſum. Schol. ad vs. 965. obſidere leve mendum τ pro τῷ, neminem latebit.

Vs. 968. ——— τύχα
Δ' εὐπροσώπῳ κοίτᾳ
Τὸ πᾶν ἰδεῖν, ἀκοῦσαι θρεομένοις
Μετοικοδόμων
Πεσοῦνται πάλιν, πάρα τὸ φῶς ἰδεῖν.

Varie hæc quoque tentat Stanl. Nil mutem ego ultra, quam quod ſejunctis, quæ vitioſe coaluere, legam μετ' οἰκοδόμων, ut exhibet editio Turn. neque aliter ut puto repererat Schol. τύχα dualis eſt, minime reſpuens verbum plurale. Ordo conſtructionis eſt τὰ δὲ τύχα (tam adverſa nempe, quam ſecunda) κειθεῖσαι ἐν κοίτᾳ εὐπροσώπῳ πρὸς τὸ ἰδεῖν καὶ ἀκοῦσαι τὸ πᾶν, ἡ μὲν παλιμπεσεῖται τοῖς θρεομένοις, ἡ δὲ πεσεῖται μετὰ τῶν οἰκοδόμων, ὥστε εἶναι τοῦτο ἑκάστῳ ἰδεῖν παρὰ τὸ φῶς. Θρεόμενοι erunt, quibus volupe eſt τῶν οἰκοδόμων i. e. Oreſtis & Electræ, infortunia ſermonibus frequentare, inque iis gaudere; quippe quorum πάθεα erant ἐλεγχα, ut loquitur Herodot. Lib. I. c. 153. Hoc ſi cui minus arriſerit, quia θρέομαι fere adhiberi ſolet *lugendi*, *lamentandique* ſenſu pro ὀλοφύρεσθαι, ὀδύρεσθαι. ut apud Æſchylum paſſim, vid. Agam.

gam. vs. 1174. Suppl. vs. 117. & 121. in Eurip. Med. vs. 51. & Hippol. vs. 363. is accipiat de amicis Oreſtis & Electræ, ut nutricis aliorumque: ſenſus erit, *utraque enim fortuna tam adverſa, quam proſpera loco opportuno ad videndum audiendumque omnia, quæ Deorum beneficio contigerunt conſtituta lamentantibus mala & infortunia eorum denuo favebit, ſuccedente adverſæ fortuna proſpera.* prius qui malet, quod & Schol. amplectitur, non alienum erit illud Eurip. in Hel. vs. 718. εὖ δέ πως ἀναστρέφει (ὁ θεὸς) ἐκεῖσε κἀκεῖσε ἀναφέρων. ὁ μὲν πονεῖ· ὁ δ᾽ οὐ πονήσας αὖθις ὄλλυται κακῶς. βέβαιον οὐδὲν τῆς ἀεὶ τύχης ἔχων. & Horat. Lib. I. Od. XXXIV. ult.

——— valet ima ſummis
Mutare, & inſignem attenuat Deus
Obſcura promens; hinc apicem rapax
Fortuna cum ſtridore acuto
Suſtulit, hic poſuiſſe gaudet.

ubi vid. not. Bentl. Adde Noſtrum vs. 1040. ſeqq. quæ inſigniter expoſitioni illi favent. πεσεῖν μετὰ dictum ferme, ut noſtrum *mede vallen*: cogitavi præterea de verbo ἀθρεῖν, ut legeretur ἀκοῦσαι 'θρεομένοις, quod penderet ab illo παρὰ τὸ φῶς ἰδεῖν, ſed diſplicuit.

CAP. XXXXIX.

Ἐπήκοος. Δεσμὸς μηχάνημα quomodo dicatur? Ξυνωρίς. In Æſchylo ſenſus ſapius expeditur. Quid παρασπαδόν? Στέγαστρον. Æſchylus tentatur. Πέσημα οὐρανοῦ. Ευστομεῖν quid? Ποδιστὴρ πέπλος. Αργυροστερής. Νομίζειν βίον & τέχνην. Videri in Pindaro vulgatam lectionem ſervari poſſe. Μηδὲν πρόσθεν ἔρδειν. Quid βάψαι ξίφος. Ως. Thucydidis locus examinatur. Κηλίς. In Æſchylo conjectura proponitur. Πορσύνεται κακά. Επιζεύγνυσθαι. Ποτιμήνιον. Heſychio lux. Etymologus emendatur. Στροβεῖν. Αλλ' εὐτυχοίης. Πλειστηρίζειν quid?

Vs. 980. Ἴδεσθε δ' αὖτε τῆσδ' ἐπήκοοι κακῶν
Τὸ μηχάνημα, δεσμὸν ἀθλίῳ πατρὶ,
Πέδας τε χειροῖν καὶ ποδοῖν ξυνωρίδα.

Interpres ἐπήκοοι vertit *auditores*. Heſychius Ἐπήκοοι καὶ οἱ μάρτυρες, καὶ οἱ δικάζοντες. Sic in Eumen. vs. 735. δίκης γενέσθαι τῆσδ' ἐπήκοος μένω. & Agam. vs. 1430. ἐπήκοος δ' ἐμῶν ἔργων δικαστὴς τραχὺς εἶ. Teſtes ſibi eſſe voluit ob judicium, quod erat ſubiturus. vid infra vs. 1040. & fabulam ſequentem. Ad reliqua quod attinet, copulandum cenſeo, μηχάνημα δεσμόν, ut ſit pro δεσμὸν μεμηχανημένον. de quo genere abunde habuimus in præcedentibus. Tum ξυνωρίδα in-

ta-

tactum relictum non mutem cum Doctiſſ. Arnaudtio; duo malorum paria oculis exponit Argivorum, prius eſt διπλῆ τυραννὶς vs. 973. i. e. cadavera Ægiſti & Clytemnæſtræ: alterum δεσμὸς ille, & πέδαι. ideo repetit ἴδεσθε δ' αὖτε. Vocabulum ξυνωρὶς, ut ζεῦγος de rebus quibuſque uſurpant Græci, vid Weſſeling. Obſ. Lib. I. cap. 27. Barneſ. ad Eurip. Bacch. vs. 324. & Bud. Comm. p. 821. ὀμμάτων ξυνωρίδα dixit Syneſ. de Provid. p. 98. D. Vs. 976. legerim φίλοι δ', ob μὲν, quod antecedit, & ne cui oriatur ſuſpicio pro τάθ' ſcribendum πόθ'

Vs. 983. Ἐκτείνατ' αὐτὸ, καὶ κύκλῳ παρασταδὸν
Στέγαστρον ἀνδρῶν δείξατ', ὡς ἴδοι πατήρ.

Αὐτὸν nempe τὸν δεσμὸν, quem illico στέγαστρον vocat. Cetera hunc in modum ordino, καὶ δ. παραστ. τὸ στέγ. τῷ κύκλῳ τῶν ἀνδρῶν *oſtendite integumentum circumſtanti multitudini.* Aliter ſi cui videatur procedendum, cum eo non contendam; poteſt enim κύκλῳ aliis etiam modis accipi, alio etiam referri ἀνδρῶν, minus tamen fortaſſe commode. Οἰκῶν στέγαστρον teſte Polluce Lib. X: 180. Noſter dixit alibi, de quo poſt varias cogitationes Cl. Hemſterhuſii nihil habeo quod addam; niſi hoc, quod per-

 pen-

pendendum relinquam viris eruditis, anne ſorte invenerit Pollux ὄστρεον στέγαστρον, i. e. ὀστρεῶδες. Gregor. Palama Declam. invectivæ Mentis in Corpus p. 13. & altera qua ſe corpus defendit p. 39. Ὀστρεῶδες περίβλημα. & Themiſt. Orat. XXI. p. 261. B. πᾶσα γὰρ ἡ τοιαύτη ἀνανδρία σμικρᾶς τε καὶ ἀνελευθέρου ψυχῆς, καὶ σφόδρα τὸ ὄστρεον τοῦτο τιμώσης. Παρασταδὸν valet *e propinquo* ἐκ τοῦ σύνεγγυς, uti exponit Heſychius.

Vs. 990. Ἔχει γὰρ αἰσχυντῆρος ὧς νόμου δίκην.

Canterus una voce ſcribit ἐκνόμου, quid ſi ſalvis omnibus, nullius literulæ interitu Æſchylus ſcriptum reliquiſſet non generandi caſum ab αἰσχυντὴρ, ſed αἰσχυντηρὸς? ita fuerit νόμου δίκην pro τοῦ ἐκ τοῦ νόμου δίκην, ut οὐρανοῦ πέσημα, pro ἐξ οὐρανοῦ in Eurip. Iphig. Taur. vs. 1384.

Vs. 997. τίνιν προσείπω κἂν τύχω μάλ' εὐστομῶν.

Schol. εὐστομῶν expl. ex antiphraſi, nec iſtud forte male; ipſe tamen malim accipere ut illud Poëtæ *non mihi ſi centum linguæ ſint oraque centum.* Structura ut ſit, κἂν τύχω μάλα εὐστομῶν, οὐκ ἂν προσείποιμι αὐτὸ κατ' ἀξίαν τόλμης ἕνεκα καὶ φρονήματος ἀδίκου. & facit mecum ut video Spanh ad Comici Nub. vs. 831. De παρένδυτον, quod ſequitur, adi eundem ad Callim.

lim. H. Apoll. vs. 32. Verſu abhinc altero Turn editio præfert δρoίτης, ex Etymologi mente pro *loculo* antehabendum τῷ δρύτης. Neque alius facile proclivior error, quam commutatio τῆς οι in υ, & contra. De illo vs. 994. μύεςινά γ' ἦ, l. ἦτ', ἐχίδν' ἔφυ viſe Potter. ad Lycophr. vs. 1120. Spanh. ad Ariſtoph Ran. vs. 478. & not. ad Petron. c. 77. Ποδιςῆρες πέπλοι ſunt αἱ ἐμποδίζουσαι τὴν βάσιν ſua prolixitate, uti bene Schol.

Vs 1002. Αργυροςερῆ βίον νομίζων. Recte videtur Stanl. ἀργυροςερῆ hic active accipere. Νομίζειν valet *profiteri*, *exercere*. Ita ὁ νομιζόμενος περὶ Τεχνοπολέμου βίος Ariſtid. Tom I, p. 395. & τέχνην νομίζειν Eurip. in Fragm. ex Alcmæone vs. 3. Vereor itaque, ne immerito controverſiam moverint verbo V. D. apud Pind. Iſthm. Od. II. vs. 56. αἰδοῖος μὲν ἦν, Xenocrates, ἀςοῖς ὁμιλεῖν, Ιπποτροφίας τε νομίζων Εν πανελλάνων νόμῳ, Καὶ θεῶν δαῖτας προσέπτυκτο πάσας. Difficultatis nonnihil peperiſſe videtur & paulo longius remotum; ordo eſt ἦν τε νομίζων τὰς ἱπ. καὶ προσ. π. δ. ἐν παν. νόμῳ.

Vs. 1005. Τοιάδε μοι ξύνοικος ἐν δόμοισι μὴ
Γένοιτ', ὀλοίμην πρόσθεν ἐκ θεῶν ἄπαις.

Lego τοία δέ μοι ξ. μὴ γέν. ἐν δ. i. e. ἀλλά μοι μὴ γ.

γ. πλα. ξ. niſi malis hoc modo accipere, tanquam eſſet ὁλ. πς. ἐκ θεῶν, ἢ τοιάνδε μοι γενέσθαι ξὺν δ. Soph. in Electr. vs. 82. μηδὲν πρόσθεν ἢ τὰ Λοξίου πειρώμεθ' ἔρδειν. Subſequitur μίμνοντι ᾗ ἢ πάθος αὐθεῖ i. e. ni fallor ὑπομένοντι ᾗ ἢ ὑποσχόντι πρᾶξιν ἢ ἔργα ἀνόσια, & πάσχειν τοιαῦτα ἀπόκειται. quomodo ferme & Schol. expl.

Vs. 1011. —— —— μαρτυρεῖ δέ μοι φᾶρος τόδ', ὡς ἔβαψεν Αἰγίσθου ξίφος.

Quod prima ſpecie vocula ὡς videtur notare, non notat; debuiſſetque verti *quomodo*, non *quod*: ſententia eſt *ſatis mihi manifeſtum ex hoc veſtimento, quomodo tinxerit Ægiſti enſem.* Noſter in Prom. vs. 862. Δίθηκτον ἐν σφαγαῖσι βάψασα ξίφος. Soph. Ajac. vs. 94. ἔβαψας ἔγχος εὖ πρὸς Ἀργείων στρατῷ. & Lycophr. vs. 1121. Εἰς σπλάγχν' ἐχίδνης αὐτόχειρ βάψει ξίφος. Sic in Eumen. vs. 114. iterum interpres ὡς ἔλεξα vertit *quæ dixi*, ad ſenſum non male; verum nuſquam adhuc ὡς inveni ſignificatione relativi: quam ne in Thucydidis quidem prooemio cum Steph. admiſerim; ſed cui in eo non accedo, quod quaſi πλεονάζειν exiſtimat verba ὡς ἐπολέμησαν πρὸς ἀλλήλους. Pone enim ſcriptum, ut poterat ſcribere, nullo ſenſus diſcrimine Θουκ. Ἀθ. ξυν. ὡς οἱ Πελοποννήσιοι καὶ Ἀθ' ἐπολέμησαν τὸν πόλεμον πρὸς ἀλλήλους, nihil utique

que redundabit; nunc ſupplendum reliquit αὐτὸ, atque adeo ὡς propria & obvia virtute poſuit.

Vs. 1012. φόνου κηκίς. Quid ſit κηκὶς, docet Salm. in Solin. Add. Suid. & Phavor. V. Κνῆσις; ut non auſim conjicere κηλὶς, quo alioqui deſignant Gr. εἶδος αἰσχρὸν ἐν ἱματίῳ, uti expl. Heſych. Eurip. Iph. Aul. vs. 1200. κηλὶς ἔβαλέ νιν μητροκτόνος. conf. Etymol. In proximis interpres πάθος non recte vertit *affectum*. Idem hic notat, quod vs. 1009. Vs. 1017. Turneb. præbet ἔχω, & vs. 1020. ἥξει, quod præ edito ἧξεν mihi placet.

Vs. 1021. Ἀλλος γ᾽ ἂν εἰδῇ, τοῦτ᾽ ἄρ᾽ οἶδ᾽ ὅπη τελεῖ. Senſus eſſe videtur, tanquam eſſet ſcriptum ἄλλος γ᾽ ἂν εἰδῇ ὅπη τελεῖ τὰ λοιπὰ *alius dixerit, non ego, quem exitum reliqua ſint habitura*, quæ nempe attigit vs. 1018 ſeqq ἐγὼ γὰρ τοῦτο οἶδα, ὅτι — Subdit, πρὸς γὰρ καρδίᾳ φόβος ᾄδειν ἕτοιμος, ἣδ᾽ ὑπορχεῖσθαι κότῳ. leg. ἡ δ᾽ i. e. γὰρ *illa vero*, puta καρδία ἕτοιμος ὑπορχεῖσθαι. Præterea ſuſpectum non nihil κότῳ. pro quo conjectabam, etſi ſubtimide, κρότῳ. De voce ὑπορχεῖσθαι conſule H. Steph. Theſ. In Prom. Vinct. vs. 880. habuimus καρδία φόβῳ φρένα λακτίζει.

Vs. 1029. Καὶ φίλτρα τόλμης τῆσδε πλειστηρίζομαι

Τὸν Πυθόμαντιν Λοξίαν — —

Mens loci videtur hæc eſſe, ἐγὼ πλειστηριάζομαι, καὶ πλείονος ἄξιον ἐμαυτοῦ ἡγοῦμαι. διὰ τὸ τὸν Λοξίαν ἐμπεποιηκέναι μοι τὰ φίλτρα τῆς τόλμης τῆσδε. Metaphora eſt ἀπὸ τῶν πλείονος πωλησάντων, ὃν ὠνήσαντο. Themiſt. Orat. XXI. p. 261. B. ἐφ' ὅσοις καλλωπίζονται ὡς κομψοῖς καὶ δεινοῖς — πλειστηριάζειν τε καὶ ὑπερωνεῖσθαι, ἀποστερεῖν τῆς ἕ — Tum ut illico αἰτία κακὴ, ſic & Soph. Trach. vs. 957.

Vs. 1040. τάδ' ἐν χρόνῳ μοι πάντας Ἀργείους λέγω
Καὶ μαρτυρεῖν μοι λέως ἐπορσύνθη κακά.

Ferri nequit λέως, niſi diſtinguatur, ut fecit Stanl. ſed tunc vix cohærebit ſermo cum præcedentibus. Πῶς, quod idem conjicit, adoptat Arnaudtius, legens præterea pro priori μοὶ, μὲν, & pro τὸ μαρτυρεῖν, ἐπιμαρτυρεῖν. Nihil ego requiram mutemve præter λέως in δ' ὡς extrito ε, quod attraxit corrupta litera Λ. De uſu vocularum καὶ τὸ (ſunt enim in ſtructuræ ordine jungendae, qui erit, καὶ τὸ μαρτυρεῖν μοι ὡς ἐπ. κ.) vid. Raphel. ad Luc. Cap. X. 8. & Actor. III. 24. Sententia eſt, *quin & hoc addo, omnes ut Argivi ſuo tempore mihi teſtes ſint, quomodo hæc mihi mala attraxerim.* connectenda autem ſunt hæc cum iis, quæ ediſſerere coepit vs. 1026. κηρύσσω φίλοις — hic ſubjungit καὶ τὸ λέγω — ἐπορσύνθη κακὰ etiam dixit

xit in Perſ. vs. 267. pro κατεσκευάσθη ϗ ἐγένετο, uti exp. Schol. Vs. 1038. αἷμα κοινὸν foret ἐδε-λυκτὸ interprete Heſych. ſed dubia eum ſit iſta notio, accedam potius Stanl. corrigenti καινόν.

Vs. 1044. ἀλλ' εὖ τε πράξας, μηδ' ἐπιζευχθῇ
στόμα
φήμαι πονηρᾷ, μηδ' ἐπιγλωσσῶ
κακά.

Chori puto eſſe verba ad verſum usque 1048. Pro εὖ τε lego εὖγε, & φήμαις πονηραῖς. Nominandi caſui locus quis ſit, doceant alii. Ἐπιζευχθῇ valet ὁπλισθῇ. ſuntque verba admonitoria, quaſi dicat: *tu vero Oreſte bona verba quæſo! neque, bene cum feciſti, mala ominare;* vel, *abſtine verbis male ominatis, quando temet agnoſcente, Apollini obſecutus omnia præclare geſſiſti.* Ἐπιζευγνῦναι credo proprie Græcos uſurpaſſe de equis, qui præter alios jam junctos currui adjungebantur, ut de nihilo non ſit ἐπί. De verbo ἐπιγλωσσᾶσθαι vid. ad Prom. vs. 927. Præceſſit κληδόνας λιπών i. e. *famam, rumores,* non *oracula,* ut interpres.

Vs. 1055. Ποταίνιον γὰρ αἷμά σοι χεροῖν ἔτι. Heſych Ποταίνιον, νέον, πρόσφατον, οἱ δὲ σύνεγγυς. Nempe φατὸ, ſeu εἰρημένον, περὶ ὃ ἐγγὺς ἐλέγετό τι. Viſe Euſtath. ad Il. Ω p. 1516. 30. & Odyſſ.

Δ. 159. 25. Suidas τὸ ξένιον ἢ νέον. Corrigunt V. D. τὸ ξένον. Neque tamen aliter Etymol. Ποτιύνιον, dicit τὸ ξένιον, τὸ πρόσφατον, καὶ οἱονεὶ παρὰ τὸ νέον, ἵνα ᾖ ποτίνεον τὸ νεαρὸν, ἀπὸ τοῦ παρακελευσθέντος, ὡς παρὰ Πινδάρῳ Ἀγησιδάμῳ. leg. ἀπὸ τοῦ παρακελευσθέντος ἢ τὸ πρῶτον, quod recte addit Schol. Pind. Ol. Od. X. vs. 52. unde hæc ſunt depromta. De Etymo rectiora prodit Euſt. l. d. De dativis μοὶ, σοὶ pro μοῦ, σοῦ dixi aliquoties. Addo nunc, ſcribentem hæc incidiſſe me in H. Steph. libellum de Conven. Ling. Gall. cum Græca, ubi de Lat. *mihi*, *tibi* idem eum ſtatuiſſe video, quod docui ad vs. 154. Pind. Nem. Od. III. 17. κρέοντι θυγάτηρ pro Κρέοντος. Præcedit δόξαι στροβοῦσι ſequente continuo ἴσχε μὴ φοβοῦ, prorſus ſcil. ut expl. Heſych. Στροβῆσαι, ἐκφοβῆσαι. Job. Cap. XXXIII. 7. οὐχ ὁ φόβος μου σε στροβήσει. Succedit ἀλλ' εὐτυχοίης καί σ' ἐποπτεύων πρόφρων Θεὸς φυλάσσοι. Quomodo Noſtrum aperte imitatus Soph. Oed. Tyr. vs. 1492. Ἀλλ' εὐτυχοίης, καί σε τῆσδε τῆς ὁδοῦ Δαίμων ἄμεινον ἢ μὲ φρουρήσας τύχοι. Et ſic ἀλλ' εὐτυχοίτην Eurip. Iphig. Aulid. vs. 716. Add. vs. 1557. & Iphig. Taur. vs. 841.

Finis Libri Secundi.

FRI-

FRIDERICI LUDOVICI ABRESCH

ADNOTATIONES

AD QUÆDAM LOCA

N. TESTAMENTI.

MATTH. CAP. III. com. 6.

Ἐξομολογούμενοι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν.

Eodem loquitur modo Joſeph. Ἀρχ. Lib. VIII. c. 4. extr. τὴν αἰτίαν πολυπραγμονεῖν, δι' ἣν οὕτω ἐμισήθησαν Ἑβραῖοι τῷ Θεῷ, πρότερον εἰς δόξαν καὶ πλοῦτον παρ' αὐτοῦ προαχθέντες (ita ſcil. leg. pro παραχθέντες) ἐ παρὰ τῶν ὑπολειπομένων ἀκούειν, ἐξομολογουμένων τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν. Idemque ſæpius hoc verbo utitur, ut Lib. cit. cap. 10. §. 3. XVI. c. 5. §. 4. Ἁλώσ. Lib. I. c. 32. §. 2. Lib. II. c. 21. §. 3. V. c. 9. §. 4. & c. 10. §. 3. Nec non Plut. in Lucullo p. 506. D. & Eum. p. 594. A. Add. Themiſt. Orat. XXIX. extr. Vi compoſitionis valet *rotunde profiteri*, *ita ut nihil reticeas*. Pulcre Suidas Ἐξομολόγησιν expl.

τῶν βεβιωμένων ἀφήγησιν. quo refer Actor. cap. XIX. com. 18.

Com. 7.

Ἰδὼν δὲ πολλοὺς τῶν Φαρισαίων καὶ Σαδδουκαίων ἐρχομένους ἐπὶ τὸ βάπτισμα αὐτοῦ, εἶπεν αὐτοῖς, γεννήματα ἐχιδνῶν, τίς ὑπέδειξεν ὑμῖν φυγεῖν ἀπὸ τῆς μελλούσης ὀργῆς;

Proverbialiter dictum γεννήματα ἐχιδνῶν jam monuit hic, & ad Luc. Cap. III. 7. Pricæus. Ceterum ſic θρέμματα apud alios. Æſch. S. C. Theb. 188. ὑμᾶς ἐρωτῶ θρέμματ᾽, οὐκ ἀνασχετά. & Soph. in Electr. vs. 625. ὦ θρέμμ᾽ ἀναιδές. Utrumque junxit Themiſt. Orat. VII. p. 90. quod, ut video, jam obſervavit Pric. Illud φυγεῖν ἀπὸ valet *effugere, fugiendo evitare.* ut iterum Cap. XXIII. com. 33. πῶς φύγητε ἀπὸ τῆς κρίσεως; & Luc. Cap. III. com. 7. nec non Ariſtid. Tom. II. p. 391. εἰ γὰρ τοσούτων καὶ τηλικούτων κακῶν ἡ φύσις αἰτία γίγνεται — πῶς οὖν φθέγξη κρείττον ἀπ᾽ αὐτῆς; Liban. Vitæ Suæ p. 74. ἐχθρὸς μὲν ὁ λουτροῦ μεμνημένος, ἐχθρὸς δὲ ὁ δείπνου. καὶ φυγὴ μὲν ἀπὸ βιβλίων, φυγὴ δὲ ἀπὸ γραφῆς καὶ ποιήσεως λόγων. Petrus Apoſt. Epiſt. II. Cap I. com. 4. ἀποφυγόντες τῆς ἐν κόσμῳ ἐν ἐπιθυμίᾳ φθορᾶς. & Græco more Petron. c. 118. *effugiendum eſt, ut ita dicam, ab omni verborum vilitate.* ubi, quod viſum Cl. Burm. *ut ita dicam* non ob locutionis inſolentiam additum

cen-

cenſeo, quod non alibi facit, ſed ob ejus emphaſin; quippe quæ adhibetur de rebus, à quibus periculum metuimus, quas averſamur, & quarum diſtædet. Nota eſt Cærſais vox, *tanquam ſcopulum, ſic fugias inauditum, atque inſolens verbum.*

Com. 11.

Οὖ ὐκ εἰμὶ ἱκανὸς τὰ ὑποδήματα βαςάσαι.

Hoc cum reliqui Euangeliſtæ ſiſtant per λῦσαι τ̀ ἱμάντα τ͂ ὑποδημάτων, & τὸ ὑπόδημα, (Joſeph. Ἀρχ. Lib. V. c. 9. §. 4. una voce ὑπολῦσαι.) merito quæritur, quo ſenſu Matthæus ſcripſerit βαςάσαι τὰ ὑποδήματα. Putant V. D. hæc ita concilianda, *quod qui ſolvit calceos, idem portet, detractosque auferat.* Vereor id ut procedere largiantur omnes; mihi certe ratio non ſatis facit: rectius ni fallor dixiſſent, *qui ſolvit calceos, eundem tractare,* atque adeo ſervili fungi miniſterio omnium viliſſimo, neque ita reipſa quidquam intercedere diſcriminis inter utrumque loquendi genus. Pollere autem βαςάσαι, ea, quam dixi, *tangendi, tractandi,* &, quæ inde fluxit, *adminiſtrandi* virtute, & quidem Attice, ſequentia ni fallor probabunt. Suidas: Βαςάσαι ὐ τὸ ἆραι δηλοῖ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς, ἀλλὰ τὸ ψηλαφῆσαι, καὶ διαστηκῶσαι (ἢ) διαστήσασθαι τῇ χειρὶ τ̀ ὀλ-

ὀλκοῖν. Et recte hoc obſervat, unde & ſynonymum τῷ θιγγάνειν, quomodo & hic accipimus. Apud Soph. in Philoct. vs. 675. ubi Philoctetem rogat Neoptolemus, liceatne ſibi τὰ τόξα θέαν ἔγγυθεν λαβεῖν, καὶ βαστάσαι, προσκύσαι θ' ὥσπερ θεόν; reſpondet ille, πάρεστι καὶ θιγγάνειν, καὶ δόντι δοῦναι. Hinc denique, quod addidi, valet *tractare* i. e. *adminiſtrare*. ut Joh Cap. XII. com. 6. ubi de Juda legimus, ὅτι κλέπτης ἦν, καὶ τὸ γλωσσόκομον εἶχε, καὶ τὰ βαλλόμενα ἐβάσταζεν. Quomodo & Galli utuntur ſuo *manier* Sed & ad animum transfertur. Æſch. Prom. Vinct. vs. 887. ἦ σοφὸς ἦν, ὃς πρῶτος ἐν γνώμᾳ τόδ' ἐβάστασεν. Ariſtoph. Theſm. vs 444 πάντα δ' ἐβάστασεν φρενί. ubi conf. Kuſter. Polybium apud Suid. V. βαρυδαίμων. & Joh. Cap. XVI. com. 12. ἔτι πολλὰ ἔχω λέγειν ὑμῖν, ἀλλ' οὐ δύνασθε βαστάζειν ἄρτι. Ceterum etſi, quod tradit Suidas, uſus ille ſit Atticus, tamen exiſtimari non debet, eosdem *tollendi* ſignificationem ignorare. Lucian. in Aſino p. 158. τὴν δὲ μάχαιραν βαστάσας, ἐπ' ἐμοὶ ἤλαυνεν ἐς τὴν πόλιν. Sic verba diſtingue, quorum prava interpunctio fecit, ut diſtortum ſenſum adfingeret interpres vertens, *impoſito mihi enſe ad urbem pergit*. pro *ſublato enſe, in me vehebatur in urbem*. Apud Sophoclem item Electr. vs. 1598. dum Ægiſthus alios vult χαλᾶν πᾶν κάλυμμ' ἀπ' ὀφθαλμῶν. reponit ei Oreſtes, αὐτὸς σὺ βάσταζε. Atque ita αἴρειν & βαστάζειν inter ſe permutantur.

Joh.

Joh. Cap. XX. 13. & 15. David apud Joſeph. Ant. Jud. VI. c. 9. §. 3. de leone à ſe proſtrato, τῆς οὐρᾶς βαστάσας, καὶ προσρήξας τῇ γῇ διαφθείρω. *cauda ſublatum alliſumque ſolo perdo.*

cap. v. com. 48.

Εσεσθε οὖν ὑμεῖς τέλειοι.

Vulgatum τὸ ἔσεσθε habuiſſe pro imperativo, veriſimile eſt, quia reddit *eſtote*; verum non ideo legit, quod putat Eraſmus, ἐσέ. Æque enim ἔσεσθε imperandi eſt modus, atque ἐσέ. Nam ut ab ἴσθι veniunt ἔσω, ἔσον, ἔστε. ſic ex ἔσο formantur ἐσέσθω, ἔσεσθε. Priora norunt vulg. Grammaticæ. Hæc didici ex Demoſth. Orat. in Macart. p. 608. ſegm. 87. Edit. Pariſ. ubi ἐσέσθων invenio Attice ἀντὶ τοῦ ἐσέσθωσαν. & Herodot. Lib. VIII. c. 22. Ανδρες Ιωνες μάλιστα μὲν πρὸς ὑμέων γίνεσθε, εἰ δὲ ὑμῖν ἐστι τοῦτο μὴ δυνατὸν ποιῆσαι, ὑμέες δὲ ἔτι καὶ νῦν ἐκ τοῦ μέσου ἡμῖν ἔσεσθε. In Pauli Epiſt. ad Epheſ. Cap. VI. com. 3. τοῦ ἵνα ἔσῃ eadem eſt ratio, quæ τοῦ ἵνα ἔσαι aliorumque, de quibus egi nuper Miſc. Obſ. Nov. Tom. III. p. 13. ut non ſit, cur Aor. conjunctivum comminiſcamur cum Jo. Conr. Schwartz in Comm. Crit. Ling. Gr. Novi Foed.

CAP. VI. COM. 16.

Οταν δὲ νηστεύητε, μὴ γίνεσθε, ὥσπερ οἱ ὑποκριταὶ σκυθρωποί· ἀφανίζουσι γὰρ τὰ πρόσωπα αὐτῶν, ὅπως φανῶσι τοῖς ἀνθρώποις νηστεύοντες.

Variis expoſitionibus obnoxia ſunt verba ἀφανίζουσι τὰ πρόσωπα αὐτῶν. Eas vide recenſentem diligentiſſinrum Wolfium. Verus genuinuſque ſenſus ſe ſiſtet ſponte, modo cogites, quid Gr. proprie ἀφανίζειν; quod cum nihil dicat aliud, quam ποιεῖν, ἵνα μὴ φανῇ τι, ὃ ἦν πρότερον, facile intelligitur, de Phariſæis quando legimus, ὅτι ἀφανίζουσι τὰ πρόσωπα αὐτῶν, perinde eſſe, tanquam legeremus, μεταμορφοῦσι; vel μεταβάλλουσι τὰ πρόσωπα. Scil. εἰς τὸ στυγνὸν καὶ σκυθρωπὸν, quod præcedit, adeoque βιάζονται αὐτά; quam in rem egregia ſunt verba Æſchyli in Agam. vs. 797.

Πολλοὶ δὲ βροτῶν τὸ δοκεῖν εἶναι
Προτίουσι, δίκην παραβάντες.
Τῷ δυσπραγοῦντι δ' ἐπιστενάχειν
Πᾶς τις ἕτοιμος· δῆγμα δὲ λύπης
Οὐδὲν ἐφ' ἧπαρ προσικνεῖται·
Καὶ ξυγχαίρουσιν ὁμοιοπρεπεῖς
Αγέλαστα πρόσωπα βιαζόμενοι.

Nec alienum quoque hinc eſt illud Joſephi. Αλώσ. Lib. I. c. 31. §. 4. τῷ δέει τεθνηκὼς ἔνδοθεν, στυγερὸς εἶναι τὸ πρόσωπον ἐβιάζετο. & Quinct. Inſtit.

ſtit. Orat. Procem. p. 8. *non virtute ac ſtudiis, ut haberentur philoſophi, laborabant, ſed vultum, & triſtitiam, & diſſentientem à cæteris habitum peſſimis moribus prætendebant.* Ælian. de Anim. Lib. XV. c. 11. ult. τὸ τῆς ὑγροθηρίας γένος συμβιῶν, καὶ τὰς ὑποδύσεις, ita leg. pro ἀποδύσεις, τὰς κατωτάτω μετὸν μελαίνουσι τὰς ἑαυτῆς βάσεις, καὶ τὰ κοῖλα τῆς χειρῶν, ἀφανίζειν πειρώμενοι τὴν ἐξ αὐτῆς αὐγήν. id quod Petronio cap. 102. *figuram pervertere.* Scribit nempe; *Quin tu inquit Giton —— increta facies, ut ſuos Gallia cives putet; tanquam hic ſolus color figuram poſſit pervertere.* & quale quid Pharisæos quoque factitaſſe, exiſtimari dum video V. D. ἐγέλασα. Suidam audiamus Ἀφανίζειν, dicit, οὐ τὸ μολῦναι καὶ χρᾶναι δηλοῖ, ἀλλὰ ὅλως τὸ ἀνελεῖν καὶ ἀφανὲς ποιῆσαι. Lyſis Pythagoreus in Epiſt. Hipparcho ſcripta, εἴ τις ἐς φρέαρ βαθὺ βορβόρου πλῆρες ἐγχέαι καθαρὸν καὶ διειδὲς ὕδωρ, τόν τε βόρβορον ἐτάραξε, καὶ τὸ ὕδωρ ἠφάνισεν. Infra com. 19. μὴ θησαυρίζητε ὑμῖν θησαυροὺς ἐπὶ τῆς γῆς, ὅπου σὴς καὶ βρῶσις ἀφανίζει. atque iterum Ælian. de Anim. Lib. VI. extr. ἐὰν ἀπολάχωσιν οἱ λύκοι τῆς ἄγρας, εἰρηναῖα αὐτοῖς πρὸς τοὺς ἁλιέας —— εἰ δὲ μὴ, διαξαίνουσιν αὐτῶν τὰ δίκτυα, καὶ ἀφανίζουσιν. Ad vultus ἀφανισμὸν ut redeam, is ſi ejusmodi mutationem ſubeat morbo, fame aliisve malis, Græcis dicitur συμπίπτειν, Lat. *Cadere* & *concidere*. Herodot. Lib. III. cap. 52. ἀλουσίῃσι καὶ ἀσιτίῃσι συμπεπτωκώς. prorſus ni-

mirum ut Græci Bibliorum interpretes Geneſ. cap. IV. com. 6 de Caïno invidia tabido, ἵνα τί περίλυπος ἐγένου; καὶ ἵνα τί συνέπεσε τὸ πρόσωπόν σου. Unde Corpus apud Gregor. Palam. Declam. qua Mentis diluit criminationes, hunc loquitur in modum ἐμοὶ τὸ πρόσωπον πελχιώδες τηκεδόνι συνέπεσε Add. I. Sam. cap I. com. 18. jam à D. Heinſio ad præſentem Matthæi locum excitatum, Ovid. XXI. Heroid. vs. 215.

Concidimus macie, color eſt ſine ſanguine ——

& Petron. cap. 2, *effeciſtis ut corpus orationis enervaretur, & caderet, — ac ne carmen quidem ſani coloris enituit.* Neque aliter in noſtra lingua utimur τῷ *vervallen*, & *invallen*, ut Gr. iterum ſuo ὑποπίπτειν. Themiſt. Orat. XIX. p. 231. B. ἐκ μορφῆς ἀθεεσπέντες καὶ ὑποπεπτωκυίας μεπεμορφοῦντο εἰς — Cujuſmodi *deformatus*, συμπεπτωκὼς & ὑποπεπτωκὼς Luc. in Tox. p. 77. eſt ἄδηλος γεγενημένος ὑπὸ τῶν κακῶν. Ovid. dictæ Epiſt. vs. 221.

Si nunc me videas, viſam prius eſſe negabis.

Com. 22.

Ἐὰν οὖν ὁ ὀφθαλμός σου ἁπλοῦς ᾖ, ὅλον τὸ σῶμά σου φωτεινὸν ἔσται,

The-

Themiſtius imaginem ſiſtens Amicitiæ & Simulationis, illam inter alia ita depingit Orat. XXII. p. 281. B. ἀμφιέσω δὲ λευκόν τινα κόσμον ἱκέον (quid ſi ἱκανῶς?) διαφανῶν καὶ λεπτῶν ἱματίων, ὥστε πολλαχῆ καὶ τοῦ σώματος διαφαίνειν, καὶ τὴν ψυχὴν εἶχε τοῦ σώματος φανερωτέραν. ἦν γὰρ αὐτῆς τὸ μὲν βλέμμα ἁπλοῦν καὶ γενναῖον, τὸ μειδίαμα δὲ ἑστηκὸς —— & ἁπλοῦν ἄνδρα Ariſtid. Tom. III. p. 623. opponit τῷ πολλαπλῷ. Idemque jungit ἁπλοῦν τῷ δικαίῳ Tom. II. p. 206.

CAP. VII. COM. 9.

Η τίς ἐστιν ἐξ ὑμῶν ἄνθρωπος, ὃν ἐὰν αἰτήσῃ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἄρτον, μὴ λίθον ἐπιδώσει αὐτῷ;

Species eſt Hyperbati, pro ἢ μή τις ἐστιν ἐξ ὑμῶν ἄ. ὅς, ἐὰν ὁ υ. αὐτοῦ αἰτ. αὐτὸν ἄρτον, λίθον ἐπιδώσει αὐτῷ; ὃν brevitate Attica dictum pro ὃς αὐτόν.

CAP. VIII. COM. 20.

Ὁ δὲ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἔχει ποῦ τὴν κεφαλὴν κλίνῃ.

Non abſimile illud Ariſtid. Tom. II. p. 364. οὐ γὰρ καὶ ἡ νῆσος ἔδυ κατὰ τῆς θαλάττης, ὡς μὴ εἶναι Ῥοδίων τοῖς λοιποῖς, οὗ στῶσιν.

Com. 33.

οἱ δὲ βόσκοντες ἔφυγον, καὶ ἀπελθόντες εἰς τὴν πόλιν ἀπήγγειλαν πάντα, καὶ τὰ τῶν δαιμονιζομένων.

Si omnia renunciabant, utique & τὰ τῶν δαιμονιζομένων expoſuiſſe intelliguntur; imo vix erat aliud, quod nunciarent; ad quid ergo præmiſſo generali, ſubditur ſpeciale? ſed ſcil. ita ſolent loqui ſcriptores probatiſſimi, ut, quod præcipuum ac primarium eſt, etſi jam comprehendatur ſub generali, in ſpecie inſuper ſubjiciant. Herodot. Lib. II. c. 66. ξυρέοντες πᾶν τὸ σῶμα, καὶ τὴν κεφαλήν. & Lib. IV. c. 75. πᾶν τὸ σῶμα, καὶ τὸ πρόσωπον. Xenoph. Epheſ. Lib. IV. p. 56. ἐπεσάλκεσαν, οἱ Πηλουσιῶται τὰ γενόμενα αὐτῷ καὶ τὸν τοῦ Ἀράξου φόνον. & iterum p. 58. λέγουσι τὰ σύμπαντα, καὶ τὴν τοῦ Νείλου βοήθειαν διηγοῦνται. Marci Cap. XVI. com. 7. εἴπατε τοῖς μαθηταῖς καὶ τῷ Πέτρῳ. ubi vid. Philol. itemque ad Actor. I. 14. & Grot. ad Luc. XXII. 63. Add. Cl. Gronov. & Drakenb. ad Liv. Lib. III. c. 25. atque heic loci Pric.

CAP. IX. COM. 4.

Καὶ ἰδὼν ὁ Ἰησοῦς τὰς ἐνθυμήσεις αὐτῶν εἶπεν.

Eu-

Ejusdem ſunt poteſtatis apud Euangeliſtas εἰδέναι & ἰδεῖν, neque iſtud mirum; cum nulla certior rei notitia acquiratur, quam cujus ſis αὐτόπτης. Hinc ἰδεῖν primitus eſt *videre*, deinde *ſcientia complecti* & *noviſſe*; pro qua ſignificatione diſtinguenda ex ἰδεῖν quidem formarunt εἰδεῖν, verum non ita fixam tribuerunt utrique notionem, ut non alterum pro altero interdum adhibuerint. Infra Cap. XXVII. 54. ἰδόντες τὸν σεισμόν. Luc. V. 20. ἰδὼν τὴν πίστιν αὐτῶν. Cap. IX. 46. τὸν διαλογισμὸν τῆς καρδίας. At ᾔδει τοὺς διαλογισμοὺς Cap. VI. com. 8. & τὰ διανοήματα Cap. XI. 17. contra εἰδὼς pro ἰδὼν habet Ariſtid. Tom. II. p. 359. ὥστε καὶ τοῖς οὐκ εἰδόσι τὴν πόλιν παρὰ τῶν εἰδότων ἀκοῦσιν, εἰ καὶ τ' ἄλλα καθ' ἡδονὴν βεβιωμένα αὐτοῖς εἶχον λέγειν, τοῦτο γοῦν ἓν οὐκ ἐλάχιστον δοκεῖν ἐνδεῖν, ὅτι μὴ εἶδόν που Ῥόδον. Alius eſt verbi uſus minime protritus in Pauli Epiſt. I. ad Cor. XVI. 15. quo valet *colere* & *honorare*. Παρακαλῶ, ait, ὑμᾶς ἀδελφοὶ οἴδατε τὴν οἰκίαν Στεφανᾶ. & 1 Theſſ. V. 12. ἐρωτῶμεν δὲ ὑμᾶς ἀδελφοὶ εἰδέναι τοὺς κοπιῶντας ἐν ὑμῖν. Quomodo adhibuit quoque Ariſtid. Tom. I. p. 119. πεπαίδευται τοὺς κρείττους εἰδέναι. Liban. Tom. I. p. 873. πονηρὸς, ὠμὸς, ἀσεβὴς, οὐ θεοὺς εἰδὼς, οὐ Νέμεσιν. Suid. V. Ὑπατία Οὔτε θεῶν ὄπιν εἰδότες, οὔτ' ἀνθρώπων Νέμεσιν. Ælian. Var. Hiſt. Lib. II. c. 13. οὐκ ᾔδει θεοὺς οὐδ' ἐτίμα. Add. Græv. ad Heſiod. Ἐργ. vs. 187. pro οὐκ εἰδέναι Diog. Laërt. dixit ἀγνοεῖν in Ariſtippo

po extr. ἔοικας οὐ μὴ μόνον θεοὺς ἀγνοεῖν, ἀλλὰ καὶ βασιλέας. & ſic γιγνώσκειν Ariſtid. Tom. I. p. 221. τῆς ἀγνωμοσύνης — ἔφασκε λύσιν μίαν εἶναι — εἰ μετὰ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων — τὸν κοινὸν δεσπότην γνοῖεν. quomodo iterum ἐπιγινώσκειν occurrit 1. ad Cor. cap. XVI. com. 18. Peculiari ſenſu poſuit Ariſtid. Tom. II. p. 400. πρότερον παρ᾽ ὑμῶν ἑτέρωσε βαδίζοντες ἔπαυον τὰς στάσεις, νῦν δὲ οὐ παρ᾽ ὑμῖν αὐτοῖς ὑμᾶς αὐτοὺς γνῶναι δύνασθε i. e. *concorditer inter vos agere nequitis.* plane quemadmodum nos utimur τῷ *ſig verſtaan*, & *niet kannen verſtaan.* Ita denique & γνωρίζειν habetur Tom. I. p. 341. Tom. II. p. 397. & III. 523. Mox com. 15. recte ſtatuunt, quibus δύνασθαι valet *decere*, *convenire.* Hinc ſive per interrogationem verba legas, ſive oratione recta, perinde erit. Xenoph. Epheſ. Lib. I. p. 5. τὰ μέρη τοῦ σώματος ἐγύμνωσε τὰ δυνατά. hoc eſt, *quæ pudor quoquo modo denudare permittebat.* Vid. & Suiceri Theſ.

CAP. X. COM. I.

Καὶ προσκαλεσάμενος τοὺς δώδεκα μαθητὰς αὐτοῦ, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν πνευμάτων ἀκαθάρτων, ὥστε ἐκβάλλειν αὐτά.

Sæpe invenias particulam ὥστε infinitivo præfixam, ubi commode abeſſe poſſe videatur, aut conjunctivo foret locus cum vocula

la ἵνα. Conon Narrat. XLVI. αὐτὸς δὲ, Æneas, τῶν ἐπιχωρίων δεομένων, ὥστε βασιλεύειν αὐτῶν, οὐκ ἐδέξατο. Æſch. Agam. vs. 1404.

Εἰ δ᾽ ἦν πρεπόντων ὥς᾽ ἐπισπένδειν νεκρῷ.

Idem Eumen. vs. 202.

Ἔχρησας ὥστε τὸν ξένον μητροκτονεῖν.

& vs. 228.

Οὐδ᾽ ἂν δεχοίμην ὥς᾽ ἔχειν τιμὰς σέθεν.

Thuc. Lib. III. c. 66. λόγοις πείθειν ὥς᾽ ἐξελθεῖν. & eodem cum verbo Cap. 70. 75. Lib. V. c. 35. & ſæpius alibi. Lib. VIII. c. 79 δόξαν αὐτοῖς ἀπὸ ξυνόδου ὥστε διαναυμαχεῖν. Pind Nem Od. V. vs. 90. εἰ δὲ Θεμίστιον ἵκεις ὥς᾽ ἀείδειν. In loco præſenti ab ellipſi pendere judico, pro ἔδωκεν αὐτοῖς τοσαύτην ἢ τοιαύτην ἐξουσίαν, ὥστε — Quomodo apud Æſch. Agam. vs. 641.

Οὐκ οἶδεν οὐδεὶς ὥς᾽ ἀπαγγεῖλαι τορῶς

dictum arbitror ἀντὶ τοῦ, οὐδεὶς οἶδεν οὕτω τορῶς, ὥστε ἀπαγγεῖλαι. Et ſic in Soph. Ajac. vs. 1345.

Τί γὰρ σ᾽ ἔδρασεν ὥστε καὶ βλάβην ἔχειν.

Schol. adſumit τοῦτο, quod itidem, ſive τοσοῦτο ſubaudiam. Vs. 1359.

Οὐκ ἄν γ᾽ ἀτιμάσαιμ᾽ ἄν, ὥστε μὴ λέγειν

& Philoct. vs. 657.

Ἆρ᾽ ἐστὶν ὥστε κἀγγύθεν θέαν λαβεῖν.

CAP. XI. com. 25.

Ἀπέκρυψας ταῦτα ἀπὸ σοφῶν.

Frequens hoc Euangeliſtis, ut dicant κρύπτειν τι ἀπό τινος. quod quia apud exteros ſcriptores non obſervatur, ex Hebraico ſermone repetendum putant; neque ſane mihi ſumam iſtam refellere opinationem. Interim ratione ſi foret ſtandum, ſatis græcam ego quidem habeam ſtructuram; quum enim κρύπτειν Græcis ſit *quocunque modo è conſpectu ac oculis removere*, eccur non recte dicatur κρύπτειν τι ἀπὸ i. e. ἄπω & ἄπωθέν τινος procul à? Euripidis eſt κρύψαι πέπλοις ἡλίου πρόσθεν φλογός. in Iphig. Taur. vs. 1207. quomodo & Vulg. interpretem legiſſe ſuſpicabatur Beza Luc cap. IX. com. 45. quia παρακεκαλυμμένον ἦν ἀπ' αὐτῶν vertit, *erat velatum ANTE eos.*

CAP. XIV. com. 8.

Προβιβασθεῖσα ὑπὸ τῆς μητρός.

Vulgatus *præmonita* ad ſenſum bene, ſed quæ proprie non eſt verbi notio. Forte ergo dederat *præmota*. Gloſſ. Vet. προβιβασμὸς, *promotio*, *præmotio*, *imbutio*.

CAP.

CAP. XVI. com. 11.

Πῶς οὐ νοεῖτε, ὅτι οὐ περὶ ἄρτου εἶπον ὑμῖν προσέχειν ἀπὸ τῆς ζύμης τῶν Φαρισαίων καὶ Σαδδουκαίων.

Poſſet videri ante τοῦ deficere voculam τῆς, verum nullo eſt opus additamento, modo illa προσέχειν ἀπὸ τῆς ζ. τ. Φ. καὶ Σ. locum tenere nominis voles largiri, tanquam eſſet, ὅτι οὐ περὶ ἄρτου εἶπον ὑμῖν τὸ προσέχειν —— hoc cui minus ſatis fecerit, is adſumat ex εἶπον participium εἰπὼν, ut ſit ὅτι εἰπὼν ὑμῖν προσ. ἀπὸ τ. ζ. τῶν Φ. καὶ Σ. οὐκ εἶπον περὶ τοῦ ἄρτου.

CAP. XVIII. com. 12.

Ἐὰν γένηταί τινι ἀνθρώπῳ ἑκατὸν πρόβατα καὶ πλανηθῇ ἓν ἐξ αὐτῶν —— οὐχὶ ζητεῖ τὸ πλανώμενον.

Simplex verbum locum hic ſupplet compoſiti ἀποπλανᾶσθαι, ut in Long. Paſt. Lib. I. p. 22. βοῦς ζητεῖ πεπλανημένας. ut πρόβατα ἀποπλανώμενα habes p. 9. & ὄνοι ἐκ τῆς νομῆς ἀποπλανηθεῖσαι in Joſeph. Ἀρχ. Lib. VI. c. 4. §. 1. Pindari eſt τοῦ καιροῦ πλανηθῆναι pro ἀποσφαλῆναι, uti explanat ejus Schol. Nem. Od. VIII. vs. 6. qua eadem ſtructura loquetur quoque Xenoph. E-

 pheſ.

phef. Lib. II. p. 37. ἐπεπλάνητο τὸ ἐπὶ εὐθὺ ὁδοῦ. ſi admittere nolis Viri Cl. conjecturam ἀπεπλάνητο, quam ego amplector.

CAP. XXIII. COM. 25.

Εσωθεν δὲ γέμουσιν ἐξ ἁρπαγῆς καὶ ἀκρασίας.

Quatuor Codd. Mſſ. quibus uſus Beza & Henr. Steph. miro conſenſu exhibent ἐξαρπαγῆς, quam veram eſſe lectionem, hic ſibi perſuaſum eſſe ait in calce notarum ad Sophoclem.

CAP. XXIV. COM. 22.

Ουκ ἂν ἐσώθη πᾶσα σάρξ.

Niſi alia eſſent loca, quæ oſtenderent, peculiari modo οὐ πᾶς in his libris uſitatum pro οὐδεὶς, ex hoc nequicquam iſtud probatum ires, quippe per λιτότητος dictum intelligerem pro ἐφθάρη ἂν πᾶσα σάρξ. ut Luc. Cap. I 37. οὐκ ἀδυνατήσει παρὰ τῷ Θεῷ πᾶν ῥῆμα, ἀντὶ τοῦ δυνατὸν ἔσται. Plura hujus figuræ exempla dabit H. Steph. in Lib. de Dial. p. 29. ſeq.

CAP.

CAP. XXVI. com. 29.

Γεννήματος ἀμπέλου.

Γεννημάτων ἀφθονίαν itidem de terræ frugibus dixit Diod Sic Lib. XX p. 736. & vitem *vini matrem*, ut alii, Liban. Vitæ ſuæ p. 78. C. vid quæ ſupra p. 219. tum quomodo com. 38. περίλυπον εἶναι ἕως θανάτου, ſic frequentiſſime legas τιμωρεῖσθαι, πιέζεσθαι, ἔρχεσθαι μέχρι θανάτου. Herodiani eſt in Juliano Lib. II. p. 428. καταφρόνησις αὐξηθεῖσα μέχρις αἵματος.

CAP. XXVII. com. 60.

Προσκυλίσας λίθον μέγαν τῇ θύρᾳ τοῦ μνημείου ἀπῆλθεν.

Ita *janua ſepulcri* Ovid. III. Triſt. II. vs. 24 & αἱ θύραι τοῦ τάφου Xenoph. Epheſ. Lib. III p. 49. τῷ προσκυλίσαι contrarium ἀποκυλίσαι infra Cap. XXVIII. 2. Marc Cap. XVI. 4. & Apollod. Lib. III. cap. 14. §. 7. pro quo ἀποκινῆσαι Luc. Tom. I. p. 191.

Com. 64.

Μήποτε ἐλθόντες οἱ μαθηταὶ — κλέψωσιν αὐτὸν,

καὶ εἴπωσι τῷ λαῷ· ἠγέρθη ἀπὸ τῶν νεκρῶν, καὶ ἔσται ἡ ἐσχάτη πλάνη χείρων τῆς πρώτης.

Poſſunt verba poſtrema ſeparatim à præcedentium ſtructura prolata intelligi, prout ceperunt auctores verſionum, neque male Belgæ poſt copulativam καὶ, ſupplent οὕτω. Sed commode quoque pendebunt, ut cetera, à μήποτε. Luc. cap. XIV. 8. μήποτε ἐντιμότερός σου ᾖ κεκλημένος καὶ ἐρεῖ σοι. & Marc. cap. XIV. 2. μήποτε θόρυβος ἔσται. Add. Luc. VIII. 17. & XI. 5. nec non ſupra p. 435. & alibi notata.

CAP. XXVIII. com. 14.

Καὶ ἐὰν ἀκουσθῇ τοῦτο ἐπὶ τοῦ ἡγεμόνος, ἡμεῖς πείσομεν αὐτόν.

Ἐπὶ τοῦ ἡγεμόνος i. e. *apud*, *coram*, *in conſpectu* & *oculis*, prout nonnunquam ſignificat ἡ ἐπί. & bene obſervat Beza remittens lectorem ad I. ad Tim. VI. com. 13. & Apocal. X. 11. Add. Actor. XXV. 9. & XXVI. 2. Baſil. Tom. II. p. 211. E. δεῖ — ἐπὶ πρεσβυτέρων σιωπᾶν, ἐπὶ σοφωτέρων ἀκροᾶσθαι. Gregor. Pal. Decl. qua ſe Corpus defendit p. 35. πότερον οὐδ᾽ ἥξει ὁ κύριος σκήψεται εἶναι καὶ νῦν ἐφ᾽ ὑμῶν. Lucianus in Aſino p. 162. κἀγὼ σφόδρα ἠχθόμην ἐπὶ τοῦ δεσπότου κλέπτης ἅμα καὶ λίχνος ἑαλωκώς. & de Gymn.

Gymn. p. 391. κἂν ἐπ' ὀλίγον τῶν μαρτύρων τοῦτο πάθῃ τις. ut 1 ad Tim. cap. V. 19. κατὰ πρεσβυτέρου κατηγορίαν μὴ παραδέχου, ἐκτὸς εἰ μὴ ἐπὶ δύο ἢ τριῶν μαρτύρων. Vid. ibi Raphel. ex Xenoph. nec non Bud. Comm. p. 15. ubi Vir egregius dubitare haud debuit de integritate loci Galeni, in quo iſto ſenſu tertio cum caſu obſervatur: nihil enim iſta caſuum enallage, quod jam paſſim monui, frequentius. Ne & hic ſcrupulus maneat, en tibi eodem regimine ſcribentem Baſil. Tom. II. p. 209. B. ἐπὶ μείζονι ζοὺ μὴ προπετῶς σῃ καθίσαι. εἰ δὲ καὶ προστάτης μὴ γίνου συγκάθεδρος. unde ſimul intelligere eſt, hujus quidem ſtructuræ ergo reprobari non meruiſſe Bezæ verſionem Apocal. l. d.

MARC. CAP. I. COM. 4.

Ἐγένετο Ἰωάννης βαπτίζων —— καὶ κηρύσσων.

Æque uſitata periphraſis per verbum γίγνομαι, atque εἶναι. Herodot. Lib. III. c. 76. σίχοντες ἐγένοντο. & Lib. IV. c. 53. ῥέων γίγνεται. Ariſtid. Tom. I. p. 91. εἰσακούσας γενοῦ. Idem Tom. III. p. 504. εἴξας γεγένησαι. Soph. Ajac. vs. 591. προδοὺς γένῃ. Æſch. S. C. Theb. vs. 526. τυχὼν γένοιτο. Themiſt. Orat. XVI. p. 199. D. χαίροντες ἐγενόμεθα. Luc. Philop. p. 991. οὐ γὰρ παρόπτεος, ἢ ἀμελητέος γενήσῃ. Dan. Cap. I. com. 16. ἐγένετο ἀναιρούμενος. & more Græco Pe-

Petron. Cap. 74. *Gallus adlatus eſt, quem Trimalchio juſſit ut aëno coctus fieret.* i. e. coqueretur. Add. infra Cap. IX. 7.

Com. 40.

Γονυπετῶν αὐτόν.

Idem de ſtructura gemina hujus verbi tenendum, quod docui de διαγγελίσαντος Miſc. Obſ. Vol. X Tom. II. p. 213. ſeq. Caſum tertium ubi habet adjunctum, ut Matth. XVII. 14. valet *accidere cuipiam ad genua.* Cum quarto uti hic, & Cap. X. 17. notat *ſupplici iſto actu honorare* Eademque rurſus eſt ratio τοῦ ἐνεδρεύειν τινὶ & τινά. Poſteriori regimine extat Luc. XI. 54. Actor. XXIII. 21. & Themiſt. Orat. XXII. p. 282. B. unde Suidas dum ſcribit Ἐνεδρεύω δοτικῇ. benigne eſt interpretandus. Cum dandi caſu ſignificat *inſidiari, inſidias ſtruere.* Priori modo *inſidiis excipere*, nobis *belagen.* Sine caſu habes apud Æſchin. Orat. in Cteſiph. p. 78. ult. Simile quid obtinere in illo Thuc. Lib II. cap. 88. ὑποχωρεῖν τὸν ὄχλον. haud dixerim, ſed à præpoſitione accuſativum pendere exiſtimem.

CAP.

CAP. II. com. 23.

Καὶ ἐγένετο παραπορεύεσθαι αὐτὸν ἐν τοῖς σάββασι διὰ τῶν σπορίμων, καὶ ἤρξαντο οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ὁδὸν ποιεῖν τίλλοντες τοὺς στάχυας.

Vertunt quantum ſcio omnes illa διὰ τῶν σπορίμων *per ſata*, & *agros frugibus conſitos*, ſeu *ſegetes*. Quod cum pertranſiens ſine damno facere nequeat intelligi, id ne agrorum poſſeſſoribus intuliſſe videretur Chriſtus cum Diſcipulis de ſemitis V. D. fuere ſoliciti, quæ per agros duxerint. Sed potuiſſent quærendi labore tuto ſuperſedere. Æque enim ἔρχεταί τις, παρέρχεται & παραπορεύεται διά τινος, atque διὰ τινῶν: hoc eſt, tranſit prætcritve, tam quod ab una tantum ſe parte ei oſtendit, quam utrimque: poſterius norunt omnes; prius non item. Quod ſi ab una tantum parte quidpiam tranſimus, διὰ reſpondet noſtræ voculæ *langs*. Jam cum nemo dubitet, quin, ut ubique terrarum, ſic in Judæa, ſegetes tetigerint viam publicam, videt unusquisque facile nos carere illis ſemitis. Infra Cap. IX. com. 30. παρεπορεύοντο διὰ τῆς Γαλιλαίας. Cap. X. 1. ἔρχεται εἰς τὰ ὅρια τῆς Ἰουδαίας διὰ τοῦ πέραν τοῦ Ἰορδάνου. Matth. VIII. 28. ὥστε μὴ ἰσχύειν τινὰ παρελθεῖν διὰ τῆς ὁδοῦ ἐκείνης. Add. Luc. XVIII. 36. & 37. Cap. XIX.

4. Liv. Lib. V. c. 46. *tranſeundum per hoſtium cuſtodias erat.* Thuc. Lib. I. cap. 63. παρῆλθε παρὰ τὴν χηλὴν διὰ τῆς θαλάττης. & Polyaen. Lib. III. c. 9. §. 33. διὰ τῆς θαλάττης παριών, ὅσα γε μὴν βαθύπεδα παρατεινόμενος — ἀπέκτεινε πάντας. Sic nempe leg. non περιών, quod nullo ſenſu è Mſſ. quibusdam arripuit Maasvic. Converſum oportebat *propter mare cum acceſſiſſet.* nos diceremus *langs de Zeekant*. Joſeph. Ἀλωσ. Lib. I. c. 3. §. 5. ἐπειδὴ — τὸν Ἀντίγονον ἐθεάσατο παριόντα διὰ τοῦ ἱεροῦ πρὸς τοὺς γνωρίμους ἀνέκραγεν. Ariſtæn. Lib. I. Epiſt. XIII. τῆς ποθουμένης ἐκ τ᾽αὐτομάτου παριούσης διὰ τοῦ μυρεψικοῦ. atque ita bis alibi; loca vid. in Not. doctiſſimi Editoris; quem haud dubito, quin nunc jam criſeos ſuæ pœniteat, qua duritatis crimen locutioni intentat, atque ex vulgi ſermone ortam opinatur. Ælian. Var. Hiſt. Lib. XII. c. 9. παρῄει διὰ διδασκαλείου, οἱ δὲ παῖδες ἀφεθέντες ὑπὸ τοῦ διδασκάλου ἔπαιζον. ubi itidem male reddit interpres *tranſibat per ſcholam*, pro *ſcholam*, vel *præter* & *ante ſcholam viam carpebat.* Non quod damnem *per* eadem notione adhibitum, qua Gr. διά, ſed quia interpretem uti convenit verbis obviis, quæ cujusque ſunt captus. *Per* certe ita Græcorum more, quos ſæpius imitatur, habet Flor. Lib. II. c. 12. §. 5. nec tentare debebat Grævius, corrigens *propter Aſtrudem paludem.* Unde ſimul liquet nec in compoſitis, in

qui-

quibus eandem exſerit poteſtatem, ſatis tutum mutare in *præ*, Codd. licet quibusdam addicentibus, quod faciunt V. D. apud eundem Lib. III. cap. 8. §. 3. & Cæſ. B. C. III. c. 26. nam & Græcis διιέναι, διέρχεσθαι & ſi quæ alia eundi verba, idem, quod παριέναι, & reliqua; prout pluribus oſtendam alibi. Sic διαπορεύεσθαι Luc. Cap. VI. 1. &, quod me docuit Celeberrimus Tib. Hemſterh. in Philoſtr. Epiſt. XLI. Cod. Palat. pro vulgato τὸ λεισογείτονα οὐ παρῆλθες, præbet διέβης. idemque monebat Suid. inſpiciendum in V. Ὑπατία, ubi ſimiliter invenio παριόντα διὰ τοῦ οἴκου τῆς Ὑπατίας. Phraſin ὁδὸν ποιεῖσθαι, non ποιεῖν, præter alios habet Xenoph. Epheſ. init. Lib. III. & τὴν πορείαν Polyæn. Lib. I. c. 49. §. 3. τίλλειν στάχυς eſt in Diod. Sic. Lib. V. p. 209. med. qui credo locus obverſabatur Grotio ad Matth. Cap. XII. 1. cum ſcriberet τίλλειν ita adhibitum ibi occurrere.

CAP. III. COM. 21.

Καὶ ἀκούσαντες οἱ παρ' αὐτοῦ ἐξῆλθον κρατῆσαι αὐτὸν, ἔλεγον γὰρ ὅτι ἐξέστη.

Iis adſentior, qui ἐξέστη ad Chriſtum referunt, exponuntque *diſceſſit*, *non eſt amplius in domo*. In quam ſententiam quo minus

 plu-

plures diſceſſerint, obſtitiſſe videtur verbi uſus parum cognitus; quem tamen ſatis probant locutiones aliæ; nam quid aliud ἐκστῆναί τινὸς, quam στῆναι ἔξω τινὸς, *relinquere quod occupabas.* ut τῆς ἀρχῆς, γῆς ſimiliumque? vid. Ariſtid. Tom. I. p. 231 & Lexica. τῆς ὁδοῦ ἐκστῆναι dixit Herodot. Lib. III. c. 76. Deinde nonne ita ἀναστῆναι pro *ſedem relinquere, recedere* reperitur obvium? vid. H Steph. Theſ. & Miſc. Obſerv Vol. IX. Tom. I. p. 15. Denique nonne ἀποστῆναι pro ἀπέρχεσθαι occurrit Actor. Cap. XII. com. 10. & in Palæph. Fab III. αἰσθόμενος ὁ νεανίας ἀφίσταται εἰς τὰ ὄρη. Add. ſi lubet Ariſtid Tom. I. p 528. Herodian. in Commodo p. 412. & iterum Lexica. Verum utut per alia compoſita loco cedendi atque abeundi notionem regnare probaverim, multis tamen nihil profeciſſe videbor, niſi in ipſo ἐκστῆναι idem aliunde valeam oſtendere. En ergo, Euripid. Iphig. Taur. vs. 1229. ubi ſacerdos Iphigenia.

Ἐκποδὼν δ' αὐδῶ πολίταις τοῦδ' ἔχειν μιάσματος.
Εἴ τις ἢ ναῶν πυλωρὸς χεῖρας ἁγνεύει θεοῖς,
Ἢ γάμον στείχει συνάψων, ἢ τόκοις βαρύνεται.
Φεύγετ' ἐξίστασθε, μή τῳ προσπέσῃ μύσος τόδε.

Et Gloſſ. Vet. Ἐξέστη *diſceſſit.*

CAP.

CAP. V. COM. 23.

Καὶ παρεκάλει αὐτὸν πολλὰ λέγων, ὅτι τὸ θυγάτριόν μου ἐσχάτως ἔχει, ἵνα ἐλθὼν ἐπιθῇς αὐτῇ τὰς χεῖρας ὅπως σωθῇ καὶ ζήσεται.

Διακεῖσθαι ἐσχάτως eſt ap. Diod. Sic. Lib. XVIII. p. 653. med. Add. Joſeph. in Vita ſua §. 74. ἵνα ἐλθὼν ἐπιθῇς tranſitus eſt orationis ἀπὸ τοῦ διηγηματικοῦ πρὸς τὸ μιμητικὸν, pendetque à παρεκάλει. tanquam eſſet παρακαλῶ σε ἵνα ἐλθὼν ἐπιθῇς. ut nullo alîus verbi ſupplemento ſit opus, quod nec Grotium admiſiſſe video. Sic Luc. Cap. V. com. 14. παρήγγειλεν αὐτῷ μηδενὶ εἰπεῖν, ἀλλ' ἀπελθὼν δεῖξον σεαυτόν. atque ita paſſim vid. H. Steph. in Script. aliis de Dial. p. 135. Verba ultima, quod ob ſtructuræ diſcrepantiam jungi non poſſe putabant interpretes, ὑπέστιζον. Sed vid. not. ad p. 104. & Miſc. Obſ. Nov. Tom. III. p. 13. ſeq. In verbis com. 19. οὐκ ἀφῆκεν αὐτὸν ex præcedente ἢ repete εἶναι. com. 37. οὐκ ἀφῆκεν οὐδένα αὐτῷ συνακολουθῆσαι. & Luc. VIII. 51. οὐκ ἀφῆκεν εἰσελθεῖν οὐδένα.

CAP. VI. COM. 19.

Η δὲ Ηρωδιὰς ἐνεῖχεν αὐτῷ, καὶ ἤθελεν αὐτὸν ἀποκτεῖναι.

Recte mihi de verbo ἐνεῖχεν ex Heſ. & Euſt. diſputare videtur Beza. Heſychii hæc ſunt, Ἐνέχει, μνησικακεῖ, ἔγκειται. lego ἐγκοτεῖ, quod video ex not. Pric. ad Luc. XI. 53. etiam viſum Viro docto, cui licet ſe opponat Pric. tamen mihi admodum ſit probabile. Idem Heſych. Ἐνεκότων expl. per ἐμνησικάκουν. Euſtathii locus, quem Beza reſpicit, eſt Odyſſ. T. p. 683. 20. docetque episcopus ἐν valere κατὰ, idemque ἐνέχειν τινὶ, quod ἔχειν κατά τινος. quod extat Cap. XI. com. 25. ἀφίετε εἴ τι ἔχετε κατά τινος. & alibi, ut in Ariſtid. Tom. II. p. 221. ὅσα καθ' ὑμῶν ὁ καιρὸς ἔχει. Conf. Tom. III. p. 474. Plane nempe, uti & nos dicimus *iets tegen iemand hebben.*

CAP. IX. COM. 12.

Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς. Ἠλίας μὲν ἐλθὼν πρῶτον ἀποκαθιστᾷ πάντα·

Καὶ πῶς γέγραπται ἐπὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, ἵνα πολλὰ πάθῃ καὶ ἐξουδενωθῇ.

Vexatiſſimos hic locus habuit interpretes; unde & quot eum illuſtrare ſunt ingreſſi, tot ferme de ſenſu ejus extiterunt ſententiæ. Ellipticum eſſe ſermonem, neminem facile latere poterit; ſed quæ ſint ſupplenda, paucis ſuboluit. Videamus, quo nexu cum praecedenti-

dentibus cohæreant. Com. 9. interdixerat Chriſtus diſcipulis, ne, quæ vidiſſent in monte, divulgarent prius, quam è mortuis ſurrexiſſet, quod quid eſſet, iſti non capientes, tamen aperte interrogare non ſunt auſi com. 10. ſed indirecte expiſcari conantur com. 11. his verbis, καὶ ἐπηρώτων αὐτὸν λέγοντες· ὅτι λέγουσιν οἱ γραμματεῖς, ὅτι Ηλίαν δεῖ ἐλθεῖν πρῶτον; Ad hæc Chriſtus tam ad hanc quæſtionem, quam eorum hæſitationem reſpondet verbis adpoſitis, quorum adeo vix alia eſſe videtur mens, quam iſthæc: *Recte vero ſtatuunt ſcribæ, Eliam ubi venerit omnia reſtituturum prius, quam, quæ de Meſſia ſunt ſcripta, impleantur; verum nonne de filio quoque hominis ſcriptum legitis, eum multa paſſurum atque contemnendum?* Qua in periphraſi videt quisque τὸ πῶς per interrogationem accipi; quod ſi pro ὅπως volueris ſumere, vertenda erit illa periodi pars, *at quem ad modum de filio hominis eſt ſcriptum eum multa paſſurum —— ita fiet.* Ad verba quod attinet, copulativa καὶ commode pro adverſativa ἀλλὰ, ſeu potius δὲ, quod requirebat μὲν, poſita intelligitur. Tum ſi πῶς acceperis interrogative, ſupplebis οὐχὶ οὕτω, ante ἵνα πολλὰ π. κ. ἐ. ſin pro ὅπως; deerit in fine οὕτω γενήσεται. qua virtute præter loca jam ab aliis indicata pollet Cap. XII. com. 41. Poſterius ſupplementum ne videatur longius

us petitum, en geminum exemplum infra Cap. XIV. 49. καθ’ ἡμέραν ἤμην πρὸς ὑμᾶς ἐν τῷ ἱερῷ, καὶ οὐκ ἐκρατήσατέ με, ἀλλ’ ἵνα πληρωθῶσιν αἱ γραφαὶ, nempe τοῦτο γίνεται, ſive γέγονεν, uti plane ſcripſit Matth. Cap. XXVI. 56. Add. Joh. XV. 25. altera ellipſis itidem habetur Cap. XV. 8. καὶ ἀναβοήσας ὁ ὄχλος ἤρξατο αἰτεῖσθαι, καθὼς ἀεὶ ἐποίει. Subaudi, ſeu potius ex καθὼς, quod latet, adſume οὕτω, & ex ἐποίησε, ποιεῖν. Utrocunque autem modo πῶς voles intelligere, ſermonemque ſupplere, ad ſenſum nihil vides intereſſe. Eandem ceterum ellipſin obſervo in Æſch. Perſ. vs. 243. ubi Atoſſæ Chorum interroganti

Πῶς ἂν μένοιεν, Græci, ἄνδρας πολεμίους ἐπήλυδας;

hic reſpondet

Ὥστε Δαρείου πολύν τε καὶ καλὸν φθεῖραι στρατόν.

Sentis & hic ante ὥστε ex πῶς repetendum οὕτω. Contra ὡς deficit poſito οὕτως in Pind. Pyth. Od. VIII. vs. 131.

—— ἐν δ’ ὀλίγῳ
Βροτῶν τὸ τερπνὸν αὔξεται, οὕτω
δὲ καὶ πιτνεῖ χαμαί. ——

i. e. ὡς δ’ ἐν ὀλίγῳ αὔξεται. Add. hanc in rem notata ſupra p. 280. 281. & 285. V. D. ad Matth. VI. 10 & L. Bos in Ellipſi V. οὕτω. Illud γέγραπται ἐπὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου bene intellexit Beza; verum exemplum, quod ex Herodot.

rodot. Lib III. c. 2. iſti præpoſitionis uſui ſtabiliendo profert, alienum eſt. Πέμπειν quippe ἐπί τι Græcis valet *mittere ad aliquid petendum*, *poſcendum*, *adducendum*. Ipſe declarat Herodotus Cap. I. ſcribens πέμψας παρ' Ἀμάσιν αἴτεε. Apollod. Lib II. cap. 4. §. 2. ἐπὶ τὴν ταύτης κεφαλὴν Περσεὺς ἐπέμφθη. junge Lib I. c. 9 §. 16. ubi bene vidit Th Gale leg ἐπὶ τοῦτο πεμπόμενος: Long. Paſt. Lib. II. p 60. πέμπει Τίτυρον ἐπὶ τὴν ἑαυτοῦ σύριγγα. eademque eſt ratio τοῦ θέειν ἐπὶ τὰ ὅπλα nempe *ſuſcipienda* apud eundem p. 54 & alios. Herodotus iterum Lib. I. c. 110. ἄγγελον ἔπεμπε ἐπὶ τῶν βουκόλων — τὸν ἠπίστατο νομάς τε ἐπιτηδεωτάτας νέμοντα. & in fine capitis ἐπεὶ ὧν ὁ βουκόλος σπουδῇ πολλῇ καλεόμενος ἀπίκετο. Sic denique ἔρχεσθαι ἐπί τι, de quo multis vid. Raphel. ex Xenoph. Polyb. & Arriano ad Matth. Cap. III. com. 7. Hinc & minus jam duram adgnoſco vulgatam diſtinctionem in Pauli verbis, de quibus egi p. 84. ſenſus enim eſſe poterit *ſcopum verſus contendo ad petendum præmium.* Aliud ergo exemplum producendum erat Bezæ, nempe cujusmodi hoc Eurip. Alceſt. Vs. 519.

Διπλοῦς ἐπ' αὐτοῦ μῦθός ἐστι μοι λέγειν.

CAP. X. com. 29 & 30.

Οὐδείς ἐστιν, ὃς ἀφῆκεν οἰκίαν — ἐὰν μὴ λάβῃ·

ϐῃ ἑκατονταπλασίονα, ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ οἰκίας καὶ ἀδελφοὺς καὶ ἀδελφὰς — μετὰ διωγμῶν —

Tam varie ὃς ἐὰν ſolet accipi apud Euangeliſtas, ut in uno fere quolibet loco peculiarem expoſitionem admittat. Heic trajectum videtur ἐὰν, & τὸ ἑξῆς, ἐὰν ἀφῆκεν — ὃς μὴ λάϐῃ. Atque ἀφῆκεν poſitum pro conjunctivo ἀφήκῃ, aut ſi mavis locum tenet participii ἐὰν ἀφῆκε,, pro ὃς ἀφεὶς μὴ λάϐῃ. Matth. Cap. XVIII. com. 19. ἐὰν δύο συμφωνήσωσιν ἐπὶ τῆς γῆς περὶ παντὸς πράγματος, οὗ ἐὰν αἰτήσωνται, γενήσεται αὐτοῖς. dictum pro ἐὰν δύο συμφ. ἐ. τ. γ. π. πρ. παντός τινος ἐὰν αἰτ. γεν. αὐτοῖς vel ἐὰν δύο. σ. ἐ. τ. γ. περὶ οὗ τινος ἂν πρ. αἰτ. γεν. αὐτοῖς. Hujus Cap. com. 15. & Matth. X. 15. ὃς ἐὰν μὴ δέξηται perinde eſt, tanquam ſcriptum legeres, ἐάν τις μὴ δέξηται. Vid. ibi Raph. ex Polybio & Herodoto, idemque teneas de Luc. Cap. VIII. 23. IX. 48. & XVIII. 17. ſupra Cap. IV. com. 22. Matth. XII. 36. & XX. 4. 7. æquipollet τῷ ἄν. Aliam expediendi viam ingreſſum me videbis in Matth. Cap. VII. 9. ubi Grotius, & quotiescunque, quod ex verbis ejus colligitur, ἐὰν ſubjectum τῷ ὃς aliisque relativis, abundare ſtatuit; ſed Matth. V. 19. locisque reliquis, quos jam aliter explicuimus, demtis ὃς ἐὰν commode acceperis pro ἐάν τις. In illo μετὰ διωγμῶν illis accedo, qui convertunt *inter perſecutiones*. Ita Cap.

XIV.

XIV. 62. μετὰ τῶν νεφελῶν *inter nubes.* Luc. XII. 46. τὸ μέρος αὐτοῦ μετὰ τῶν ἀπίστων θήσει. ut μετὰ τῶν ὑποκριτῶν Matth. XXIV. ult. & μετὰ τῶν κολάκων τιθεὶς αὐτοῦ Ariſtid. Tom. III. p. 366. Add. Luc. XXIV. 4. & Joh. XVI. 19.

CAP. XII. com. 13.

Καὶ ἀποστέλλουσι πρὸς αὐτόν τινας τῶν Φαρισαίων καὶ τῶν Ἡρωδιανῶν, ἵνα αὐτὸν ἀγρεύσωσι λόγῳ·

Perite Cl. Wolfius τινὰς tuetur contra Gothicum interpretem, qui prætuliſſe videtur τινὲς, cui non modo favet Matth. Cap. XXII. 16. verum etiam impugnat. Structuræ ratio eſt, tanquam ſcriptum eſſet, ἀποστέλλουσι πρὸς αὐτὸν ἀγρεύσοντες λόγῳ & ſic ſæpiſſime alibi. Supra Cap. III. 31. ἀπέστειλαν πρὸς αὐτὸν φωνοῦντες αὐτόν. Matth. XI. 3. πέμψας δύο τῶν μαθητῶν αὐτοῦ εἶπεν αὐτῷ. Cap. XIV. 10. πέμψας ἀπεκεφάλισε τὸν Ἰωάννην. ubi conf. Grot. & Luc. V. 3. VII. 3. 6. 19. 20. itemque XIX. 14. Xenoph. I. κ. π. p. 14. init. ἔπεμπε δεόμενος Lib. II. p. 36. init. ἀποπέμψας πρὸς αὐτοὺς εἶπε. VII. Exp. Cyr. p. 235. med. ἔπεμψας πρὸς ἐμὲ — Μηδοσάδην τουτονὶ δεόμενός μου & frequenter alibi. Ita Liv. XXXIIX. 15. *legatos ad conſulem orantes opem miſerunt* i. e. per quos orabant opem. ut Juſtin. VI. 6. *Artaxerxes — legatos in Græciam* mit-

mittit, per quos jubet. Add. ſi lubet Miſc. Obſ. Vol. III. Tom I. p. 142. Tum quemadmodum mox ἐπ' ἀληθείας. ſic quoque Luc. Philop. p. 999. καί σε ποιήσω, ἣν μὴ ἀκούῃς, ἐπ' ἀληθείας ἄνθρωπον. & Ariſtid. Tom. II. p. 127. ἂν ἐπ' ἀληθείας θέλωσι σκοπεῖν.

Com. 40.

οἱ κατεσθίοντες τὰς οἰκίας τῶν χηρῶν, καὶ προφάσει μακρὰ προσευχόμενος, οὗτοι λήψονται περισσότερον κρίμα.

Quid ſi ordo ſit, οὗτοι οἱ κατεσθίοντες κ. τ. λ. aut hic velis admittere, quod in proximis ad verba τῶν θελόντων monet Beza, articulum poſitum ἀπολογικῶς, erit: *hi enim devorantes accipient* Aliter Grotius, quem vide Mox com. 44. per ἐπεξήγησιν dicitur πάντα ὅσα εἶχεν ἔβαλεν, ὅλον τὸν βίον αὐτῆς. ſic Luc. XXI. 4. ἅπαντα τὸν βίον, ὃν εἶχεν ἔβαλεν. & VIII. 43. εἰς ἰατροὺς προσαναλώσασα ὅλον τὸν βίον.

CAP. XIII. com. 2.

Βλέπεις ταύτας τὰς μεγάλας οἰκοδομάς; οὐ μὴ ἀφεθῇ λίθος ἐπὶ λίθῳ, ὃς οὐ μὴ καταλυθῇ.

Non videntur mihi priora verba per interrogationem prolata, verum dictum hoc,

pro

pro τῶτων τῶν μεγάλων οἰκοδομῶν, ἃς βλέπεις ———

Com. II.

Οταν δὲ ἀγάγωσιν ὑμᾶς παραδιδόντες, μὴ προμεριμνᾶτε τί λαλήσητε, μηδὲ μελετᾶτε.

Nihil ſuadet per Hypallagen intelligere: eſt potius temporis enallage uſitatiſſima, pro παραδώσοντες. Pulcre vero & valde opportune Beza obſervat, μελετᾶν proprie uſurpari de meditate loquentibus, atque ad dicendum præparatis. Illud non item probo, quod ex quodam Cod præfert προμελετᾶτε, quod haud dubie natales ſuos debet librariis. vide quæ de hoc figurandæ orationis modo ſcripſi pag. 464. Subſequitur haud longe abhinc ἔσονται γὰρ αἱ ἡμέραι ἐκεῖναι θλίψις, οἵα οὐ γέγονε τοιαύτη ἀπ' ἀρχῆς κτίσεως. ubi notabis verborum trajectionem pro τοιαύτη θλίψις, οἵα οὐ γέγονε.

LUC. cap. I. com. I.

Περὶ τῶν πεπληροφορημένων ἐν ἡμῖν πραγμάτων.

Videtur πληροφορεῖσθαι proprie dictum fuiſſe de fœtu, qui in matris utero juſtum exegit tempus; hinc tropice πράγματα πεπληροφορημένα fuerint ejusmodi res, quæ ſuum

accepere complementum, & quarum adeo ad perfectionem nihil deeſt. Mox comm. 6. uti junguntur δίκαιος καὶ ἄμεμπτος ſic quoque in Ariſtid. Tom. III. p. 138. πόπερ' ὖν, dixit, ἐστὶ δῆμον καθάπαξ ἀποφῆναι χρηστὸν καὶ ἄμεμπτον, ἢ δίκαιον. & ut com. 7. προβεβηκότες ἐν ταῖς ἡμέραις ſic ταῖς ἡλικίαις ἤδη προβεβήκεσαν. Diodor. Sic. Lib. XIX. p. 687.

Com. 18.

Κατὰ τί γνώσομαι τοῦτο;

Sic ἐν τῷ διέγνως τοῦτο; Soph. Electr. p. 1291. ut Joh. Cap. XIII. 35. ἐν τούτῳ γνώσονται πάντες. Sequitur com. 25. ἐπιδεῖν ἀφελεῖν τὸ ὄνειδός μου. quo de verbo bene ſe habet Thomæ magiſtri obſervatio, dici plerumque ἐπὶ συμφορᾶς de rebus ingratis. Vid. Actor. IV. 29. Ariſtid. Tom. I. p. 230. & II. 353. Æſch. S. C. Theb. 109. & 490. Lyſ. Orat. XVII. init. & quos non præterea alios? Pricæum ad com. 48. Addit idem ἅπαξ ἢ ἐπὶ ἐπιθυμίας *in re cupita* ac *deſiderata* legi apud Thucydiden; imo vero bis modo, non ſæpius, vide Cl. Duker. ad Lib. VII. c. 61. cui ut video diſplicuit illud ἐπὶ ἐπιθυμίας; ſed ferri videtur poſſe quia præmiſerat, ἐπὶ συμφορᾶς; itaque tale quidpiam ſequi oportuit in contrarium exemplo producto. Etſi fortaſſe rectius

ctius dixiſſet ἀντὶ τοῦ ἰδεῖν: Libanii locus, quem ſubdit, legitur Tom. I. p. 828. A. Pro ſimplici ἰδεῖν adhibuit Æſch. Orat. de f. Leg. p. 39. med. neque reipſa aliter Thucydides, adde ſis Iſocrat. ad Philip. p. 91. E.

Com. 63.

Αἰτήσας πινακίδιον ἔγραψε λέγων.

Hoc quomodo intelligi debeat, recte docuit Erasmus. nec diſparile eſt illud Ariſtæn. Lib. II. Ep. 17. μὴ ὑπολάβῃς τὰ γεγραμμένα μόνης χειρὸς εἶναι καὶ γλώσσης ἁπλῶς. deinde eccur minus proprie lingua dicatur ἀνοιχθῆναι, cui θύρα tribuitur, unde ἀθυρόγλωσσος, de quo viſe Euſtath. ad Odyſſ. I. p. 352. init. Et quam ἐγκλείεσθαι legimus in Soph. Antig. vs. 186. & 511.

CAP. II. COM. 2.

Αὕτη ἡ ἀπογραφὴ πρώτη ἐγένετο ἡγεμονεύοντος τῆς Συρίας Κυρηνίου.

Legenti hæc animo ab omni præoccupata opinione libero, nulliſque difficultatibus impedito, ſimplex ſe hic ſiſtit ſenſus; deſcriptionem hanc primam contigiſſe præſide Syriæ

riæ Cyrenio, & quam adeo una pluresvè aliæ eodem præfecto ſint inſecutæ; vel eatenus primam, quatenus eo præſide Judæa demum fuit deſcripta; etſi aliæ deſcriptiones in aliis regionibus imperii Romani præceſſerint; neque enim omnium primam verba indicant, ſic quippe ſcriptum oportuiſſet, αὕτη Η ΠΡΩΤΗ ἀπογραφὴ κ. τ. λ. Poſterius docet locus Ariſtid. in Panath. p. 215 ubi itidem legimus αὕτη πρώτη δημοτελὴς κρίσις ἐν τῷ μέσῳ κατ' ἀνθρώπους ἐγένετο ἀρετῆς πρὸς πλοῦτον. cum tamen prius idem ſit factum ad Trojam; quod opportune monuit ſchol. ineditus ita ſcribens, εἰ γὰρ καὶ ἐπὶ τῆς Τρωϊκῆς ἐγένετο ἄλλη πάντων ἀνθρώπων, πρώτη γὰρ εἶπεν, ἐπειδὴ δὲ ἐν Σαλαμῖνι δημοτελὴς κρίσις ἐγένετο. Qui autem in Lucæ verbis πρώτη accipiunt ἀντὶ τοῦ προτέρα, ſeu τοῦ πρὸ, iis ex meo quidem ſenſu non tam adverſatur verborum ordo, quando πρώτη ἐγένετο intelligere poſſumus dictum pro προεγένετο. Ariſtid. Tom I. p. 547. οὗτο μὲν δὴ ἐν Περγάμῳ προγεγόνει πρὸ τῆς ἐξόδου μικρόν. & p. 569. ταῦτα μὲν δὴ προγεγόνει, πρότερον ἔτει δεκάτῳ· neque iſta graduum enallage inſolens in ipſo πρῶτος, quod præter notiſſimum locum Joh. c I. com 15. πρῶτός μου ἦν, ſatis oſtendit neutrum πρῶτον. Ariſtoph. Ορν. vs. 484. ἦρχε (ὁ ἀλεκτρυὼν) Περσῶν πρῶτον πάντων. Ariſtid. Tom III. p. 105. ὅγε ἑτέρους τὰ δίκαια πράττειν ἐπαναγκάζων, πολὺ που πρῶτον αὐτός γε παρεσκεύαστο. & Ælian. de Anim. Lib.

II.

II. cap. 10. ἡ δὲ, equa, ὑπομένει. τὸ ἄδοξον ἤδη γαμέτην πρῶτον αἰδουμένη. etſi alioqui facile concedam, videri Euangeliſtam potius ſcripturum fuiſſe ἐγένετο πρώτη ἡγεμονεύοντος — Herodot. Lib. VI. cap. 33. αὐτοὶ γὰρ Κυζικηνοὶ ἔτι πρότερον τοῦ Φοινίκων ἔσπλου ἐγεγόνεσαν ὑπὸ βασιλέϊ: & iterum Lib. VII. c. 106. κατέστασαν γὰρ ἔτι πρότερον ταύτης τῆς ἐλάσιος ὕπαρχοι ἐν τῇ Θρηΐκῃ. Tamen quod dixi, non tam in hac explicatione mihi obſtat verborum ſitus, quam hiſtoricum ſacrum in tam paucis verbis, quæ eo unice tendunt, ut accuratum deſcriptionis tempus definiatur, ambiguo ſenſus verbo uſum. Quod ſi cui leve videatur, habet is nunc, qua ratione quidpiam πρῶτον γενέσθαι τινὸς dici poſſit ἀντὶ τοῦ πρότερος & πρό τινος; quod an & alii hic jam oſtenderint neſcio, quod eorum ſcripta non ſunt ad manum.

CAP. V. com. 9.

Ἐπὶ τῇ ἄγρᾳ τῶν ἰχθύων, ᾗ συνέλαβον·

Suppleo αὐτοὺς, nempe τοὺς ἰχθύας. Luciani eſt περιβάλλειν ἰχθῦς in Hermot. p. 596. καθέντες, dicit, τὰ δικτύα — ἀνέλκουσιν ἰχθῦς παμπόλλους περιβεβληκέναι ἐλπίζοντες. Et Ælian. Var. Hiſt. Lib. I. c. 1. οἱ δὲ, polypodes, ἀφυλάκτους ὄντας, piſces, περιβάλλουσι τοῖς ἐξ ἑαυτῶν ἄρκυσι ταῖς πλεκτάναις. Supra com. 6. συγκλείειν, ut Ariſtid. Tom.

I, p. 245. ὅπως ἀκριβέστερον ἢ δικτύῳ συγκλείοιντο οἱ ἕλληνες.

Com. 24.

Ἵνα δὲ εἰδῆτε ὅτι ἐξουσίαν ἔχει ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ τῆς γῆς ἀφιέναι ἁμαρτίας, εἶπε τῷ παραλελυμένῳ, σοὶ λέγω, ἔγειραι.

Pendet ſtructura τοῦ, ἵνα δὲ εἰδῆτε à τοῦτο εἶπεν, quod extrinſecus eſt adſumendum; vel etiam cum emphaſi intellige σοὶ λέγω, tanquam eſſet, ἵνα δὲ εἰδῆτε ὑμεῖς, ὅτι — σοὶ λέγω — quod cæteroqui repetitur ſermonis interrupti inde à com. 20, redordiendi ergo. Sic Cap. VII. 50. εἶπε δὲ. Themiſt. Orat. XIII. p. 176. D. ἐν τῇ εἰκόνι ταύτῃ πρὸς μὲν τοὺς ἄλλους θεοὺς οἱ γίγαντες ἀντιπίπτουσι καὶ ἐξορμῶσιν οἱ μὲν πέτρας, οἱ δὲ δρῦς, οἱ δὲ ἄλλο ἕκαστοι ὅπλον ὡπλισμένοι παρὰ τῆς τύχης (ſic leg. non τέχνης) μόνος δὲ — οὗτος δὲ μόνος. Add. Dion. Chryſoſt. Serm. XLI. p. 506. D. Achill. Tat. Lib. VII. p. 447. Gronov. ad Senec. de ira Lib. I. cap. 3. & ad Liv. XLIV. c. 40.

Com. 30.

Καὶ ἐγόγγυζον οἱ γραμματεῖς αὐτῶν καὶ Φαρισαῖοι.

Uni-

Unice vidit Grotius, quo pertineat αὐτῶ. Vid. eum inprimis ad Matth. XI. 1. ubicunque enim paulo major populi turba ad Chriſtum congregaretur, Phariſæos ſcribasve, quin utrosque ſe admiſcuiſſe, quamplurimis Euangeliſtarum locis fit manifeſtum. Sic Cap. XIX. 39. legimus Φαρισαίους ἀπὸ τοῦ ὄχλου, & Actor. X. 10. ἐκείνων pro τῶν ἐν τῷ οἴκῳ.

Com. 35.

Ἐλεύσονται δὲ ἡμέραι, καὶ ὅταν ἀπαρθῇ ἀπ᾽ αὐτῶν ὁ νυμφίος, τότε νηστεύσουσιν ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις.

Recte monuere V. D. καὶ conſtruendum cum τότε νηστεύσουσι, quo ordine verba habentur Marc. II. 20. ὅταν ἀπαρθῇ locum tenet participii, pro ἀπαρθέντος ἀπ᾽ αὐτοῦ τοῦ νυμφίου. Itaque perinde eſt, tanquam legeremus ἐλ. δὲ ἡμ. ἐν αἷς ἀπαρθέντος ἀπ᾽ αὐτοῦ τοῦ νυμφίου νηστεύσουσιν. Parilis eſt ratio in iſto Soph. Oed. Colon. vs. 1280.

—— —— τὰ τέρποντα δ᾽ οὐκ ἂν ἴδοις, ὁπότ᾽ ἄν τις
ἐς πλέον πέσῃ
τοῦ θέλοντος, οὐδ᾽ ἔπι κόρος.
ἰσοτέλεστος αἴδος,
ὅτε μοῖρ᾽ ἀνυμέναιος,

ἄλυρος, ἄχορος ἀναπέφηνε
θάνατος ἐς τελευτάν.

Et hic vides multum ad ſenſus facilitatem conferre, ſi ὅτε ἀναπέφηνε in participium commutato, intelligas tanquam ſcriptum eſſet ἰσοτελέσος τῇ ἄϊδος μοίρα ἀναφανθείση. Totum locum, quia ſubobſcurior, ſic accipe; ὁπότε ἄν τις πέσῃ εἰς πλέον τοῦ θέλοντος (puta γενέσθαι ὑπὸ θνητοῦ, ſive ἡ θέλει ἔχειν ἡ θνητοῦ φύσις, adeoque ἡ καθήκει & τοῦ καθήκοντος, prout explanat ſchol.) ἐς τελευτὴν (τοῦ βίου.) οὐδὲ ἔπεστι κόρος ἰσοτελέσος τῇ ἄϊδος μοίρᾳ, (τουτέστι) τῷ θανάτῳ, ἀναπεφηνυίᾳ. *Neque iſtam nimiam habendi cupiditatem intra anguſtos hujus vitæ terminos continet, verum extendit, tanquam multa ſecula victurus.*

CAP. VI. COM. 22.

Ἐκβάλωσι τὸ ὄνομα ὑμῶν ὡς πονηρόν.

Loquendi genus è Theatro petitum, in quo proprie ἐκβάλλεσθαι dicebatur hiſtrio, qui non placebat, Lat. *explodi.* Ariſtid. Tom. II. p. 281. κἂν μὲν εἷς τις ἀπάδῃ τοῦ χορευτοῦ, τοῦτον ἐκβάλλομεν. & Luc. in Nigr. p. 27. ἤδη τραγικοὺς, ἢ καὶ νὴ Δία Κωμικοὺς Φαύλους ἑώρακας ὑποκριτὰς, τοῦ συριττομένων λέγω τούτων, καὶ διαφθειρόντων τὰ ποιήματα, καὶ τὸ τελευταῖον ἐκβαλλομένων. Ælian. Var. Hiſt. Lib. XIII. cap. 17. ὑποκρινομένου Φρυνίχου

τοῦ

τοῦ τραγικοῦ τῆς Μιλήτου ἅλωσιν, οἱ Ἀθηναῖοι δακρύσαντες ἐξέβαλλον δεδοικότα ὡς ὑπομνήσοντα. Ubi vide Kuhn. & Perizon Hinc quod ibidem monet Perizonius, in univerſum notat *contemnere*, *rejicere* & *aspernari*. Xenoph. Epeſ. Lib. I. p. 2. ἔρωτα γέμην οὐδὲ ἐνόμιζεν εἶναι θεὸν, ἀλλὰ πάντ᾽ ἐξέβαλλεν, ὡς οὐδὲν ἡγούμενος. Add. iterum Ælian. Lib. II. c. 24. Bene ergo vulg. verterat *ejecerint*. Cic. de Fin. Lib. V. c. 8. *jam exploſæ ejectæque ſententiæ Pyrrhonis, Ariſtonis, Herilli*, & Orat. pro Cluent. cap. 31. *te vero illud idem, quod tum exploſum & ejectum eſt, nunc retuliſſe demiror.* Ubi nullo jure Grævium ſubſtitutum velle *rejectum*, nemini nunc erit obſcurum. Sequitur com. 48. ἔσκαψε καὶ ἐβάθυνε; quod itidem dictum ut illud συνεπληροῦντο καὶ ἐκινδύνευον, ut jam alios video monuiſſe. vid. Raphel. Alciphr. Lib. III. Epiſt. 13. ἐγὼ μὲν ἤκουτος τοῦ καιροῦ γύρους περισκάψας καὶ ἐμβαθύνας βόθρον οἷός τε ἤμην ἐλάδια ἐμφυτεύειν. quo compoſito fieri poterit acceſſio H. Steph. Theſauro.

CAP. VII. COM. I.

Ἐπλήρωσε πάντα τὰ ῥήματα αὐτοῦ εἰς τὰς ἀκοὰς τοῦ λαοῦ.

Converti poſſet phraſi Cic. II. de Orat. cap. 87. *infundere in aures.* Certe πληροῦν

εἰς uſitata Græcis ſtructura. Eurip. Iphig. Aul. vs. 953. εἰς ἄγγος ἴδιον ἴσον ἅπασι βακχίου μέτρημα πληρῶσαι· Ariſtid. Tom. I. p. 171. ἐπ' ἀσπίδος κύκλων εἰς ἀλλήλους ἐμβεβηκότων πέμπτος εἰς ὄμφαλον πληροῖ. i. e. *deſinit*, τελεῖ, quæ lectio eſt Cod. Bart. Idem Tom. III. p. 574. κινεῖται μὲν γὰρ, ſol, οἶμαι καὶ πρὸς ἄρκτον, οὐ μὴν πληροῖ γε εἰς αὐτήν. Vid. & ad Epheſ. cap. III. com. 19. Raphel. ex Herodoto, cujus, ſimulque Ariſtidis loco priori uſus quoque Franc. Viger. ad Euſeb. Præpar. Euangel. P. I. quod jam monuit Cl. Gronov. ad Herod. Lib. VII. cap. 60. in eo falſus, quod eodem refert verba ὅσον μὲν νυν ἕκαστοι παρεῖχον πλῆθος ἐς ἀριθμὸν οὐκ ἔχω εἰπεῖν τὸ ἀτρεκές. cum manifeſtum ſit præpoſitionem ἐς non pendere a πλῆθος ſolum, ſed à παρεῖχον πλῆθος. Cæterum non modo legimus πληροῦν ἐς, ſed & ἐκ. Ariſtid. Tom. III. p. 598. ἀπορροὺς πληρούμενος ἐκ μεσημβρίας· pro *convenire. congregari* poſuit Eurip. Iphig. Taur. vs. 306. πολλοὶ ἐπληρώθημεν ἐν μικρῷ χρόνῳ·

CAP. VIII. com. 12.

Οἱ δὲ παρὰ τὴν ὁδόν.

Alii alia ſupplent; proximum eſt πεσόντες ex com. 5. 6. 7. & 8. Belgæ ex σπόρος adſumunt σπαρέντες, ut in Marc. cap. IV. 16. 18. & 20. Nec non Matth. XIII. 19. ſeqq.

pri-

prius eligam ego, quo melius reſpondeat præmiſſis; quin illico com. 14. repetitur τὸ δὲ εἰς τὰς ἀκάνθας πεσὸν, ſtructura com. 15. τὸ δὲ ἐν τῇ καλῇ γῇ nemini poterit obſtare. Sic Sophoc. Electr. vs. 1605. ἐν μέσοις ἀρκυστάτοις πέπτωκε.

Com. 14.

Τὸ δὲ εἰς τὰς ἀκάνθας πεσὸν, οὗτοι εἰσὶν οἱ ἀκούσαντες καὶ ὑπὸ μεριμνῶν καὶ πλούτου καὶ ἡδονῶν τοῦ βίου πορευόμενοι συμπνίγονται.

Magna eſt de participio πορευόμενοι ſententiarum diſcrepantia. Viſum id aliis abundare, convertunt alii *digreſſi*, hi *mutati*, illi *obruti*, alii aliter. vid. Clar. Wolf. Duplicem proponam meam. Poterit accipi paſſive, jungique cum genitivis ὑπὸ μεριμνῶν κ. πλ. καὶ ἡδ. eſt enim revera ſemper paſſivum, & ſatis obvium activum πορεύω. Eurip. Electr. 694. πορεῦσαι κραυγήν. vs. 705. ἄρνα 1240. θάνοντα πρὸς πυθικὴν ἐσχάραν. Sophoc. Trach. 569. βροτοὺς τὸν ποταμὸν μισθοῦ. & pro paſſivo πορεύομαι idem Phil. vs. 532. ut & Pind. Ol. Od. III. vs. 45. intellecto ἐμαυτόν. Polyaen. Lib. II. c. I. §. 24. Ἀγησίλαος δὲ ἀσφαλῶς τὸ στράτευμα διεπόρευσεν. Add. Æl. Var. Hiſt. Lib. VIII. c. 2. Schol. Soph. ad Electr. vs. 804. & Eurip. in Hec. vs. 447. Paſſivum eadem qua hic loci,

loci, conſtructione habes in Sophoc. Ajac. vs. 1274.

> μέγας δὲ πλευρὰς βοῦς ὑπὸ σμικρᾶς ὅμως
> μάστιγος ὀρθὸς εἰς ὁδὸν πορεύεται.

Et Oed. Col. vs. 890. ἀφῄρημαι δύστηνος — πρὸς βίαν πορεύομαι. ubi Schol. illuſtrat ὑπὸ τῶν τεταγμένων παρὰ τοῦ Κρέοντος ἀπάγομαι εἰλημμένη. Fuerit ita & hic πορευόμενοι ὑπὸ μεριμνῶν — ἀντὶ τοῦ ἀπαγόμενοι συμπνίγονται. Sed poterit etiam *eundi* ſenſu intelligi, ut πορευόμενοι ὑπὸ μεριμνῶν — dictum accipiamus, quemadmodum ὑπὸ αὐλῶν, τυμπάνων, κλαυθμῶν ἔρχεσθαι, ἥκειν &c. in quibus ὑπὸ valet μετά. Vide Proclum apud Phot. p. 986. Pind. Ol. Od. IV. vs. 4. ὑπὸ ἀοιδᾶς μ' ἔπεμψαν. idem Od. VII. 23. ἀδυμελεῖ θ' ἅμα μὲν φόρμιγγ' παμφώνοισί — τ' ἐν ἔντεσιν αὐλῶν καὶ νῦν ὑπ' ἀμφοτέρων σὺν Διαγόρᾳ κατέβαν — ὑμνέων. Vide utrobique Schol. ut & ad Comici Ορν. vs. 1426. Græv. Lect. Heſiod. Cap. XIX. p. 95. & Cl. Duk. ad Thuc. Lib. V. c. 70. & ſic, quod aliis, ut exempla citata oſtendunt ὑπ' αὐλῶν &c. id Polyæn. Lib. VII. cap. 5. μετ' αὐλῶν καὶ τυμπάνων καὶ κυμβάλων ἐξάγειν. itemque, quod ὑπὸ λαμπάδων ἡ πορεία ἐγίγνετο. Ariſtid. Tom. I. pag. 569. id μετὰ λαμπάδων — ζητοῦσα περιῄει. Apollod. Lib. I. cap. 5. init. καταθάψαι ὑπὸ κλαυθμῶν dixit Æſch. in Agam. vs. 1563. Atque hoc ſenſu malim fere & hic intelligere, quia Cap. XXI. 34. legimus προσέχετε — μήπο-

μήποτε βαρυνθῶσιν ὑμῶν αἱ καρδίαι — ἐν μερίμναις βιωτικαῖς. & præcipue, quod Marc. Cap. IV. 19. in eadem hac parabola habeamus αἱ μέριμναι εἰσπορευόμεναι συμπνίγουσιν, unde cum adpareat hominem, in quem εἰσπορεύονται, illis obrutum, onuſtum atque βαρυνθέντα incedere, ſecumque tam moleſtas comites circumducere, idipſum verbis, quæ præ manibus ſunt, indicabitur, modo uti dixi τὸ ὑπὸ capias pro μετὰ *cum*. In rem non alienum eſt hoc Luciani Dial. Mort. p. 230. ubi queſtus Terpſion ὅτι τὰ πολλὰ ὑπὸ φροντίδων ἄγρυπνος ἔκειτο, ſubdit ὅτι ταῦτα γοῦν αὐτῷ καὶ τοῦ ἀποθανεῖν αἰτία γεγένηται, ἀγρυπνία καὶ φροντίδες. Ad hæc Pluto inter alia hunc in modum eum conſolatur: θάῤῥει ὦ Τερψίων καὶ Φείδων γὰρ καὶ Μέλανθος προελεύσονται αὐτοῦ ὑπὸ τῶν αὐτῶν φροντίδων·

Com. 23.

Καὶ συνεπληροῦντο καὶ ἐκινδύνευον.

Dictum hoc per ἓν διὰ δυοῖν, cui ſimile habuimus ſupra p. 311. pro συμπληροῦσθαι ἐκινδύνευον. ſubſequitur com. 43. γυνὴ εἰς ἰατροὺς προσαναλώσασα ὅλον τὸν βίον pro προσαναλώσασα ἰατροῖς, ut quidam habent Codd. Noli tamen ideo hoc arripere; eſt enim pleonaſmi genus abunde obvium, quo præpoſitio vel eadem, quacum verbum eſt compoſitum, vel ejusdem

poteſtatis alia cum caſu ſuo repetitur. Vid. notanda ad Cap. IX. 49.

CAP. IX. com. 3.

μηδὲν αἴρετε — μήτε ἀνὰ δύο χιτῶνας ἔχειν, καὶ εἰς ἣν ἂν οἰκίαν εἰσέλθητε, ἐκεῖ μένετε.

Bezam offendit infinitivus inter duo imperandi verba; idem ne aliis contingat, adferemus quædam exempli ſimilis. Ariſtid. Tom. I. p. 91. δὸς λέξαι τὸν λόγον ἐν ἐνῷ — ἄρχήν τε ἥτις σοι φίλη προοίζειν, καὶ ὥσπερ τὰ πρῶτα ἔδωκας, οὕτω καὶ τὰ δεύτερα εἰσακοῦσαι γενοῦ. ubi itidem Cant. pro προοίζειν tentabat προοίζου. Idem Tom. III. p. 622. ΣΚΟΠΕΙ δῆτα ἀκούων ὡς ἔχω περὶ τούτων κἂν λάβῃς ψευδόμενον τὸ τοῦ Σοφοκλέους (Oed. Tyr. vs. 470.) ΦΑΣΚΕΙΝ, ἐμὲ ἤδη μηδὲν φρονεῖν, καὶ τὴν μαντικὴν ΔΙΑΓΡΑΦΕ. Add Æſch. Eum. Vs. 1006. ſeqq. & ejuſdem dramatis vs. 941. jam ſupra pag. 435. productum; ubi inchoat ab optandi modo πνέοι; ſubdit infinitivum περᾶν; hinc ſequitur ἐφερπέτω; & tandem deſinit in eodem, quo cœperat, modo, τρέφοι. Volunt autem Grammatici, regi iſtiusmodi verba infinita à θέλε, θέλετε. Vid. eos ad Soph. Electr Vs. 9. Æſch. Prom. Vinc. Vs 710 & S. C. Theb. 259. Tum L. Bos in ellipſi. V. θέλειν; ſed qui recte obſervat, in-

interdum & δεῖ ſive χρὴ potius ſupplendum, aut quod ipſe mavult, ut ellipſi ſua ubique conſtet ratio, κελεύω. Verùm quæ ne ſic quidem procedit ubique, ut non alia fuerint intelligenda; uti in poſteriori Ariſtidis loco ἔξεστι, in proximo Æſchyli εὔχομαι, ſive δός. Vid omnino H. Steph. in Lib. de Dial. p. 47. ſeqq. ubi quod obſervari vult in verbis Hom Odyſſ. K. vs. 518-528. coacervari futura Aoriſtis & præſentibus, in eo præter uſitatiſſimam futuri pro præſenti enallagen, de quà alibi dictum, nihil invenio notatu dignum.

Com. 29.

Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ προσεύχεσθαι αὐτὸν τὸ εἶδος τοῦ προσώπου αὐτοῦ ἕτερον, καὶ ὁ ἱματισμὸς αὐτοῦ λευκὸς ἐξαστράπτων.

Etſi ſæpius verbum γίγνεσθαι per ſe ſubſiſtat in Libris ſacris, nec habeat, quo referatur, ut modo 28. illico com. 33. 37. Cap. XI. 14. & paſſim alibi; hic tamen malim jungere ἐγένετο ἕτερον. Nam quemadmodum ἄλλον γενέσθαι eſt ἀλλοιοῦσθαι, ſic ἕτερον γενέσθαι, ἑτεροιοῦσθαι. & ſic cum aliis nominibus. Joſeph. Antiq. Lib. XV. cap. 5. §. 4. πεντακισχίλιοι ἐγένοντο νεκροί. id eſt, *cæſi ſunt*. & Actor. X. 10. ἐγένετο πρόσπεινος. *eſuriebat*.

Com. 45.

Οἱ δὲ ἠγνόουν τὸ ῥῆμα τοῦτο, καὶ ἦν παρακεκαλυμμένον ἀπ' αὐτῶν, ἵνα μὴ αἴσθωνται αὐτό.

Manifeſto hic ἵνα valet *ita ut*, ὥστε, quod & Beza agnovit; quomodo & ὅπως accipiam Cap. XVI. 26 καὶ ἐπὶ πᾶσι τούτοις μεταξὺ ἡμῶν καὶ ὑμῶν χάσμα μέγα ἐστήρικται, ὅπως οἱ θέλοντες διαβῆναι ἐντεῦθεν πρὸς ὑμᾶς, μὴ δύνωνται.

Com. 49.

Ἀκολουθεῖ μεθ' ἡμῶν.

Æque eſſe Græcum ἀκολουθεῖν & ἕπεσθαι μετά τινος, σὺν & ἅμα τινι, atque ſine his præpoſitionibus τινὶ, docent exempla ad hunc locum a Pricæo & Boſio producta. Add. Nunneſ. ad Phrynich. & Duker. ad Thucyd. Lib. VII. c. 57. Not. 66. plura ſi cupis verbi prioris, adi Polyb. Lib. XVII. c. 34. extr. Lyſ Orat. in Theomn. p. 118. in Agor. p. 131. & Iſoc. ad Phil. p. 91. E. ἕπεσθαι σὺν invenies in Xenoph. K. Π. Lib. V. p. 72. 79. 84. Lib. VI. 94. K. A. Lib. I. p. 148. Soph. Trach. vs. 572. & cum ἅμα in Electr. vs. 256. Rationem ſi conſulas, dictabit tibi, eodem fieri modo in ἀκολουθεῖν, quo in quam-

quamplurimis ex præpoſitione σὺν compoſitis, adeoque pleonaſmum eſſe uſu tritum. Ita συνεξαγαγεῖν μετὰ habes in Ariſtid. Tom. I p. 28. συνθύειν μετὰ in Demoſth Orat. in Eubul. p. 712. ſegm. 568. & quæ ὅσῃ κόνις plura adſcribere piget. Dices fortaſſe ἀκολουθεῖν ex mente Etymologi conflatum ex α, quod valet ὀπίσω: eſto ſane; & hinc eadem ratione ex abundanti ſæpe accedit ὀπίσω, ὄπισθεν, κατόπιν Vid. Æſch. Perſ. vs. 1008. Long Paſtor. Lib. III. p. 81. & 83. quæque plurima larga manu contulit Io. Conr Schwarz in com. crit. p. 45. & Horat. Vitringa Anim. ad Vorſt. Cap. VIII. quod autem eadem ſtructura obtinet in τῷ ἕπεσθαι, factum videtur ad imitationem prioris. Ceterum hoc præterea comitatum ſolet incedere cum præpoſitione ἐπὶ Xenoph. κ. π. Lib. V. p. 71. init. Κῦρος μὲν ἐφ᾽ ἵππω, καὶ οἱ Περσῶν ἱππεῖς —— οἱ δ᾽ τὰ τέτων γέρρα καὶ τὰς κοπίδας ἔχοντες ἐπὶ τέτοις εἵποντο. Add. p. 77. & 87. Orph. Argon. vs. 890.

—— ἐφέσπετο γὰρ μέγα ἔργον
Πᾶσιν ἐφ᾽ Ηρώεσσι ——

Et ſic nos dicimus *volgen op*; malim enim ἐπὶ ſumere pro *poſt*, quam pro *cum*, quomodo H Steph. accepit in Thuc. Lib. VI. c. 29. σωφρονέστερον εἴη μὴ — πέμπειν αὐτὸν ἐπὶ τοσέτῳ στρατεύματι. Verum ubi fortaſſe rectius ceperis

 ris

ris pro *in*, *ſuper*, ut ſit *tanto exercitui præfectum.*

CAP. XI. com. 6.

Φίλος μου παρεγένετο ἐξ ὁδοῦ πρός με.

Per τὸ ἐξ ὁδοῦ non modo intelligo, quod ſe ſiſtit cuivis legenti, *è via*, *ex itinere*: ſed ad tempus ſimul refero, pro *modo*, *hoc ipſo temporis momento.* Herod. Lib. I. c. 157. ὁ μὲν δὴ ταῦτα ἐξ ὁδοῦ ἐντειλάμενος ἀπήλαυνε. Xenoph. Epheſ. Lib III. p. 50. ἐξεβίβασαν ἐνταῦθα (Alexandriæ nempe) τὴν Ανθίαν, ἐς διέγνωσαν ἐκ τοῦ πλοῦ παραδοῦναί τισιν ἐμπόροις. Sophoc. Ajac. vs. 795. εὐθὺς ἐξ ἕδρας πέμπει με. & ſic Lat. *è loco*, *è veſtigio*, *ex templo.* de quo adi Scal. ad Varron. de L. L. p. 1060. com 11. ἐπιδώσει valet *porriget.* Vid Gloſſ. Vet Pro εἰ καὶ plures Codd. dant ἢ καὶ, quod videtur quoque vulg. inveniſſe. neque tamen ideo corrigendum putem, quia pro καὶ εἰ poſitum videri poſſit, ut contra hoc illius loco occurrit in Æſch. Perſ. vs. 295.

Com. 13.

Ὁ πατὴρ ὁ ἐξ οὐρανοῦ.

Perite Vulg. *Cœleſtis* vertit, & adſtruit Gro-

Grotius aliis Scripturæ locis. Ne autem iſte præpoſitionis uſus peculiaris habeatur ſcriptoribus ſacris, en eodem modo ἐκ θαλάσσης καὶ πεζονόμοι ἐφέπω, pro θαλάσσιοι, apud Æſch. Per. 76. & Eurip. Iphig. Taur. vs. 1428. ἐκ θαλάσσης ἔκ τε γῆς ἱππεύματα. Verba quod levi emendatione indigent, adponemus:

— ὠκυποµπὸς ἕλξετ' εἰς πόντον πλάτας,
Ὡς ἐκ θαλάττης, ἔκ τε γῆς ἱππεύμασι
Λαβόντες αὐτοὺς ἢ κατὰ στύφλου πέτρας
Ῥίψωμεν — — —

Lege ſejunctis, quæ perperam in unam vocem coaluere, κατὰ στύφλου· quidquid enim Barneſ. pro edito κατάστυφλος dicat, ferri nequit; & uſitatiora ſunt, ῥίπτειν, βάλλειν, &c. κατὰ quam quæ adſtrui indigeant. Lucian. in Aſin. p. 45. ἐκ μέσης τῆς ὁδοῦ καταπίπτει, pro ἐν μέσῃ· eodem referas licet ἐκ τοῦ ῥεῖθρου λοῦσθαι in Ariſtid. Tom. I. p 640. δίκην δοῦναι ἐκ τοῦ σώματος. Tom. II. p. 282. ἀρχαῖος ἐκ μύθου p. 6. φόβος ἐκ νυκτῶν. Æſch. Choëph. vs. 287. ἐκ γειτόνων. in Luc. bis Accus. p 314. Adde Ariſtid. Tom I. p. 240. & plures alios. Vid. ſupra p. 174. Fuit quum huc itidem referrem loquendi modum τὰς ἐξ ἀνθρώπων πληγὰς & ſimilia, de quibus p 140. verum eo nunc magis inclinat animus, ut ferme vacare exiſtimem τὸ ἐξ, quod & in aliis fieri ibidem monui. Neque enim aptum invenio ſupplementum, unde pendeat. Cogitent

tent acutiores Sed & in compoſitis exſerit eandem virtutem, ut in ἐξοικήσιμος apud Soph. Oed. Colon. vs 27. & ἐξοικία in Polyæni Lib. IV. cap. 2. ſegm. 11. Φίλιππος ἀφικόμενος εἰς Λάρισσαν, ἵνα τὰς τῶν Αλευαδῶν ἐξοικίας καθέλῃ, νοσεῖν ὑπεκρίνατο. Quem adeo locum eadem nunc opera adverſus editoris corrigendi impetum tutum mihi præſtitiſſe videor, atque geminam vocem indicaſſe, qua locupletari poterit H. Steph. Theſ.

Com. 46.

Αὐτοὶ ἑνὶ τῶν δακτύλων ὑμῶν οὐ προσψαύετε τοῖς φορτίοις.

Alterum caſum, quem plerumque adſciſcit ſimplex ψαύειν, addit Ælian. de Anim. Lib. I. c. 57. ἐπεὶ γὰρ τὸ παιδίον αὐτῶν προσέψαυσεν, οἱ δὲ ἐμαράνθησαν. Aſt eodem regimine, quo hic habemus, extat in Soph. Oed. Tyr. vs. 681. κακὰ κακοῖς προσψαύσει, τοῖς πάλαι τὰ πρὸς σφῶν quin quartum caſum invenio adjunctum apud Oppian. III. Hal. vs. 514.

Ψαῦσαι μὲν τρομέει μητρὸς χόλον οὐδ᾽ ἀναδῦναι

Quem & Sophoclem junxiſſe obſervat Euſtath. ad Il. Β. p. 266. med. atque ab ellipſi τῆς εἰς pendere putat.

CAP. XII. Com. 37.

ἀνακλινεῖ αὐτοὺς καὶ παρελθὼν διακονήσει αὐ-
τοῖς.

Παρελθὼν verto *ingreſſus*. Heſych. Παρελθόν-
των, εἰσελθόντων. & iterum παρήλθοκεν, εἰσελήλυθεν.
Anton. Liber. cap. 19. ἐν Κρήτῃ λέγεται εἶναι
ἱερὸν ἄντρον μελισσῶν — καὶ ἐστιν ὅσιον οὐδένα παρελθεῖν
οὔτε θεὸν, οὔτε θνητόν. male interpres *præterire*,
debuiſſet convertere *ſubire*, *introire* aut
ſaltem *tranſire*. Nam & Latini hoc ita u-
tuntur, ut adeo Vulg. & Erasmus redden-
tes *tranſiens* non meruerint reprehendi. Pe-
tron. C. 30 *cum conaremur in triclinium
INTRARE, exclamavit unus ex pueris —
dextro pede ſine dubio pauliſper trepidavi-
mus, ne contra præceptum aliquis noſtrum
TRANSIRET.* Juv. Sat. III. vs. 114.

Et quoniam cœpit Græcorum mentio, tranſi
Gymnaſia, atque audi facinus majoris abollæ.

Hinc frequentiſſime invenias παρελθεῖν εἰς &
ἔσω vid. Raphel. ad Cap. XVII. 7. ex Xe-
noph. & Herodoto.

Com. 47.

Ἐκεῖνος δὲ ὁ δοῦλος ὁ γνοὺς τὸ θέλημα τοῦ κυρίου ἑαυτοῦ, καὶ μὴ ἑτοιμάσας, μηδὲ ποιήσας πρὸς τὸ θέλημα αὐτοῦ, δαρήσεται πολλάς.

Poterit, ni fallor, in ἑτοιμάσας adſumi ἑαυτὸ, poterit quoque intelligi αὐτὸ, nempe τὸ θέλημα. Tum ποιεῖν πρὸς uti hic, ſic Æſchin. in Cteſiph. p 83. ſub. fin. ἐὰν ἐπερωτῶσιν ὑμᾶς οἱ νεώτεροι, πρὸς ποῖον παράδειγμα χρὴ αὐτοὺς τὸν βίον ποιεῖσθαι, τί κρινεῖτε;

Com. 58.

Ὡς γὰρ ὑπάγεις μετὰ τοῦ ἀντιδίκου σου ἐπ' ἄρχοντα, ἐν τῇ ὁδῷ δὸς ἐργασίαν ἀπηλλάχθαι αὐτοῦ.

Poſſet videri ὡς poſitum pro ἕως, vid. Matth. V. 25. hoc certe ſenſu Soph. in Electr. vs. 574.

> ——— ——— μηνίσασα Λητῴα κόρη
> κατεῖχ', Ἀχαιοὺς ὡς πατὴρ ἀντίσταθμον
> τοῦ θηρὸς ἐκθύσειε τὴν αὑτοῦ κόρην.

Et Baſ. Tom. II. p. 168. C. ὡς ἔτι καιρός. neque adeo iſtud mirum, quum haud dubie ejusdem ſint originis, atque alterum ex altero prognatum: unde & ἕως pro ὡς inveni-

tur:

tur: vid. Fœſii Oecon. Hippocrat., & quæ nos, quæque alii fortaſſe notaverunt ad Heſych. V. Ας.

CAP. XIII. com. I.

Παρῆσαν δέ τινες ἐν αὐτῷ τῷ καιρῷ ἀπαγγέλλοντες αὐτῷ περὶ τῶν Γαλιλαίων, ὧν τὸ αἷμα Πίλατος ἔμιξε μετὰ τῶν θυσιῶν αὐτῶν.

Non prorſus diſſimile eſt Lycaonis factum apud Apollod. Lib. III. cap. 8. Segm. I. Οὗτοι (Lycaon ejusque filii) πάντας ἀνθρώπους ὑπερέβαλον ὑπερηφανείᾳ καὶ ἀσεβείᾳ· Ζεὺς δὲ αὐτῶν βουλόμενος τὴν ἀσέβειαν πειρᾶσαι, εἰκασθεὶς ἀνδρὶ χερνήτῃ παραγίνεται. Οἱ δὲ αὐτὸν ἐπὶ ξενίᾳ καλέσαντες, σφάξαντες ἕνα τῶν ἐπιχωρίων παῖδα, τοῖς ἱεροῖς τὰ τούτου σπλάγχνα συναναμίξαντες παρέθηκαν. ſed leg. videtur potius ἱερείοις.

CAP. XVII. com. II.

Διήρχετο διὰ μέσου Σαμαρείας καὶ Γαλιλαίας.

Non abundare διὰ μέσου, ſed neceſſario addi, pateſcet ex iis, quæ ſcripſimus ad Marc. Cap. II. 23. ſi abeſſet, intelligi poſſet, non pentranſiiſſe, verum præteriiſſe. Juſt. Lib. XI. c. 8. *cum Tarſum veniſſet*, Alexander, *captus Cydni fluminis amoenitate*

te per mediam urbem influentis. Herod. Lib. VII. c. 58. διὰ μέσης πορευόμενοι πόλιος. Vid. plura apud Cl. Schwarz. com. crit. p. 898. præcedit com. 7. ἀνάπεσαι, ut in Ach. Tat. Lib III. p. 201. τῇ ναυαγίᾳ περιπέσαιμεν. διεκπέσασθαι habes apud Joſeph. B. J. Lib. VII. c. 6. §. 4. Polyæn. IV, 2. 14. iterumque VII. cap. 48. extr. καταπέσαι iterum in Achil. Tat. Lib. III. p. 197.

Com. 30.

κατὰ ταῦτα ἔσται.

Fatendum eſt, ſæpius legi κατὰ ταυτὰ, quomodo hic pariter atque Cap. VI. 23. corrigit quoque Caſaub. At tamen quia mox com. 34. itidem legimus ταύτῃ τῇ νυκτὶ, pro ἐκείνῃ, ſive αὐτῇ, ac ſimiliter in Herodot. Lib. VI. c. 69. ἐν γάρ σε τῇ νυκτὶ ταύτῃ ἀναιρέομαι, & Iſocr. de Permut. p. 317. E. πάντες ἄνθρωποι περὶ τὸν τόπον ΤΟΥΤΟΝ εἰώθασι διατρίβειν, ὅθεν ἂν προέλωνται τὸν βίον πορίζεσθαι, minus fortaſſe neceſſaria fuerit correctio. Vid. quoque, ſi lubet, ſcripta nobis Miſc. Obſ. Vol. X. Tom. II. p. 207. ult.

CAP.

CAP. XIIX. COM. 11.

Ὁ Φαρισαῖος σταθεὶς πρὸς ἑαυτὸν ταῦτα προσηύχετο.

Bezæ adſentior, neque abundare putem σταθεὶς, ſed emphaticum. Ammonium audiamus, Σταθῆναι ſcribit, καὶ στῆναι διαφέρει. Σταθῆναι γὰρ μέν ἐστι τὸ ὑφ' ἑτέρου· στῆναι δὲ τὸ κατ' ἰδίαν ὁρμὴν καὶ προαίρεσιν. utriusque exemplum habemus in verbis Euangeliſtæ, de publicano quippe com. 13. ſequitur μακρόθεν ἑστώς. Faſtus ſcil. & arrogantia ſtatuebat Phariſæum, faciebatque, ut locum ſibi deligeret conſpicuum; aſt publicanus ἔστη ὡς ἔτυχε. Eurip. Iph. Taur. VI. 1378.

Ὄχθοις δὲ ἐπισταθέντες εὐλαβεστέρως
Ἐμαρνάμεσθα, καὶ πέτρους ἐβάλλομεν.
Ἀλλ' εἶργον ἡμᾶς τοξόται πρύμνης ἔπι
Σταθέντες ἰοῖς, ὥστ' ἀναστεῖλαι πρόσω.

Add. Actor. V. 20. XI. 13. XXV. 18. XXVII. 2. infra XIX. 8. & Bez. ad Actor. II. 14.

Com. 43.

Πᾶς ὁ λαὸς ἰδὼν ἔδωκεν αἶνον τῷ Θεῷ.

Vox αἶνος rarius extra poëtas hoc ſenſu occurrit. Habet tamen Herodot. Lib. VII. c. 107. ἄξιος αἴνου μεγάλου ἐγίνετο Βόγης. & Arrian. Rer. Indic. Cap. 30.

CAP. XIX. com. 14.

Οὐ θέλομεν τοῦτον βασιλεῦσαι ἐφ' ἡμᾶς.

Verſiones omnes, quas vidi, τοῦτον reddunt *hunc*, cum debuiſſent vertere *te*, perinde tanquam eſſet σὲ, quod hinc quoque ſubſtituit loco uſus Gregor. Palama. Declam. invect. mentis in corpus p. 13. Diodor. Sicul. Lib. XIII. p. 384. med. Καλλικρατίδας δὲ ὁ ναύαρχος — τὸ τελευταῖον εἶπεν εἰς τὸν ὑπὲρ τῆς πατρίδος κίνδυνον οὗτος ἐστι πρόθυμος αὐτός. pro ἐγὼ non οὕτως, ut habet H. Steph. edit. qua ſola utor. Conf. ſupra p. 131. & 395. neve quidquam dubii reſtet, junge, quæ notavimus ad Marc. Cap. XII. 13. Infra com. 37. neminem latebit per tmeſin dictum ἐγγίζοντες δὲ αὐτοῦ ἤδη πρὸς τῇ καταβάσει τοῦ ὄρους, pro, προσεγγίζοντος.

CAP. XXII. com. 5.

Συνέθεντο αὐτῷ ἀργύριον δοῦναι, καὶ ἐξωμολόγησε, καὶ ἐζήτει εὐκαιρίαν τοῦ παραδοῦναι αὐτὸν αὐτοῖς.

Nul-

Nullus dubito, quin pleniſſimum adſenſum laturi fuerint Beza, H. Steph. & Grotius *ſpondendi* notione intelligentes τὸ ἐξωμολόγησε, modo Euangeliſta dediſſet ὡμολόγησε. Nunc cum ἐξωμολόγησε ſcripſit, & verbum ἐξομολογεῖσθαι ſæpiſſime his in Libris occurrat ſenſu diverſiſſimo, hæſitant interpretes, & neſcio quas ſignificationes comminiſcuntur. Optime Galli verterunt *& il en convint avec eux.* perinde ergo dictum exiſtima, atque illud Matth. c. XX. 2 καὶ συνεφώνησε μετ' αὐτῶν ἐκ δηναρίου. Neque compoſitum ἐξομολογεῖν te habere putes, ſed ſimplex ὁμολογεῖν; præpoſitione tantum ei præfixa ideo, quia deſtituitur ſuo caſu, qui debet ſuppleri: eſt enim iſte mos nonnunquam ſcriptorum, ut brevitatis ergo quibusdam omiſſis, eorum indicium faciant per præpoſitionem; quæ quia adeo ſolitaria poni nequit (niſi præcedente μὲν, ſequatur δὲ, ut apud Herodotum, vid. quæ ſcripſi p. 464. quin etiam citra iſtam voculam Eurip. Iph. Taur. vs. 405. διατέγγει βωμοὺς καὶ περὶ κίονας ναῶ αἷμα βρότειον, ubi vides præpoſitionem quidem indicare repetendum ex διατέγγει ſimplex τέγγει; ſed ſimul caſum, quem requirebat, ſibi habet adjunctum) verbo eam præfigunt. At ſimul omiſſa ſuppleveris, migrat ſedem præpoſitio, ſibique debitum locum vindicat. Ter omnino iſtam brevitatem vere Atticam ſectatum invenio Lucam, totiesque incertos ob-

obhæſiſſe viros Eruditiſſimos. In verbis, quæ habemus præ manibus ita ſupple, καὶ ὡμολόγησεν ἐκ τοῦ ἐργάζεσθαι ὃ συνέθεντο αὐτῷ δοῦναι, quod præcedit. Sic Cap. VI. 35. δανείζετε μηδὲν ἀπελπίζοντες. etſi jam Salm. de uſur. p 131. & 623. nec non Caſaub. ad Theophr. Charact. Cap. XII. docuerint, intelligi debere, tanquam eſſet ἐλπίζοντες ἀπ' αὐτοῦ, ᾧ δανείζετε; tamen quaſi exemplo careret, idem verbum utrumque poſſe ſignificare, & non item ἀπεσθίειν eſſet *edere inde*, & *à cibo prorſus abſtinere*. Vid. Athen. Lib. XIV. p. 649 aut ἀπολαβεῖν *accipere à*, ut in Iſocr. Plataic. p. 307. D. ὥστε δικαίως ἂν τὴν αὐτὴν εὐεργεσίαν ἀπολάβοιμεν (i. e. λάβοιμεν ἀφ' ὑμῶν) ἥνπερ αὐτοὶ τυγχάνομεν ἐς ὑμᾶς ὑπάρξαντες. non deſtiterunt alii urguere conſtantem *deſperandi* uſum; quod non aliunde evenit, quam quia hanc elegantiam ignorarunt; unde & in tertio loco, nempe Actor. Cap. XXVII. com. 7. interpretibus ſtructura, aut verbum προσεᾶν minus fuere intellecta, facem licet præferente Syro. Vide ibi, quæ notamus. Eurip. Oreſt. vs. 430. ubi interroganti Menelao, purificaveritne Oreſtes manus? hic reſpondeti:

Ἐκβάλλομαι γὰρ δωμάτων, ὅποι μολῶ;

ad hæc ille pergit

Τίνες πολιτῶν ἐξαμιλλῶνταί σε γῆς;

ubi

ubi itidem ἡ ἐξ non eſt verbi, cui præponitur, ſed alterius ex præcedentibus adſumendi, nempe βάλλειν, quod & ipſum non latuit Schol. recte monentem, ita ſcriptum, pro τινὲς πολῖται ἁμιλλῶνται, ἤτοι ἐκβαλεῖν σε τῆς γῆς σπουδάζουσιν. Idem Iphig. Aulid. vs. 735. Οὐ καλόν σε (verba ſunt Agamemnonis ad uxorem Clytemnæſtram) ἐν ὄχλῳ ἐξομιλεῖσθαι στρατοῦ. i. e. οὐ καλόν ἐστιν ὁμιλεῖν καὶ ὁμιλεῖσθαί σε ΕΞΩ ΟΙΚΟΥ ἐν τῷ ὄχλῳ τοῦ στρατοῦ. quod ex vs. 731.

Χώρει πρὸς Ἄργος, παρθένους τε τημέλει.

& vs. 736.

——— ——— ——— καλὸν

Καὶ τάς γ' ἐν οἴκῳ μὴ μόνας εἶναι κόρας.

intelligitur. Soph. in Ajac. vs. 651. ἐκτὸς ὁμιλεῖν. Eſt ubi præpoſitio verbo præfigitur, etſi adſit caſus nominis, nec requiratur quidquam ad ſenſum, ut in Soph. Oed. Colon. vs. 73.

Ὡς ἂν προσαρκῶν σμικρὰ, κερδάνῃ μέγα.

Et Actor. Cap. XIII. 2. εἰς τὸ ἔργον, ὃ προσκέκλημαι αὐτούς. i. e. ἀρκῶν πρὸς σμικρὰ, & πρὸς ὃ κέκλημαι αὐτούς. Add. not. p. 64. & 360.

CAP. XXIII. com. 28.

Μὴ κλαίετε ἐπ' ἐμὲ, πλὴν ἐφ' ἑαυτὰς κλαίετε, καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ὑμῶν.

Regimen hic notes, quod paſſim ſollicitant; ne fiat in poſterum, en exemplorum affatim. Baſil. Tom. II. p. 147. C. μὴ κλαύσατε ἐπ' ἐμοὶ, ἀλλὰ κλαύσατε ἐπὶ τοῦ θεομάχου. ubi utramque habes ſtructuram. Pythag. Fragm. quæ D. Heinſ. Max. Tyr. ſubnexuit p. 254. πενθῶμεν ἐπὶ τὰ συμβαίνοντα περὶ τὸ σῶμα. Luc. Tom. I. p. 614. ἐπὶ τούτῳ ἠγανάκτει. Idem in Ner. p. 1043. ὁ δὲ Ἡπειρώτης ἄελπτα φωνῆς ἔχων, εὐδοκιμῶν δ' ἐπ' αὐτῷ. Joſeph Ἀρχαιολ. VI. 1, 4. πένθος ἐπ' αὐτοῖς ἦγεν. Sic ἐσπλαγχνίσθη ἐπ' αὐτοῖς. Matth. XIV. 14. XV. 32. & Marc. IX. 22. Xenoph. Sympoſ. p. 513. ἐπεὶ δὲ ἐγέλασαν ἐπ' αὐτῷ. quod & ipſe prius perperam ſuſpectum habui. Neque aliter interdum Lat. Petron. cap. 71. ubi Trimalchio monumento inſculpi jubet *amphoras copioſas gypſatas, ne effluat vinum, & unam, addit, licet fractam ſculpas, & SUPER EAM puerum PLORANTEM*, & Pallad. in lemmate Lib. XI. c. 14. quod jam obſervavit Th. Ruddimannus, *Quæ Græci, vel alii SUPER VINA condienda curandaque DIXERUNT.* Præterea; quod paſſim monui, præpoſitiones verbis præfixas eosdem regere caſus, quibus junguntur per ſe, id ipſum & hic tenendum; inde quippe ſtructuræ ratio pateſcit ἐξ, σὲ μὲν εὖ πράσσοντ' ἐπιχαίρω in Soph. Ajac. vs. 136. quæ ejus Schol. minus fuiſſe videtur perſpecta; unde & adparet nil

quid-

quidquam requiri ad integritatem loci Ælian. Var. Hiſt. Lib. IV. c. 5. ἀγῶνα ἔθεσαν ἐπ' αὐτόν. Viro Erudito in Miſc. Obſ. Vol. III. Tom. I. p. 90. contendente reſcribendum ἐπ' αὐτῷ.

CAP. XXIV. com. 31.

Αὐτῶν δὲ διηνοίχθησαν οἱ ὀφθαλμοὶ, καὶ ἐπέγνωσαν αὐτόν· καὶ αὐτὸς ἄφαντος ἐγένετο ἀπ' αὐτῶν.

Recte obſervat Beza, nihil præſidii hic eſſe iis, qui corporis Chriſti præſentiam demta circumſcriptione ubivis præſens eſſe urguent. Ut mirer Grotium, aſt quantum virum! dubium hic hærere, atque reſpectu τοῦ ἀπ' αὐτῶν de hebraïſmo inſuper cogitaſſe, cum apertum ſit ἄφαντον, ſeu ἀφανῆ γίγνεσθαι, iterumque ἀφανίζεσθαι Græcis dici de omnibus, quæ quoquo modo oculis ſubducuntur. Eurip. Oreſt. vs. 1498. ἁ δὲ (Διὸς κόρα) ἐκ θαλάμων ἐγένετο διὰ δεδόμων ἄφαντος. Idem Helen. vs. 611. βέβηκεν ἄλοχος σὴ πρὸς αἰθέρος πτυχὰς ἀρθεῖσ' ἄφαντος. rurſus Herc. Fur. 873. εἰς δόμους ἡμεῖς ἄφαντοι δυσόμεσθα. & Hippol. 828. ὄρνις ὥς τις ἐκ χερῶν ἄφαντος εἶ. Similiter Soph. Oed. Tyr. vs. 851. ἐκ βροτῶν βαίην, ἄφαντος πρόσθεν, ἢ — Pind. Olymp. Od. I. vs. 72. ἄφαντος ἔπελες. Long. Paſt. Lib. I. p. 3. ἐνταῦθα θέουσα αἰὲν συνεχὲς ἀφανὴς

φανὴς ἐγένετο πολλάκις. Ælian. Var. Hiſt. I. c. 15. prope fin. ἀφανεῖς ἐκ τῆς χώρας αἱ πελαργοὶ γίνονται ὥσπερ οὖν τῷ θεῷ συναποδημοῦσαι. Anton. Liber. c. XXXVII, ult. Ἑλληνικὴ μὲν ἐπὰν καθορμίσηται ναῦς φοιτῶσι πρὸς αὐτὴν οἱ ὄρνιθες, Ἰλλυρικὴν δὲ φεύγουσι ναῦν, καὶ ἀφανίζονται πάντες ἐκ τῆς νήσου. Add. Polyæn. IV. 6, 15. & Cap. II, 3. V. 20. VII. 10. 7. & c. 40. Eurip. Iph. Taur. vs. 756. & 764. Lycophronis eſt vs. 896. κρύψαι ἄφαντον κτέαρ ἐν μυχοῖς χθονός. & ἄφαντον εἶδος vs. 195. Alibi notat ἄπλες & ἄδοξον, ut Pind. Nem. Od. VIII. 58. & Pyth. XI. 46. Conf. ſupra p. 325. Thuc. Lib. II. c. 34. de illis utitur, qui commiſſo prælio non inveniebantur ad ſepulturam. Optime ergo, ut ex perpetuo uſu fit manifeſtum, Syrus interpres expreſſit per *ſubduxit ſe ipſum ab iis.* Objicere noli in exemplis allatis nusquam comparere ἀπὸ, ſed quidem ἐκ: eadem enim utriusque vis eſt in talibus, uſusque promiſcuus; quin Lucas τὴν ἀπὸ frequentare ſolet, ubi alii potius adhiberent alteram. Vid. Cap. IV. 41. VI. 13. VIII. 2. 33. & 38. & Actor. I. 9. λόγους ἀφάντους pro ἀρρήτους ex Athen. II. 59. citat Cl. Schwarz. Com. Crit. p. 220. ſed ubi legitur, ut debet, ἄφατοι.

JOH. CAP. I. COM. 9.

Τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν.

De

De Æſculapio Ariſtid. Tom. II. p. 304. φρυκτοὶ φίλοι πᾶσιν ἀνθρώποις αἴρονται περὶ τοῦ θεοῦ καλοῦντός τε ὡς αὐτὸν, καὶ μάλα ἀληθινὸν φῶς ἀνίσχοντος. & ἀνάθημα ἀληθινὸν dixit Themiſt. Orat. I. p. 18. ἀληθινὸν κόσμον iterum Ariſtid. Tom. II. p. 336. & φιλίαν ἀληθινὴν Tom. III. p. 528.

Com. 26. 27.

Οὗτος βαπτίζει, καὶ πάντες ἔρχονται πρὸς αὐτόν. Ἀπεκρίθη Ἰωάννης καὶ εἶπεν· οὐ δύναται ἄνθρωπος λαμβάνειν οὐδὲν, ἐὰν μὴ ᾖ δεδομένον αὐτῷ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ.

Exiſtimem verba Johannis de Chriſto intelligenda, quaſi dicat: *quod tot ejus eſſe videtis aſſeclas, ex eo ipſo diſcere vos oporteret, eum eſſe Meſſiam; neque enim quiſquam ſibi aliquid vindicare poteſt, niſi ei cœlitus ſit conceſſum.*

CAP. VI. com. 6.

Ἐκαθίζετο οὕτως.

Adſentior H. Steph. in libello *Conformité du langage François avec le Grec* p. 86. ubi oſtendit οὕτως hic valere ὡς ἔτυχεν, allato gemino prorſus exemplo duplici, altero Demoſth. Orat. in Mid. οὑτωσὶ καθεζόμενος. altero

Luc. in Aſino διὰ τί οὕτω καθέζῃ· ſimulque monenti ita prorſus *SIC TEMERE jacere* dixiſſe Horat. Lib. II. Od. XI. Atque ſic dudum ante Stephanum explicuerat Chryſoſtomus. Succedit com. 27. ἐπὶ τούτῳ ἦλθον οἱ μαθηταὶ, ubi ἐπὶ τούτῳ cum Vulg. accipio pro *continuo*, ἅμα τούτῳ· Gallis *ſur le champ.* ut adeo reprehendi non debuerit Vulgatus à Stephano Theſ. Ling. Gr. Tom. I. p. 1212. E. Ariſtid. Tom. III. p. 237. Τὸν Περικλέα. πρὶν γενέσθαι προεῖπεν ἀπ' αὐτῶν τῶν ἐναντιωτάτων ὁ θεὸς· προειπὼν αὐτοῦ τῇ μητρὶ λέοντα τέξεσθαι ἡ δ' ἐπὶ ταύτῃ τῇ ὄψει τίκτει Περικλέα. i. e. ἅμα τῇ ὄψει interprete Schol. inedito.

CAP. VI. COM. 45.

Καὶ ἔσονται πάντες διδακτοὶ τοῦ Θεοῦ.

Occurrit eâdem ſtructurâ iterum διδακτὸς I. ad Cor. Cap. XI. 13. ut participia, quando in nomina degenerant. Æſch. S. C. Theb. vs. 798. παῖδες μητέρων τεθραμμέναι. Eurip. Electr. vs. 335. ἐκείνου τεκών. Conf. Euſt. ad Il. A. p. 33. ult. & Schol. Soph. ad Electr. vs. 347. ſic ἠγνοημένος pro ἄγνωστος Luc. Zeux. p. 632. ἐπῄνουν — τῆς ἐπινοίας τὸ ξένον, καὶ τὴν γνώμην τῆς γραφῆς, ὡς νέαν καὶ τοῖς ἔμπροσθεν ἠγνοημένην οὖσαν.

CAP.

CAP. VII. com. 4.

Ουδεὶς γὰρ ἐν κρυπτῷ τι ποιεῖ, καὶ ζητεῖ αὐτὸς ἐν παῤῥησίᾳ εἶναι· εἰ ταῦτα ποιεῖς φανέρωσον σεαυτὸν τῷ κόσμῳ.

Εν παῤῥησίᾳ εἶναι idem hic eſt, quod φανερὸν εἶναι quod duce Syro interprete vidit quoque Beza. Baſil. Tom. I. p. 154. C. πεπαῤῥησιασμένη καὶ φανερὰ ἐπιδημία. i. e. proprie adventus de quo hominibus facultas eſt loquendi, quæ non occultatur; quod ſi fiat, neſcitur à multis, neque adeo ſermonibus celebratur. Sic παῤῥησίᾳ περιπατεῖν pro φανερῶς Joh. XI. com. 54. Senſus loci eſſe videtur *Nemo in celebritate verſaturus, famamve nominis ſibi acquiſiturus factis ſuis, ea in occulto facit; tu itaque id ſi agis, manifeſta te mundo.* vel, quo aliorum vergit explicatio *nemo occulte facit, quo poſſit inclareſcere, & notus eſſe; tu itaque, ſi quæ facis, facere propoſuiſti, manifeſta te mundo.*

CAP. VIII. com. 37.

Ο λόγος ὁ ἐμὸς οὐ χωρεῖ ἐν ὑμῖν.

Procedendi ſignificationem & ipſe admitto,

to, quatenus à numis locutione petita *pro-cedere* valebit *in valore* & *pretio eſſe*. Sic autem διαχωρεῖν adhibuit Luc. de Luctu pag. 430. ὃν πρότερον ἐξετάσαντες, ὁποῖον τὸ νόμισμα, καὶ εἰ διαχωρεῖ παρὰ τοῖς κάτω, καὶ εἰ δύναται παρ' ἐκείνοις Ἀττικὸς, ἢ Μακεδονικὸς, ἢ Αἰγιναῖος ὀβολός. Prorſus uti nos dicimus *gangbaar ſyn*. Succedit com. 42. ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐξῆλθον καὶ ἥκω. quod recte Vulg. convertit *veni*. Vid. Thom. Mag. Add. Cap. II. 4. IV. 47. Luc. XV. 27. & Joſeph. Ἀρχαιολ. Lib. II. cap. 6. ſegm. 10. βασιλεὺς δ' ἀκούσας ἥκοντας πρὸς Ἰώσηπον τοὺς ἀδελφοὺς ἥσθη.

Com. 56.

Ἠγαλλιάσατο ἵνα ἴδῃ.

Nihil habet ſtructura peregrini. Ut enim nemo, opinor, dubitat, quin Lat. recte di-cas *geſtio ut*, ſeu quod eodem redundat ſe-quente infinitivo, vel etiam gerundio vid. Ter. Phor. II. 1, 30. & Petron. cap. 87. Sic utique non minus bene ἀγαλλιᾶσθαι con-ſtruetur cum ἵνα.

CAP. IX. COM. 25.

Εἰ ἁμαρτωλός ἐστιν οὐκ οἶδα. ἓν οἶδα.

Achill. Tat. Lib. VII. p. 433. αὕτη γέγο-

νεν

κεν ἐξαίφνης ἀφανὴς, οὐκ οἶδα πῶς, οὔτ' εἴ τις ἀπέκτεινεν αὐτὸν — πλὴν ἓν τοῦτ' οἶδα μόνον.

CAP. X. com. 39.

Ἐζήτουν οὖν πάλιν αὐτὸν πιάσαι.

Palæph. Fragm. extr. ὁ Ἥλιος ἀκούσας — ὡς γυνή τις — ἐμοιχεύετο — ἐζήτησεν αὐτὴν πιάσαι.

CAP. XII. com. 49.

Ἐγὼ ἐξ ἐμαυτοῦ οὐκ ἐλάλησα, ἀλλ' ὁ πέμψας με πατὴρ, αὐτός μοι ἐντολὴν ἔδωκε, τί εἴπω καὶ τί λαλήσω.

Soph. Electr. vs. 347.

Ἅπαντα γάρ σοι τἀμὰ νουθετήματα
Κείνης διδακτὰ, κοὐδὲν ἐκ σαυτῆς λέγεις.

& ſic ἀφ' ἑαυτοῦ λέγειν infra Cap. XIIX. 34. Tum quomodo com. 27. legimus ἡ ψυχή μου τετάρακται, ſic ταράττεσθαι τὴν ψυχὴν apud Diod. Sic. Lib. XVII. p. 622. & Long. Paſt. Lib. IV. p. 108.

CAP. XXI. com. 22.

Ἐὰν αὐτὸν θέλω μένειν, ἕως ἔρχομαι, τί πρός

σε; ἐξῆλθεν οὖν λόγος οὗτος εἰς τοὺς ἀδελφοὺς, ὅτι ὁ μαθητὴς ἐκεῖνος οὐκ ἀποθνήσκει.

Mirum videri non debet diſcipulos τὸ μένειν interpretatos οὐκ ἀποθνήσκειν. ſæpe quippe μένειν Græcis idem quod ζῆν. Longus Paſtor. Lib. III. p. 92. ἔκφρων ἐπὶ τούτοις ὁ Δάφνις γίνεται — ἀποθανεῖσθαι μηκέτι μενούσης Χλόης λέγων. Soph. Trach. vs. 179.

—— —— εἴ με χρὴ μένειν
Πάντων ἀρίστου φωτὸς ἐστερημένην.

Ubi vid. Schol. Achill. Tat. Lib. VIII. p: 509. μὴ μένοντος ὁ μοιχὸς οὐκ ἦν· μένοντος δὲ μοιχός ἐστι. Luc. in Cataplo p. 428. Edit Amſtel. μίαν με ἔασον μένειν τήνδε ἡμέραν. Hinc ambo juncta incedunt apud Xenoph. Epheſ. Lib. V. p. 69. εἰ μὲν γὰρ αὐτὸν ἔτι ὄψομαι καὶ ἄνδρα λήψομαι, καὶ μενῶ καὶ ζήσομαι, prout perite leg. monuit. auctor notarum eruditionis variæ apparatu inſtructiſſimarum, quas inſertas invenies Miſc. Obſ. Vol. VI. Tom. II. p. 343. & ſic Petrus Apoſtolus 1 Epiſt. cap. I. 23. διὰ λόγου ζῶντος Θεοῦ καὶ μένοντος εἰς τὸν αἰῶνα. Sed & vicarium uſum præſtat ζῆν. Pind. Iſthm. Od. III. vs. 7. ζώει δὲ μάσσων ὄλβος ὀπιζομένων. & Æſch. Agam. vs. 829. ἄτης θύελλαι ζῶσιν. Ut *vivere* Petron. cap. 137.

— *lan-*

—— —— languidus auſter
Non patitur glaciem reſoluta vivere
terra.

Pro εἶναι poſuit Xenoph. VIII. Κ. Π. p. 140. οὐ γὰρ ἐν σκότῳ ὑμᾶς οἱ θεοὶ ἀποκρύπτονται, ἀλλ' ἐμφανῆ πᾶσιν ἀνάγκη ἀεὶ ζῆν τὰ ὑμέτερα ἔργα Add. Arnaudtii Anim. Cap. XIV.

ACTOR. CAP. II. COM. 22.

Ἄνδρα ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἀποδεδειγμένον εἰς ὑμᾶς δυνάμεσι καὶ τέρασι καὶ σημείοις.

Videri omnino poſſet Vulg. inveniſſe ἀποδεδεγμένον, quod viſum Eraſmo. Gloſſ. Vet. ἀποδέχομαι *probo, acceptum habeo, comprobo*; atque iterum ἀποδέχεται *comprobat*. Et quamvis in iisdem legatur ἀποδεδειγμένον *probatum*, tamen id alio ſpectare crediderim. Auctor Epiſtol. quæ Euripidi adſcribuntur Epiſt. V. ἀπεδέξατο ἡμᾶς Ἀρχέλαος —— οὐ δωρεαῖς μόνον —— ἀλλὰ καὶ φιλοφροσύναις. Soph. Oed. Colon. init.

Τίς τὸν πλανήτην Οἰδίπουν καθ' ἡμέραν
Τὴν νῦν σπανιστοῖς δέξεται δωρήμασι;

Diod. Sic. Lib. XVI. p. 556. οἱ Συρακούσιοι μεγάλως ἀποδεδεγμένοι τὸν ἄνδρα διά τε τὴν ἀρετὴν καὶ τὸ μέγεθος τῶν εὐεργεσιῶν, μεγαλοπρεπῶς ἔθαψαν αὐτόν. Heſych. Ἀποδειχθέντα, ἀποδοχῆς ἀξιωθέντα. Sed leg.

adparet (ni fallor) abunde, ἀποδεχθέντα. refragante licet literarum ſerie, atque editam inſuper tuente Favor. Quæ tamen non eum in finem adſcribo, quaſi hic quidquam tentare velim. Vid. poſt Pricæum Cl. Alberti.

CAP. III COM. I.

Επὶ τὸ αὐτὸ δὲ Πέτρος καὶ Ιωάννης ἀνέβαινον εἰς τὸ ἱερόν.

Cum iis facio, qui initium capitis inſtituunt à verbis ἐπὶ τὸ αὐτὸ δὲ, quæ expono *eundem in finem*, in quem nempe multitudo reliqua perdurabat ibidem: vid. Cap præced. com. 46. & 47. ſeu ut Vulg *in id ipſum.* Senſum quem fundant calci adjecta Capitis ſuperioris, minus video. Scio quidem plerumque in ἐπὶ τὸ αὐτὸ intelligi χωρίον. Verum idem non video, quid obſtet, quominus ſententia loci ita poſtulante adſumatur πρᾶγμα. Ita, licet Herodot. Lib. IV. c. 113. ſcripſerit ἐλθεῖν ἐς τ' ωὐτὸ χωρίον. idem tamen non dubitavit πρῆγμα relinquere ſupplendum Lib. I. c. 13. dicit συνέβησαν ἐς τ' ωὐτό.

Com. 21.

Οἱ δὲ προσαπειλησάμενοι ἀπέλυσαν αὐτοὺς, μηδὲν

δὲν εὑρίσκοντες τὸ πῶς κολάσωνται αὐτοὺς διὰ τὸν λαόν.

Jungenda eſſe ἀπέλυσαν αὐτοὺς διὰ τὸν λαὸν bene monet Beza. Similis ſtructuræ perturbatioris exempla vid. Miſc. Obſ. Nov. Tom. III. p. 6. Rectum foret & προαπειλησάμενοι i. e. *prius interminati*, editæ ſenſus eſt *minis additis*. Com. 15. ut legimus ἀρχηγὸν ζωῆς, ſic νίκης ἀρχηγὸν in Diod. Sic. Lib. XV. p. 499. & τῆς βασιλείας p. 511. Com. 18. ἃ valet καθ' ἃ, ut τάπερ καθάπερ ex mente Schol. in Æſch. Choëph. vs. 953.

CAP. V. COM. 20.

λαλεῖτε ἐν τῷ ἱερῷ τῷ λαῷ πάντα τὰ ῥήματα τῆς ζωῆς ταύτης.

Perinde intelligo tanquam ſcriptum legerem λαλ. ἐν τῷ ἱερῷ τῷ λ. ὅτι ζῇ ὁ Χριστὸς καὶ ἀνέστη. ζωὴν enim ταύτην δεικτικῶς accipio de ἀναστάσει τῇ ἐκ νεκρῶν, tam, & primario quidem, Chriſti, quam τῇ ἐν Χριστῷ fidelium, cujus ob præconium in carcerem fuerant conjecti. Vid. Cap. IV. com. 2. & 10. hujus cap. com. 28 - 32. Sic infra Cap. XIII. 26. λόγος τῆς σωτηρίας ταύτης pro τοῦ σωτῆρος Ἰησοῦ, quod præceſſit. com. 23. eodemque modo in loco præſenti,

ſenti, poſtquam Cap. IV. com. 31. præmiſſum erat μεγάλῃ δυνάμει ἀπεδίδουν τὸ μαρτύριον οἱ ἀπόστολοι τῆς ἀναστάσεως τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, interpoſitis, quæ intercedunt inde ad com. 17. Cap. V. excitantur hic, uti pergant τὸ αὐτὸ μαρτύριον ἀποδοῦναι.

Com. 34.

Ἐκέλευσεν ἔξω, βραχύ τι τοὺς ἀποστόλους ποιῆσαι.

Frequens eſt hujus verbi uſus in *motu*. Xenoph. I. K. Π. p. 12. ἔμπροσθεν ποιεῖσθαι τοὺς προσάγοντας Lib. VI. 97. διὰ μέσου τὰ σκευοφόρα. Liban. Tom. I. p. 181. C. μέσον αὐτόν τε καὶ τοῦ Μενελάου ποιῶν τὸν Ἀγαμέμνονα. Add. Ariſtid. Tom. III. p. 577. Orat. ad Achill. p. 6. Tom. I. p. 409. & iterum Tom. III. p. 61. Ælian. Var. Hiſt. Lib. X. c. 3. Baſil. Tom. II. p. 11. C. Palæph. Narrat. penult. Caſaub. ad Sueton. Aug. c. 16. nec non Cl. J. Conr. Schwarz Com. Crit. pag. 511. & 1129. Parili ratione *intra limen ſe facere* dixit Apul. Mileſ. V. ubi vid. Pric. p. 248. *Ad ſe facere* eſt Petron. Cap. 38. & *facta ſunt in unum æra miſcellanea* Cap. 50. quod εἰς ἓν συντεθέναι Eurip. Iphig. Taur. vs. 1016. licet alium in ſenſum. Eſt ubi alterius verbi infinitivus ſubjicitur, ut Marc. VIII. 25. ἐποίησεν αὐτὸν ἀναβλέψαι Luc. V. 34. ποιῆσαι νηστεύειν. Joh.

Joh. VI. 10. ποιήσατε τοὺς ἀνθρώπους ἀναπεσεῖν. atque alibi in his libris, neque ignorant hunc uſum οἱ ἔξω. Polyæn. Lib. V. c. 1. ſegm. 3. ὁ δὲ Φάλαρις τοὺς σιτοφύλακας αὐτοῦ ἐποίησεν ἐργαλείῳ διαφθείρας τὰς ὀροφὰς τῶν οἰκοδομημάτων διελεῖν. & ſic paſſim ſcriptores omnes. Petron. Cap. 51. *fecit reporrigere Cæſari* phialam. ποιεῖν εἰς ὄρνιθας i. e. *mutare* habes in Anton. Liber. Metamorph. VII.

CAP. VII. COM. 26.

Ὤφθη αὐτοῖς μαχομένοις.

Simili modo Xenoph. Epheſ. Lib. V. p. 80. εἰς Ἔφεσον ἥξομαι μόνος, καὶ πατράσιν ὀφθήσομαι τοῖς ἐμαυτοῦ χωρὶς Ἀνθίας. Vid & Lib. III. p. 43. Long. Paſt. Lib II. p. 51. ἀναστὰς ὤφθη τῷ Λάμωνι καὶ Μυρτάλῃ. & ſic φαίνεσθαι, rurſus Xenoph. Lib. V. p. 82. εἰς Ἔφεσον ἔρχομαι μόνη, καὶ φανοῦμαι τοῖς οἰκείοις. Ariſtæn. Lib. I. Epiſt. 10. ἐδεδίει τῷ τεκόντι φανῆναι. Mox ut Com. 55. ἀτενίσας εἰς τὸν οὐρανὸν, ita ſtructura eadem Diod. Sic. Lib. II. p. 120. & ἀτενίζειν πρός τι Themiſt. Orat. XIII. p. 165. D.

CAP. VIII. COM. 15.

Προσηύξαντο περὶ αὐτῶν.

Ra-

Rarior quando viſus iſthic præpoſitionis uſus Caſaub. ad Comici Eq. vs. 1035. eum aliquot exemplis adſtruemus. Xenoph. Epheſ. Lib. V. p. 83. ὀρρωδῆς περὶ Ἀβροκόμου. neque aliter μάχεσθαι περὶ, ut in Ariſtophane, ſic Æſch. Suppl. vs. 748. & Long. Paſt. Lib. III. p. 79. ἀποθανεῖν περὶ habes in Luc. Tom. II. p. 1029. Frequens in primis cum verbis *metuendi*, idque tam altero, quam tertio caſu addito: vid. Palæph. Narrat. 33. Ariſtid. Tom. II. p. 40. 215. & paſſim.

CAP. XII. COM. 13.

Κρούσαντος δὲ τοῦ Πέτρου τὴν θύραν τοῦ πυλῶνος προσῆλθε παιδίσκη ὑπακοῦσαι.

Beza ſecutus Vulg. vertit *proceſſit*, & ſic Belgæ; tanquam nempe legeretur προῆλθε, quæ unius tantum Cod. eſt lectio apud Millium: reddi debebat *acceſſit* nempe τῇ θύρᾳ. Luc. Tom. II. p. 112. κόπτω προσελθὼν τὴν θύραν, καὶ μόλις μὲν καὶ βραδέως ὑπήκουσε δ' οὖν ἡ γυνή· εἶτα καὶ προσῆλθεν. At infra Cap. XIV. 14. ἐξεπήδησαν ex aliis Codd. antehabeam vulgato εἰσεπήδησαν.

CAP. XIV. com. 2.

Οἱ δὲ ἀπειθοῦντες Ἰουδαῖοι ἐπήγειραν καὶ ἐκάκωσαν τὰς ψυχὰς τῶν ἐθνῶν κατὰ τῶν ἀδελφῶν.

Verbo κακοῦν ſæpius cum utatur Lucas ſenſu *vexandi*; videndum annon & hic loci idem admitti poſſit; excitando enim adverſus fratres divexabant gentium animos, atque eatenus, ſi ita velis, exacerbabant; quale quid video quoque placuiſſe Cl. Wolfio. Quod ſi κατὰ τῶν conſtruere velis cum ἐκάκωσαν, præpoſitio ἐπὶ addita verbo priori hic ἀπὸ κοινοῦ poterit repeti, quod ſæpius fieri monui in ſuperioribus; hoc ſi minus placeat, pendebit ab ἐπήγειραν. Neque enim inſolens ſcriptoribus, ut præmiſſis pluribus, ea ſubjiciant nonnunquam, quæ conſtructione non proximis jungenda, ſed ad remotius, & nonnunquam ordine primum referri debent. Xenoph. Epheſ. Lib. IV. p. 68. ὁ δὲ Πολύϊδος — ἔγνω δεῖν ἀνερευνῆσαί τε καὶ ἐκκαθᾶραι τὴν Αἴγυπτον, εἴ πως ἢ τὸν Ἱππόθοον, ἢ τὸν σὺν αὐτῷ ἀνεύροι. Ubi vides εἴ πως pendere ab ἀνερευνῆσαι, non ἐκκαθᾶραι. Ut Lib. V. p. 79. & Achill. Tat. Lib. V. p. 339. Lyſ. Orat. VI. Edit. Taylori in forma min. p. 51. εἰς τοσοῦτον τῆς ἀναισχυντίας ἀφῖκται; ὥστε — καὶ ἤδη δημηγορεῖ, καὶ ΕΠΙΤΙΜΑΙ, καὶ ἀποδοκιμάζει τοὺς ἄρ-

 χοντ-

χόντων ΤΙΣΙΝ. Apollod. Lib. II. c. 6. ſegm. 4. Αλεὸς ΕΙΣΕΛΘΩΝ καὶ ἐρευνήσας ΕΙΣ τὸ τέμενος τὰς τῆς θυγατρὸς ὠδῖνας εὗρε. Heſiod. Θεογ. vs. 973.

——— ὃς εἶσ' ἐπὶ γῆν τε, καὶ εὔρεα νῶτα θαλάσσης
Πᾶσαν ——— ——— ——— ———

Atque his exemplis, quæque alia haud dubie plura ſe obſerent in poſterum, inductus nec in Juſtini Lib. VIII. c. 2. ſollicitem. *Illum vindicem SACRILEGII, illum ultorem religionum, QUOD orbis viribus expiari debuit.* Nec Lib. XXXII. cap. 2. *Antiochus — ſeu INOPIA PECUNIÆ compulſus, ſeu avaritia ſolicitatus, QUA ſperabat, ſe ſub ſpecie tributariæ neceſſitatis excuſatius ſacrilegia commiſſurum — templum Elymæi Jovis adgreditur.* Sequitur com. 3. παῤῥησιαζόμενοι ἐπὶ τῷ Κυρίῳ i. e. *de Domino*, neque aliter intelligo Cap. IV. com. 17. λαλεῖν ἐπὶ τῷ ὀνόματι τούτῳ, quam per περὶ *de*.

Com. 22.

Παρακαλοῦντες ἐμμένειν τῇ πίστει, καὶ ὅτι διὰ πολλῶν θλίψεων δεῖ ἡμᾶς εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ.

Nihil cogimur extrinſecus adſumere fulciendæ ſtructuræ ergo; duplici enim modo

περα-

παρακαλεῖν conſtrui, docent obſervata Raphel. ex Polyb. Quid quod & hoc ordine verba poſſis accipere, παρακ. ὅτι δεῖ ἐμμένειν τῇ πίστει καὶ διὰ πολ. θλ. εἰσ. εἰς τ. β. τ. Θ.

CAP. XV. com. 28.

Πλὴν τ͂ ἐπάναγκες τούτων.

Defendunt quidem V. D. ἐπάναγκες adverſus Salmaſii criſin, qui corrigi jubet ἐπ' ἀνάγκης: verum rationem tacent, qua ita ſtatuant. Verborum ergo ordo cum ſit, πλὴν τούτων τ͂ ἐπάναγκες, utique ex præcedentibus μηδὲν πλέον ἐπιτίθεσθαι intelligi repetique convenit ἐπιθετέων *imponendorum, præter hæc, quæ neceſſario ſunt imponenda*, neminem latere poteſt, pulcre adverbio ἐπάναγκες ſuam conſtare integritatem. Sunt qui ὄντων adſumunt, verum prius requirit ſenſus.

Com. 33.

Ποιήσαντες δὲ χρόνον ἀπελύθησαν μετ' εἰρήνης.

Χρόνον i. e. χρόνον τινὰ, quæ vocula in temporis nominibus, ἡμέραι, νύκτες, ὧραι & ſimilibus frequenter omittitur. Addit Ariſtid. Tom. I. p. 115. χρόνον τινὰ πειμοσχέσης (τ͂ Βελονίδος) παρ' Ἀγαμέμνονι —— οὕτω διετέθη. Joſeph.

Ἀρχ. Lib. VI. cap. 1. ult. ἔμεινεν (ἡ κιβωτὸς) ἐν τῇ Καριαθιαρίμοις, ποιήσασα παρὰ τοῖς Παλαιστίνοις μῆνας τέσσαρας. Tum quod hic ἀπολυθῆναι μετ' εἰρήνης, id Ariſtid. Tom. I. p. 295. ἀποπέμψαι μετ' εἰρήνης. Sed erunt qui hoc aliter intelligendum contendent. Ἀπολυθῆναι ἀλλήλων dixit Joſeph. Lib. V. Ἀρχ. cap. 1. Segm. 25. προὔπεμπεν αὐτὸν ὁ λαὸς οὐκ ἀδακρυτὶ, καὶ μόλις ἀλλήλων ἀπελύθησαν. alibi διαζευχθῆναι apud eundem invenias, ut Lib. & cap. cit. ſegm. 26. cap. 9. 1. & Lib. XI. 3, 5.

Com. 39.

Ἐγένετο οὖν παροξυσμός.

i. e. παρωξύνθησαν πρὸς ἀλλήλους. Ariſtid. Tom. III. p. 650. πάντων ἐγκειμένων αὐτῷ καὶ παροξυνομένων ὡς πρὸς μόνον αἴτιον. Idemque ſæpius utitur nomine pro *irritatione* vid. Tom. II. p. 218. & 392. Tom. III. 231. & ad Achill. p. 28.

CAP. XVI. com. 19.

Ἐξῆλθεν ἡ ἐλπὶς τῆς ἐργασίας αὐτῶν.

i. e. *abiit*, *actum eſt*, *præteriit*. Frequens eſt de tempore inprimis ἐξήκειν. Eurip. Iphig. Taur. vs. 157. νυκτὸς ἐξῆλθεν ὄρφνα. Add. Soph. Antig. vs. 202. Plat. de Leg. VIII.

VIII. ult. Ariſtid. Tom. I. p. 362. 501. & 557. Luc. Catapl. pag. 429. ὀυκοῦν ἐξήκει σοι ὁ χρόνος ἤδη τῆς κτήσεως. ubi ſi Marcilio obſecutus ſubſtituas ἐξήρκει, non demſeris modo loco venuſtatem, ſed ſenſum omnino perverteris. Hinc jam, ut in loco præſenti, ad alia transfertur. Ariſtid. Tom. II. p. 363. μὴ τοίνυν ἀνάσχοισθε τοῦτο ὑμῶν ἐξελθεῖν, μηδὲ συμπεσοῦσαν τοῖς ἄλλοις καὶ τὴν γνώμην. Idem. Tom. II. pag. 93. ὀυκοῦν ὁ μὲν εἶχον δίκαιον ἐξήκει. & p. 347. πᾶσαι ὑποθέσεις τῶν τοιούτων ἀγώνων ἐξήκουσιν. Rurſus Tom. I. p. 191. ἐξήκει τὸ Πλαταιέων γένος. ubi Schol. nondum vulgatus exponit ἀπώλετο, addens, τὸ γὰρ παρεληλυθὸς δοκεῖ οἴχεσθαι. Neque alia eſt ratio Lat. *exire* Liv. Lib. I. c. 42. *induciæ exierant* Add. Lib. III. c. 8. IV. 58. & Cl. Drakenb. ad Lib. VII. c. 38. Lib. VI. cap 37. tanto magis placet duorum Codd ſcriptura, *an jam memoriam exiſſe* præ edito *memoria*, quanto magis ſuperat Librariorum captum.

CAP. XVII. COM. 2.

Διελέγετο αὐτοῖς ἀπὸ τῶν γραφῶν.

Non hic quæram, utrum præſtet ἀπὸ τῶν γραφῶν jungi cum διανοίγων καὶ παρατιθέμενος, an vulgata ſervata diſtinctione cum διελέγετο,

 Tan-

Tantum moneo Vulg. ſecutum poſterius, recte vertiſſe *differebat eis de ſcripturis*, i. e. περὶ, qua quoque virtute ἀπὸ invenio apud Herodot. Lib. VII. cap. 195. ubi Græcos dicit ex captivis Perſis didiciſſe τὰ ἐβούλοντο πυθέσθαι ἀπὸ τοῦ Ξέρξεω στρατιῆς. De vi & uſu verbi παραιτίθεσθαι accurate, ut ſolet, agit ὁ πάνυ Hemſterh. ad Comici Plut. vs. 720. p. 244. Ariſtid. Tom. III. p. 227. ἃ γοῦν τοῦ Ἀριστοφάνους κωμῳδίας παρεθέμεθα ἀρτίως, ἐκεῖνον ἔχοντα λέγω τὸ —— *comparandi* ſenſu, unde alter fluxiſſe videtur, extat apud eundem Tom. I. p. 154. & Luc. Prom. p. 181. Edit. Amſtel. ubi Schol. expl. ἐξετάζειν, συγκρίνειν, παραβάλλειν. Adde de utroque uſu H. Steph. Theſ. Ling. Gr. Tom. III. p. 1506. A. & E.

Com. 16.

Παρωξύνετο τὸ πνεῦμα αὐτοῦ ἐν αὐτῷ θεωροῦντι κατείδωλον οὖσαν τὴν πόλιν.

Parum intereſſe puto, ſive κατείδωλον exponas *refertam idolis*, ſive *cultui idolorum addictam*, altero alterum involvente. Nam quemadmodum κατάδενδρος & κατάμπελος locus *refertus arboribus vineisque*, ita ut κατάθεος, ſic κάθυπνος *deditum* notat *Deo ſomnoque*, τὸν ὕπνῳ κάτοχον, prout ipſe expl. Soph. in Trach. vs. 996. poſtquam præmiſerat τί χρὴ θανόντα

νιν

νιν ἢ κάθυπνον ὄντα κρῖναι; quomodo nempe pro καθ' ὕπνον ibi legere malim; etſi non ignorem in Phil. vs. 30. iterum legi καθ' ὕπνον κατακλιθείς. Aliter tamen ſi cui videatur, non pugnabo.

Com. 23.

Διερχόμενος καὶ ἀναθεωρῶν τὰ σεβάσματα ὑμῶν.

Recte doctiſſimus Wolfius per σεβάσματα intelligit *aras*, *ſimulacra* & *ſtatuas*; quod ſatis ſubindicat ἀναθεωρῶν. In διερχόμενος ſupple τὴν πόλιν; niſi malis itidem ad τὰ σεβάσματα referre; quomodo dubium eſt in Philoſtr. Vit. Apoll. Tyan. Lib. I. c. 30. διϊὼν ἐς τὰ βασίλεια ὐδὲ διέβλεψεν ἐς ὐδὲν τῶν θαυμαζομένων, ἀλλ' ὥσπερ ὁδοιπορῶν διῄει αὐτά. Utrum nimirum διῄει αὐτὰ pertineat ad τὰ βασίλεια, prout cepit Cleric. Art. Crit. P. I. p. 52. vertens *peragrabat ea*, an, quod ipſe prætulerim, ad τὰ θαυμαζόμενα, quo retulit interpres reddens *præteribat*.

CAP. XVIII. Com. 14.

Κατὰ λόγον ἂν ἠνεσχόμην ὑμῶν.

Varie pro rerum natura, de quibus eſt ſermo;

mo, κατὰ λόγον redditur : hic commodiſſime vertetur cum Eraſmo *merito*, quiquid etiam obloquatur Beza, cui reddenti *quatenus ferret ratio* adſentiri nequeo. Ariſtid. Tom. I p. 539. ἡ ἄλλη ἀσθένεια κατὰ λόγον τοῦτον ἦν. ſic leg. non λόγων τούτων. Add. p. 547. Tom. III. 574. Julian. Epiſt. Georgio ſcriptam, & iterum in Epiſt. ad Arſacium, nec non Gronov. ad Luc. T. II. p. 905. & ſic apud ſcriptores alios complures.

Com. 18.

Ο δὲ Παῦλος ἔτι προσμείνας ἡμέρας ἱκανὰς τοῖς ἀδελφοῖς, ἀποταξάμενος ἐξέπλει.

Etſi æque bene dativi pendeant ab ἀποταξάμενος, atque προσμείνας; tamen potius huic jungam diſtinctione poſita poſt ἀδελφοῖς, non ἱκανὰς, ut αὐτοῖς intelligatur in ἀποταξάμενος. Matth. Cap. XV. 32. ἤδη ἡμέρας τρεῖς προσμένουσί μοι. ut iterum Marc. Cap. VIII. 2. At pro *permanere* abſolute ubi acceperis ut 1. ad Tim. I. 2. & ſæpiſſime ἐπιμένειν in his libris, vulgata interpunctio obtinebit. Αντὶ τοῦ ὑπομένειν extat in Pind. Nem. Od. III. vs. 96. vulgari ſenſu in Æſch. Eumen. vs. 499. παιδότρωτα πάθεα προσμένει τοκεῦσιν. & Herodian. Alex. prope fin. μέχρι μέν τινος τοιαῦτα διαφόρως βοῶντες προσμένον. Ceterum participia ἀσυνδέτως juncta

apud

Google

apud alios item auctores haud raro obſerves. Æſch. S. C. Theb. 1026.

——— ἄγος δὲ καὶ θανὼν κεκτήσεται
Θεῶν πατρῴων, οὓς ἀτιμάσας ὅδε
Στράτευμ᾽ ἐπακτὸν ἐμβαλὼν ᾕρει πόλιν.

Longus Paſt. Lib. II. p. 52. μόλις ποτὲ περὶ ἡλίου καταφορὰς παυσάμενος δακρύων καὶ θρήνων, ἀράμενος τὰς φυλάδας — ἐπανῆλθεν εἰς τὴν ἔπαυλιν. & ibid. σὺν ἀμφὶ τὸ Δάφνιν πένθους ἀπαλλάξας, εὐφροσύνης ἐμπλήσας, τροφῆς τε ἐγεύσατο, ubi fruſtra Mollius infercit καὶ ante εὐφροσύνης. Adde (nam neminem unum ſcriptorem, Xenophontem Epheſium excipio, vidi, qui æque habeat in deliciis) p. 53. init. p. 61. med. Lib. III. 101. vs. 17. & IV. 137. init. Mox ut com. 21. ἑορτὴν ποιῆσαι *celebrare*, ita ἡμέρας ἱερὰς Ariſtid. Tom. I. p. 567. & Ολύμπια Tom. III. p. 535.

Com. 28.

Ευτόνως γὰρ τοῖς Ιουδαίοις διακατηλέγχετο δημοσίᾳ, ἐπιδεικνὺς διὰ τῶν γραφῶν εἶναι τὸν Χριστὸν Ιησοῦν.

Magnæ eſt emphaſios διακατηλέγχετο, i. e. *continuo, adſidue redarguebat oſtendebatque in ipſorum dedecus.* Heſiod. Εργ. vs. 714.

——— σὲ δὲ μή τι νόον κατελεγχέτω εἶδος.

Unde credo hoc Pind. Olymp. Od. VIII. vs. 25.

> Ἦν δ' ἐσορᾷν καλὸς, ἔργῳ
> τ' οὐ κατὰ εἶδος ἐλέγχων.

Add Pyth. Od. VIII 50 & Iſthm. Od III. vs. 23 ibique Schol. Ceterum quia καταλέγχειν quartum plerumque ſibi adſciſcit caſum, dativus hic fortaſſe regitur ab ἐπιδεικνύς.

CAP. XIX. COM. 21.

Ἔθετο ὁ Παῦλος ἐν τῷ πνεύματι — πορεύεσθαι.

Dictum hoc videtur ut Cap. V. 4. ἔθου ἐν τῇ καρδίᾳ. pro quo πρόθεσις τῆς καρδίας Cap. XI. 23. Tum ſi quis, quod placet nonnullis, ἐν τῷ πνεύματι velit accipere de Spiritu Sancto, is ſibi nihil ſciat obeſſe verbum ſimplex, modo menda vacare concedatur locus Ælian. de Anim. Lib. II. cap. 11. περὶ μὲν τῆς τῶν ἐλεφάντων σοφίας εἶπον ἀλλαχόθι — τὸ δὲ νῦν ἔχον ἔθηκα ἐρεῖν περὶ εὐμουσίας αὐτῶν. Præceſſit com. 19. συνεψήφισαν τὰς τιμάς. cujus ſi memor fuiſſet H. Steph. *computandi* notionem in dubium non vocaſſet, in Vulg. Lex. adnotatam, Conf. Gloſſ. Vet.

CAP.

Cap. XX. com. 9.

Καταφερόμενος ὕπνῳ βαθεῖ —— κατενεχθεὶς ἀπὸ τοῦ ὕπνου ἔπεσε —— καὶ ἤρθη νεκρός.

Repetitio verbi ejuſdem me fere permovet, uti præferam κατεχόμενος, quod in Cod. veteri ſe inveniſſe teſtatur Beza & frequens ſatis κατέχει ὕπνος. vid. quæ ſcripſi Miſc. Obſ Crit. Nov. Tom. III. pag. 20. accedit, quod vix inveneris καταφέρεσθαι ὕπνῳ, ſed εἰς ὕπνον Vid. Long. Paſtor. IV. p. 143. Lucian. Tom. II. p. 705. Parthen. Cap. X. Themiſt. Orat. X¹IX. p. 224 Joſeph Αρχαιολ. II. cap. 7. ſegm. 2 & quamvis H Steph. dubium ſibi eſſe neget, quin eidem dativus ὕπνῳ addi poſſit, tamen præter Lucæ locum, non aliud profert exemplum; ut verear ne aliis dubium maneat. Niſi, ut quidem mihi videtur, ex eo defendi poſſit, quod non minus legamus ὑποφέρεσθαι ὕπνῳ, quam εἰς ὕπνον. Ita certe Heliod. Lib. V. p 206. αὖθις ὑπηνέχθη τῷ ὕπνῳ. at εἰς ὕπνον habes apud Philoſtr. Vit. Apoll Lib. I. c. 7. αὐτὴ ἣ ἐς ὕπνον ὑπηνέχθη. ita leg. non ut ed tur ἀπήχθη. eodem errore iterum occurrente cap. 13. ἐς ἐρωτικὰ πάθη ἀπήχθη· recte editur Cap. XV. οὐδὲ ὑπήχθη γρύξαι ubi conf. Not. Ηρθη νεκρὸς valet *pro mortuo*

ſublatus eſt. Vere fuiſſe mortuum, ex verbis minime datur colligere. Plut de Sera Num. Vind. p. 563. κατενεχθεὶς ἐξ ὕψους τινὸς εἰς τράχηλον, οὐ γενομένου τραύματος, ἀλλὰ πληγῆς μόνον, ἐξέθανε.

CAP. XXII. COM. 6.

Περιαστράψαι φῶς ἱκανὸν περὶ ἐμέ.

Non magis hic intranſitive verbum accipi neceſſe eſt, quam in locis aliis, quod putat H. Steph. in Theſ. Nam quid obſtat Cap. IX. com. 3. περιήστραψεν αὐτὸν φῶς intelligi exponique φῶς ἤστραψεν περὶ αὐτὸν, hic ex abundanti, quod fieri ſolet, præpoſitionem repetitam. Verum tamen eſt active poſſe notare, quod oſtendit uſus paſſivi. Baſil Tom. II. p. 56. χεὶρ περιαστραπτομένη ὑπὸ τῆς ἐπὶ τοῦ δακτυλίου σφενδόνης. ut nec ſit, cur ſuſpectum habeamus hoc Xenoph VI. Κ. Π. p. 462. Edit. Hutchins. ἤστραπτο χαλκῷ — πᾶσα ἡ στρατιά. Futuro medii utitur Ariſtid. Tom. III. p. 669. ἐπειδὰν ἀστράψηται τὸ τοῦ θεοῦ φῶς δι' ἅρματος.

CAP. XXV. COM. 5.

Οἱ οὖν δυνατοὶ ἐν ὑμῖν — κατηγορείτωσαν αὐτοῦ.

Manu

Manu nos quaſi ducit κατηγορείτωσαν ad intellectum τῶ δυνατοὶ, quod hic notat *peritos*, *idoneos*, ut recte acceperunt jam alii. Palæph. Fragm. extr ὁ δὲ αὐτὸς Ἠλιος Βασιλεὺς — ἦν φιλόσοφος δυνατὸς, ὅστις ἐδιδάχθη παρά τινος, ὡς γυνή τις Αἰγυπτία, τῶ ἐν εὐπορίᾳ καὶ ἐξιαυσῶν παρ᾽ αὐτοῖς ἐρῶσά τινος ἐμοιχεύετο. Ubi ſi nimis a literarum ductu recedere judicetur correctio ἐν ἀξιᾳ οὐσῶν. vid. num malis ἐξουσιαζουσῶν, ut error ex compendio ſit ortus: prius tamen eligam ipſe.

CAP. XXVI. COM. 11.

Περισσῶς τε ἐμμαινόμενος αὐτοῖς ἐδίωκον.

De poteſtate τῦ ἐν, quam hic exſerit, dictum in ſuperioribus. vid. p. 392. Ceterum idem verbi reddo Soph. Trach. vs 1010. ubi Hyllus dicit ἀλλ᾽ ἔτι μοι μελέῳ βάρος ἄπλετον ἐμμέμηνε φρήν. Non ἐμμέμονε, quod in tribus editt. invenio propagatum, an in aliis Canteriana prioribus, qua antiquiore non utor, ignoro; Schol. certe nec aliter legiſſe videtur explicans ἐνθουσιᾷ μοι μελέῳ ἡ φρὴν διὰ τὸ ἄπλετον βάρος.

Com. 13.

Ἡμέρας μέσης.

Nihili eſt Herodiani & Thomæ Magiſtri ſcitum, ceu parum foret Atticum μέση ἡμέρα, quo utuntur complures. Xenoph. Oecon. p. 501. ſegm. 19. Ariſtid. Tom I. p. 501. Luc. Tom. I. p. 44. & II. 78. Long. Paſt. Lib. II. p. 33. & 54. Dio Chryſ. Serm. XL. p. 497. Μέσον ἦμαρ habes in Pind. Pyth. Od. IX. vs. 198.

Com. 23.

Εἰ παθητὸς ὁ Χριστός.

Perite obſervat Beza perperam verſum à Vulg. *paſſibilem*, pro *fuiſſe paſſurum*: poſſis quoque reddere *patiendum fuiſſe Chriſto.* Ejusdem quippe ſunt nonnunquam uſus verbalia in τὸς, cujus in τέος, unde & illa originem duxere. Hinc ſæpius offendas φευκτὸς pro φευκτέος. Themiſt. Orat. XXII. p. 272. A. ὁ μὲν ὡς ἀναίσθητος φευκτὸς, ὁ δὲ ὡς πονηρὸς μισητέος. Add. Ariſtid. Tom. II p. 95. & 316. Eſt ubi præteriti notionem induunt, ut τοξευτὸς ὑπὸ θεοῦ apud Soph. Philoct. vs. 340. i. e. τετοξευμένος. & ἐμπολητὸς vs. 423.

Com. 26.

Οὐ γάρ ἐστιν ἐν γωνίᾳ πεπραγμένον τοῦτο.

Ariſtid. Tom. I. p. 306. ἀλλ' οἶμαι ταῦτ' ἐστὶ γωνίας ἀξίων ἀνθρώπων, καὶ τὸν ἥλιον οὐχ ἑωρακότων. & Themiſt. Orat. XXII. p. 265. B. οἳ σφίσιν ἀπαρχὴν ἀπειλήφασιν ἐν γωνίᾳ μόνῃ πρὸς τὰ μειράκια ψιθυρίζειν, φεύγειν δὲ τὰ μέσα τῆς πόλεως κατὰ τὸν Καλλικλέους ὀνειδισμὸν, καὶ τὰς ἀγορὰς — quæ ex Platonis Gorgia ſumta eſſe docebunt te, quæ ibi leges pag. 296. H. Conf. hic Pric.

CAP. XXVII. COM. 7.

Ἐν ἱκαναῖς δὲ ἡμέραις βραδυπλοοῦντες, καὶ μόλις γενόμενοι κατὰ τὴν Κνίδον, μὴ προσεῶντος ἡμᾶς τοῦ ἀνέμου, ὑπεπλεύσαμεν τὴν Κρήτην καὶ Σαλμώνην.

Syri interpretis nullam à viris Eruditis, præterquam a Grotio, rationem fuiſſe habitam, equidem miror. Is autem etſi veram verborum mentem minus ſit adſecutus, vidit tamen veræ proximam; ſupplebat autem, quod diſco ex Grotii notis, *non ſinente vento* nempe *RECTUM NOS TENERE CURSUM*, εὐθυδρομεῖν, cujus ſupplementi cum nullum ſit fundamentum in verbis præmiſſis, adparet inde aliud petendum. Nempe ex βραδυπλοοῦντες adſumo πλεῖν; πρὸς valet πρὸ i. e. πρόσω. *Non ſinente vento nos ulterius navigare.* quomodo πρὸς verbis additum apud alios quoque auctores vicem obit τῆς πρὸ, ut

ut hæc contrá illius : vid. ſupra ad Prom. Vinct. vs. 950. Soph. Phil. vs. 42 πῶς ἂν νοσῶν ἀνὴρ κῶλον προσβαίη μακράν. Ælian. de Anim. Lib. II. cap. 5. ἀναγκαίοις φαρμάκοις τὸ κακὸν, ἵνα μὴ προσέρπύσῃ, στήσι. & cap. 6. p. 79. De Delphino ἤδη γε μὴν περιττέρω προσνέων — δεῖπνον εἰχεν. Itaque deteriora quondam ſecutus, cum de Var. Lect. in Thuc. Lib. VI. cap. 70: Miſc. Obſ. Vol. V. Tom. III. p. 95. meo interpoſito judicio præferrem προδιώκοντες, nunc doctus meliora digitum non verterim, ſive hoc, ſive προσδιώκοντες legatur. De Syri interpretis ſupplemento hoc addo, niti id videri eo, quod πρόσω & εἰς τὸ πρόσω valeat *in anteriorem partem*, atque eatenus reddi quoque poſſe εὐθὺ, adeoque eodem fere recidere ſenſum. Pendet ergo, ut quivis nunc videt, ἡμᾶς non ab ἐῶντος, quod viſum Viris doctis; ſed ab intellecto verbo infinito. Et ſic plane Cap. XVI. 7. οὐκ εἴασεν αὐτοὺς τὸ πνεῦμα puta προβιέσθαι, quod præcedit. & Ariſtid: Tom. I. p. 294. οὐ γὰρ ἐᾷ πλεῖν (τὸν βασιλέα) εἴσω Χελιδονέων. Ejusdem eſt προσαίροντος τοῦ πνεύματος Tom. III. p. 152. τῶν γε καιρῶν τοσοῦτον αὐτοῖς μέτεστιν, ὅσον τοῖς ἐγνωκόσι πλεῖν σημῆναι, καὶ νὴ Δία ὁρμοῦντας ἐπ᾽ ἀκτῆς ἀναστῆσαι προσαίροντος τοῦ πνεύματος. Com. 9. τοῦ πλοὸς flexum, ut νόος pro νοῦ.

Com.

Com. 13.

Ἆσσον παρελέγοντο τὴν Κρήτην.

Idem quod aliis ἐν χρῷ παραπλέειν, ſive παρὰ τὴν γῆν. Thuc. Lib. VIII c. 104 οἱ Ἀθηναῖοι παρέπλεον παρὰ τὴν γῆν αὐτήν. Xenoph. VI. K. A. p. 220. τῇ ὑστεραίᾳ ἀναγόμενοι πνεύματι καλῷ ἔπλεον ἡμέρας δύο παρὰ γῆν, καὶ παραπλέοντες ἐθεώρουν τὴν — Arrian. Rer. Indic. cap 31. κελεύσας μὴ καταχέειν μὲν ἐς τὴν νῆσον, ἐμβοᾶν δὲ σὺν ἀνθρώποις ὡς μάλιστα ἐν χρῷ παραπλέοντας. Add. Thuc. Lib. II. c. 84. & ibi not. Ipſum hujus loci verbum habes in Diod. Sic. Lib XIII. p. 332. ubi leges παρελέγοντο τὴν Ἰταλίαν. Præcedit commate proximo λιμὴν βλέπων κατὰ Λίβα. Ut Xen. Epheſ Lib. IV. p. 56 κρημνὸς ἀπότομος εἰς ῥεῦμα τοῦ ποταμοῦ βλέπων. & Plut. in Sertor. p. 576. C. ἄντρα καὶ κοιλώματα πετρῶν βλέποντα πρὸς Βορέαν. Mox com. 15. συναρπασθῆναι verbum eſt proprium tempeſtatis, vid. ſupra p. 325.

CAP. XXVIII. com. 6.

Οἱ δὲ προσεδόκων αὐτὸν μέλλειν πίμπρασθαι, καὶ καταπίπτειν ἄφνω νεκρόν.

